REVERENDI PATRIS

Dominici Soto Sogobienſis theologi ordinis Prædicatorum in inclyta Salmanticenſi academia profeſſoris ac Cæſareæ Maieſtati à ſacris confeſsionibus ſuper octo libros Phyſicorum Ariſtotelis. Commentaria.

¶ Secunda æditio nuperrimè ab Authore recognita, multiſq; in locis aucta & à mendis quàm maximè fieri potuit repurgata.

SALMANTICAE,
M. D. LV.

Cum Priuilegio.

EL REY.

POR quanto vos Andrea de Portonaris mercader de libros vezino de la ciudad de Salamanca, nos heziſtes relacion, diziendo que vos teneys poder en cauſa propria de fray Domingo de Soto, prior de Santiſteuan de la dicha ciudad, para nos ſupplicar os dieſſemos priuilegio para imprimir y vender todas ſus obras, que haſta a qui hauia fecho, que ſon vna Epiſtola ad Romanos, de Natura & gratia, con vna Apologia contra Catharino, y vna Conſultacion de los pobres, y vna Repeticion de Tegendis ſecretis, y Summulas, Logica magna, y Phyſica. Como parecia por vna ſcriptura ſignada de eſcriuano, de que ante los del nueſtro conſejo hizo preſentacion, y nos ſupplicaſtes acatando ſer obras muy vtiles y prouechoſas, os dieſſemos licencia y facultad, para que vos ſolo, o quien vueſtro poder ouieſſe, pudieſſedes imprimir y vender las dichas obras, o como la nueſtra merced fueſſe: lo qual viſto por los del nueſtro conſejo, fue acordado que deuiamos mandar dar eſta nueſtra carta para vos, en la dicha razõ: Y nos tuuimos lo por bien. Et por la preſente por os hazer bien y merced, os doy licencia y facultad, para que vos, o las perſonas que vueſtro poder ouieren para ello, por tiempo y eſpacio de ocho años primeros ſiguientes, que corran y ſe cuenten dende el dia de la fecha deſta mi cedula en adelante, podays imprimir y vender los dichos libros en eſtos nueſtros Reynos y ſeñorios, ſiendo primeramente taſſados por los del nueſtro conſejo el precio, a como los ouieredes de vender. Y mandamos que por el dicho tiempo ninguna otra perſona los pueda imprimir, ni vender, ſin tener el dicho vueſtro poder, como dicho es, ſo pena, que pierda la impreſsion que aſsi hiziere y vendiere, y los moldes, y aparejos con que lo hiziere, y mas incurra en pena de diez mil marauedis para la nueſtra Camara. Y mandamos a los del nueſtro conſejo, Preſidentes y Oydores de las nueſtras audiencias, Alcaldes, Alguaziles de la nueſtra Caſa, Corte, y Chancillerias, y a otras qualeſquier nueſtras juſticias delos nueſtros Reynos y Señorios, a cada vno en ſu jurisdicion que guarden y cumplan, & fagan guardar y cumplir eſta nueſtra cedula, por el dicho tiempo delos dichos ocho años, y contra lo en ella contenido, ni conſientan yr, ni paſſar. Fecha en Valladolid a diez dias del mes de Nouiembre. M. D. L Años.

Yo la Reyna.

Por mandado de ſu M. ſu Alteza en ſu nombre. Franciſco de Ledeſma.

ILLVSTRISSIMO AC REVERENDISSIMO. D. D. IOANNI à Toleto, Cardinali Burgensi, ex ordine prædicatorum assumpto suus frater Dominicus Soto. S.

SIA SOCRATE ILLO, quẽ sapientissimũ celebrauit antiquitas, pronũciauit Appollo, testimoniũ iudiciumque petẽdum foret, planum est præsul clarissime, quam de hac nostra Physicorum æditione sententiam diceret. De hoc enim vel maximum nomen adeptus est, quod cum in rerum naturis & causis vestigandis iuuentutis florem expendisset, tunc demum longius ætate proiectus, quasi inani illa cura indigne iactatus, in eam quæ de moribus est Philosophiam, veluti in tranquillum se portum recepit. Ego vero contrà cum in Theologia: in eorum inquam lectione, quorum cognitio summa felicitas est, tot annorum vtcunque posuerim: iam nunc denique ætate vertente: ad hoc genus Philosophiæ reuertor. At vero si doctorem gentium Paulum, se longè superiorem audiuisset Socrates, pluris fortè hanc quam neglexit, æstimasset Philosophiam. Hanc enim tantæ molis fabricam, hanc rerum, quanta est, vniuersitatem, nihil aliud quam scintillã censeri oportet immensæ illius sapientiæ diuinæ, lucem habitantis inaccessibilem: cuius proinde mundi contemplatione inuisibilia Dei lumina conspiciuntur. Hoc qui non intellexere Philosophi, partim naturalium scientiam vanam existimarunt: partim certe ipsi euanuerunt in cogitationibus suis. Attamen Theologi, cum lumine fidei, tum etiam maiorum institutione hanc veritatem edocti, huiusmodi Philosophiam à sacrorum scolis non relegant, Quin vero, vt per creaturas, quantum nostræ mortalium exiguitati concessum est, creatoris virtutem, sapientiam atque adeo benignitatem indagare valeant, bonam Theologiæ partem in rerum causis naturalium perscrutandis, & iure quidem optimo, collocant. Quocirca antistes reuerendissime tametsi cum anno superiori Dialecticorum commentarios amplissimæ dignitati tuæ mittebam, non nihil vererer id vitio mihi datum iri, quod tam serò Dialecticam tractarem, iam nunc vero nihil hoc metu commoueor, quippe cum naturalem Philosophiam dignissimam semper duxerim, de qua non nisi grauissimi authores (in quibus ego nullus sum) tamen scriberent. Quod proinde munus immaturus præsumit, quicunque non multo longius omni scientiarum genere fuerit progressus. Atque adeo nullum vnquam oportunum magis atque idoneum tempus ad hanc rẽ capere potui, quam cum ex locis Theologicis exploratum habeo, quantopere naturalis hæc scientia diuinæ illi subseruiat: vt si deus fortè in animum induxerit, quæ de Theologia pro virili nostra legendo adnotauimus, nido (quod aiunt) dimittere, non res nobis Physicæ Theologas intercidant: sed hæc habeant lectores, ad quæ remittantur, commentaria. Quod vero ea dignitati tuæ splendissimæ dedico: iussa tua facio. Cum enim in vestro isto apostolico senatorum ordine, is, citra inuidiam, sis in quo sanguinis claritas cum maiestate dignitatis de amplitudine contendit, ea tamen tua est humanitas, & in hanc tuam religionem pectoris candor, ac nescio quæ in me peculiaris beneuolentia, vt quæcunq; scripsero, non solum libenter accipias, sed ex me etiam tu ipse digneris exposcere.

Vale.

ADMODVM REVEREN-

do patri ac illustri præsuli. D. Ioanni Quignonio, sapientissimo Salmanticensis academiæ præfecto, Andreas portonarius Chalcographus. S.

CVM iam pridem mihi in animo esset præsul optime, aliquo obseruantiæ argumento, singularem animi mei erga amplitudinem tuam propensionem significare: idque non prius efficere potuissem, quàm esset oblata occasio: nũc demum sese cum minimè sperabam, obtulit. Præclarum enim illud physicorum Aristotelis opus, fratris Dominici Soto commentarijs illustratum, circunferebatur hactenus, mutilum simul, & mendosum. Indignum profecto quod & tanto authori, & tali commentatori cõtingeret. Vt enim de Aristotele taceam, cuius doctrinam (vt de Platone inquit Hieronymus) cuncta orbis gymnasia personat: quid de commentatore hoc (quem omniũ præstantissimum præstantissimus phylosophus sortitus est) dignum referam? qui religione, & vita & sanctimonia nemini, vel paucissimis est cõparãdus, ita mentis acie, & iudicij subtilitate vel ipsi Aristoteli preferendus, & meritò quidẽ, cum eum vel vt solem orbi nouum illuxisse deus opt. max. voluerit, vt scripturarũ arcana, tam diuinarum quam humanarum in omnium vtilitatem propalaret. Accipe igitur, pater amplissime, codicem nostris typis excussum, à mẽdis quàm maximè fieri potuit repurgatum. Quod si tuà singulari authoritate susciperè, & maturo iudicio dignatus fueris, non dubito quin studiosis omnibus, & gratissimum, & cõmendatissimum tui etiã nominis accessione sit futurum. Et si (vt spero) tibi gratũ hoc genus obsequij sensero, dabo operam, vt alia sub tui nominis clypeo excudantur. Vale huius academię decus eximium, & vnicum ornamentum.

Ad eundem τὰ ἀπλᾶ.

Græcia iam fileat, Latium nec iactet alumnos,
Grandeq; nec memorent, quod retulẽre decus.
Tu facis, vt referat longè Salmantica maius,
Præside te, nomen tollit in astra suũ.
Simplicitas tua prudens, & sapientia mira,
Doctrina, & mores, scilicet id faciunt.

Reuerendi patris Dominici Soto Segobiensis, Theologi, ordinis Prædicatorum, in inclyta Salmanticensi academia professoris, super octo libros Physicorum Aristotelis Commentaria.

PRAEFATIO.

HAud equidem ignoro, quam sint multi, quantęque authoritatis vtriusque linguę viri, qui Philosophiam naturalem eo ingenio, & eruditione tractauerint, atq; adeo ad verum exegerint, vt reliquũ vix vllum dicendi locum posteris feciſſe videantur. Attamẽ hoc noſtrum mortalium ingenium eſt, vt vsquedum gloria fontis illius ac patris luminum apparuerit, nullis interim ſatiemur inuentis: ſed ex antiquis noua ſemper eruere, aliaque ex alijs continenter indagare conemur. Eo vel maxime quod quę alij, vt acuta ſuſpiciunt, ab alijs vti difficilia reprobantur: & alios quidem breuitas, alios vero rerum copia vndecunque accerſita delectat: ac demum qui his placet, ſtylus dicendi, alijs contra nõ probatur. Denique non omnes eadem mirantur, amantque. Quocirca laborem hunc noſtrum (ſi modo ex ſententia ſucceſſerit,) nõ adeo forſan ſuperuacaneum fore arbitror. Cum enim antiqui Ariſtotelis expoſitores, plus forte nimio per fragoſa metaphyſicorũ loca vagãtes, philoſophiã ſubobſcurã pliramque effeciſſent, poſteri tum demũ, horum ſatietate defeſſi, ipſum cum gloſatoribus ſuis Ariſtotelem negligentes, ac deſerẽtes, ad quęſtiones deſecerunt: in quibus diſputandis ac definiendis (quod citra cuiuſpiam notam dixerim) non adeo multum, aut rationi, aut Ariſtotelis teſtimonio inniti videntur: ſed quas pro ſuo quiſque arbitrio mouebant, de ſuo ſubinde capite terminabant. Quo nimirum vſu veniſſe videmus, vt Pariſienſes ipſi, in quibus ratio hęc ſtudiorũ præcipue vigebat, ſcholaſticam philoſophiam prorſus abiecerint. Vnde non poſſum illis non damnum aliquod, & literarum iacturam metuere. Enim vero vt barbaries illa ſophiſmatum, quam dum illic agebamus, preſentes ipſi vidimus, pernicioſa erat: ita Ariſtotelis cognitio (qui ſine Theſeo neutiquã adiri poteſt) & quęſtionum diſputatio, certa ratione moderata, ad rerum cum humanarum, tum etiam diuinarum notitiam, apprime eſt neceſſaria. Iſta me conſideratio inducere potuit, vt priuſquam ad rem theologicam calamum admouerem, phyſicam pro meo qualicunque ingenio tractarem, ſecundum menſuram donationis dei, cui, quicquid boni accipimus, referendum eſt. At cum huius ętatis profeſſoribus mos a nobis gerendus eſſet: ſane qui in curſu (quem vocant) artium, triennium tantum ponunt, ne ſi idem codex, & textus expoſitionem, & ſimul quęſtiones complecteretur, iuſtum volumen excederet, ſeorſum operę pretium duximus vtrunque facere: nempe vt vno volumine Ariſtotelis expoſitionem, quã pro rei qualitate potuerimus breuiſſimam, exhibeamus: in altero vero quęſtiones neceſſarias iuxta textus ordinem diſputemus.

¶ Erit autem lectoris cura, qui volumen vtrunque ordine interpretari voluerit, obſeruare: & in commentis, in quo nos fine capitis lectorem ad quęſtionũ ſeriem mittimus: & rurſus in quęſtionibus, in quo eum quęſtionis calce ad intermiſſa commẽta remittimus. ¶ Quo igitur rem aggredientes a nomine ipſo, philoſophia, pro cuius ſcamur vt Diogenes Laertius libro. 1. & Cicero li. 5. tuſcula. quęſtionum ex Heraclide pontico referũt, Pythagoras primus fuit huius nominis inuentor. Olim namque ſeptẽ illi celebres Græcię, Sophi, id eſt, ſapientes dicebantur: ſed cum Pythagoram, coram Leõte Phliaſiorum tyranno docte & copioſe de rerũ naturis diſſerentem, admiratus Leon interrogaſſet, qua maxima arte polleret, reſpondiſſe fertur, artem quidem nullam ſe ſcire, ſed eſſe Philoſophum i. ſapientię ſtudioſum: ſoloſque deos dignos eſſe, qui dicantur ſophi. i. ſapientes. Atque inde, quę initio ſophia. i. ſapientia dicebatur. Philoſophia. i. ſtudium ſapientię, appellari cepit. ¶ Hanc in vniuerſum ſic dictam philoſophiam (quam Cicero. li. 4. tuſcu. q. ſub nomine ſapientię, diffinit eſſe rerũ diuinarum & humanarum ſcientiam, cognitionemque, quę cuiuſque rei cauſa ſit: hanc inquam antiqui philoſophi trifariam partiti ſunt: puta in Dialecticen. i. rationalem, Phyſicen. i. naturalem, Ethicen. i. moralem. Cuius quidẽ diuiſionis, ſi Diogeni. lib. 1. fides danda eſt, Zeno Cynicus Stoicorum princeps primus author fuit. Tametſi & Cicero in Academicis lib. 1. & Auguſtinus lib. 8. de ciuitate Dei, cap. 4. Platoni eam attribuunt. ¶ At vero, vt. 6. metaphy. tex. 1. & lib. xi. ca. 6. ex Ariſtotele colligitur, congruentius hoc modo diuiditur Philoſophia: nempe vt alia ſit rationalis, quę in Grãmaticam, Rhetoricam, & Dialecticam diuiditur, alia vero realis. Et hęc, alia ſpeculatiua, & alia practica. Atqui inter practicas alia eſt actiua, vt Moralis: quippe quę actiones immanentes moderetur: alię factiuę, nempe quarum actiones in exteram ſint materiam tranſeuntes, vt Mechanice. De quibus nihil ad preſens negocium. ¶ Philoſophiam ergo realem ſpeculatiuam partitur locis citatis Ariſtoteles, in Metaphyſicam, Phyſicam, & Mathematicas. Cuius rationes diuiſionis. q. 1. enarrabimus. Vbi & de earum Philoſophię partium inuentoribus ſermonem etiam facturi ſumus.

Philoſophię nomen.

Philoſophię diuiſio.

Ex his ſequitur, quod Philoſophia, & Phyſica,

se habent vt genus, t species: nã, Philosophia, cõplectitur t moralem t rationalẽ t naturalẽ: Physica vero (quod Latine sonat naturalis, solum dicit Philosophiã realẽ speculatiuã naturalẽ. i. de ente mobili. De qua re primã mouim⁹ quẽstionẽ. Quapter in subsequẽtib⁹ iidifferẽter vtemur his duobus noibus, Phylosophia naturalis, t Physica. ¶ Alijs ergo Phylosophię partibus prętermissis, Physica est, quã interpretandam assumpsimus.

Quęstionis primę fedes

Octo notanda.

Octo autem cum sint quę Commentator in hoc prologo aduotare nos precipit: quę sunt, authoris t nomẽ, t intentio: libri vero nomẽ, vtilitas, proportio: ordo, modus procedendi, atq; diuisio. De Aristotele quidẽ in prologo prędicamẽtorũ satis a nobis dictũ existimo.

Intentio.

Intentio vero eius est in libris Philosophię naturalis de rebus oĩb⁹ naturalibus dicere, inquantũ naturales sunt. i. ea ratione qua in se habẽt principiũ motus. Nam hac ratione res naturales a moralibus, t artificialib⁹ distinguntur, vt quęstione prima elucidabimus: vbi t de huius scientię vtilitate non nihil dicturi sumus. ¶ Comparatio huius scięti ad alias (vt ex dictis colligitur) est, q hęc quę Physica dicitur, est Phylosophię species realis speculatiuę, cõtra, metaphysicã t mathematicas distincta: a phylosophia vero morali atq; adeo a rationabilib⁹ scięti⁹ genere differẽs.

Comparatio.

¶ De ordine autẽ huius scientię ad alias, inter phylosophos olim cõtrouersum fuit vt lib. 7. in vita Zenonis meminit Diogenes. Nã Zeno, Crysippus, t alij Stoici, primam Logicẽ, secũdam physicen, tertiã Ethicẽ statuebãt: Diogenes Ptolomeẽsis ab Ethicis cẽsebat inchoandũ sed Panetius a Physicis sumebat initiũ. Ut vero vt S. Tho. 6. Ethi. lectione. 7. adnotauit, cõgruus ordo scientiarũ est, vt a rationalibus, puta a Dialectica initiũ sumatur, q secundũ Cõm. 1. meta. com. 15. est modus sciẽdi nam vt illic ait Aristo. modus sciẽdi ante scientiã quęrendus est. Secundo loco succedit mathematica: q; vt author est. 1. Ethi. Aristo. iuuenis nõ est idone⁹ auditor phylosophię moralis: t addit in. 6. lib. cap. 8. q; nec est idoneus ad philosophiã naturalẽ: sed tamẽ ad mathematicas: eo q; principia phylosophię moralis t naturalis a sẽsibilibus consuetudine aut experentia sumuntur: iuuenis aũt nec experientiã, nec cõsuetudinẽ rerũ habet: quare nec de moralibus, nec de naturalibus iudicare potẽs est: Mathematicę vero abstrahunt a sensibilibus, q proinde facilius acquirũtur. Vñ antiquitus pueri in mathematicis ob earum facilitatẽ exercebãtur: Tertiũ vero locũ hẽt phylosophia naturalis, t quartum philosophia moralis: nã facilior est experiẽtis rerũ naturaliũ, q cõsuetudo, quę ad prudentiã moralium exigitur. Quinto tandem postremo loco adeũda est diuinorũ theologia. Juxta autẽ locũ nõ dam⁹ peculiarẽ, propterea q ius ciuile, philosophia quidẽ moralis est: ius aũt canonicũ sub theologia militat. Physicã seu phylosophiã naturalẽ (quod ad eius attinet diuisionem) in duas Arist. cõsiderationes distribuit. Enim vero vt in principio statim de partib⁹ animaliũ ipse admonet, qui de pluribus⁹ specieb⁹ dicturus est, debet ea q oĩbus sunt cõia prius tractare, q ad singulorũ propria descẽdat: alias sępe opus esset in singulis eadẽ cõia repetere. Quocirca dicturus. Arist. de multis mobilium. i. rerũ naturaliũ specieb⁹. Prius in his octo libris Physicorũ tractat ea, q oĩ enti mobili sunt cõia. Facit eñ sermonẽ de materia t forma, t alijs causis t pprietatib⁹ entis mobilis. In relicis vero libris descẽdit ad singulas spẽs motus, nã in libris de celo agit de dignissimis corporib⁹, q solo motu locali mouẽtur: nępe de cęlis. In libris de generatione, de his q cõia sunt oĩ generationi. s. de elementis, ex quibus fit generatio: de alteratiõe q precedit t de augmentatione q sequitur omnẽ generationẽ. Atqui in reliquis descẽdit ad spẽs corporũ generabiliũ: nã in libris metheororũ agit de his q primo generantur ex elemẽtis in sublimi. s. de igneis t aqueis: vt de fulminibus, de niue, pluuia, t grãdine, aliisq; id genus. Reliquos vero libros cõsumit disputationib⁹ de natura aĩaliũ: initiũ sumẽs ab his primo q cõia sunt oĩbus aĩalibus. Vñ in libris de anima tractat de aĩa t partib⁹ ei⁹: t in relicis paruis naturalib⁹ de sensu t sensato, somno t vigilia, t cęteris, q oĩbus, aut pluribus aĩalibus sunt cõia. In libris vero de historia, de partibus, de generatione, t de motione animalium, agit de animaliũ specieb⁹ in particulari.

Libri octo

¶ Numerus autem librorũ octo phyſicorũ hac ratione diuiditur. Primus est de principijs rei naturalis, seu entis mobilis: quod idẽ est. s. de materia, forma t priuatiõe. Secũdus vero est de principijs scięti⁹ naturalis. s. de natura, quę cũ sit principiũ mot⁹, est sicut mediũ quo vtitur hęc scięti⁹ in suis demonstrationibus, t de ijs tuor generib⁹ causarũ: per quas demõstrat. In tertio sequit tractat⁹ de motu: q est prima passio subiecti hui⁹ scientię. In quarto vero subsequitur disputatio de his quę extrinsecus adiacẽt motui. s. de loco: q est mensura mobilis: t de tempore, quod est mensura motus. Quinti autem libri consideratio est de diuisione mot⁹ in suas species: sexti de diuisione motus in partes integrales. s. de diuisione motus secũdũ tẽpus. Septimum vero t octauũ adiecit Arist. de primo motore, t primo mobili, t primo motu. In septimo nanq; ostendit necessariũ esse vt sit primus motor, primũ mobile, t primus motus: t in octauo tandem differit quę sit natura primi motoris, primi mobilis, t primi motus.

Modus procedendi.

¶ Modi procedẽdi huiꝰ scientię (inquit hic Com.) sunt vię cõmunes doctrinę. s. demõstratio a signo. i. ex effectibus ad causam: t demõstratio propter quid a causa ad effectũ, t de mõstratio simpliciter. Distinguit hic demõstrationẽ simpliciter a demõstratione generaliter, ex causa, aut qnẽ ad modũ. i. poste. q. 4. diximus. s. q demõstratio simpliciter sit illa, nõ quę procedit quocunq; a causa ad effectũ: sed quę procedit formaliter ex causis t principijs imediatis. Aut forte meli⁹, q demonstratio a signo sit secundũ quid demõstratio: q; procedit ex notioribus, non simpliciter, sed solum quo ad nos: t eadem ratione, demonstratio quę procedita causa, notiori quidem naturę, nobis autem ignotiori, vocetur etiam quodãmodo secũdũ quid: vt demõstratio eclipsis per interpositionem terrę, vbi causa est nobis ignotior quã effectus. Demonstratio vero simpliciter sit illa quę procedit ex notioribus simpliciter. s. t quo ad naturam, t quo ad nos: vt sunt demonstrationes mathematicę: quę, vt patet apud Euclidem, procedunt ex principijs simpliciter notis naturę t nobis, paulatim ad ignotiora simpliciter ascendendo. Demõstramus enim tres angulos trianguli, equiuales duobus rectis per hoc quod angulus extrinsecus equualet duobus intrinsecis oppositis, quę quidem causa est notior t naturę t nobis, vt. 1. poste. q. 5. exemplo monstrauimus.

Demonstratio simpliciter.

Nomen libri.

¶ At autem tandem ad nomẽ libri descẽdamus titulus sic habet,

Aristo

ARISTOTELIS DE PHYsico auditu, seu de naturalibus principijs. Liber primus: Frãciſco Vatablo translationis veteris correctore.

IN ſcriptionis huius, ſcilicet de Phyſico auditu, ſeu de naturali auſcultatione, quod idem pollet, non aliam rationem fere afferunt expoſitores, niſi quod opus hoc auditoribus ſuis legebat interpretabaturq; Ariſtot. At quia ratio hęc non omnibus forſan ſufficiens reputabitur, notandum eſt quod opera antiquorum philoſophorum Philoponus in prologo prędicamen. in tria genera diſtribuit. ſ. in commentaria (quę erant annotationes illę, quas quiſque ex lectione aliorum operum in gratiam memorię ſcripto mandabat) & collocutoria ſeu dialogica (quę, ſcilicet, non tanquam ex propria perſona a proprio authore, ſed a perſonis in dialogũ introductis, proferebantur: quę apud Platonem ſunt frequentiſſima) & auſcultatoria (quę erãt illa opera quę magiſter in ſcholis tanquam ex propria perſona prędeptionis modo legebat.) Attamen vt Simplicius, & Themiſ. in hoc libro, meminit, & Cicero lib. 5. de finibus inſinuat, & Aulius Gellius lib. 20. cap. 4. latius explicat, duo erant, quantum ad rẽ attinet, genera operum apud antiquos: alia in quibus continebantur rhetoricę meditationes & argutię adres ciuiles pertinentes: & alię id genus res minoris momenti, quę dicebantur, Exoterica. i. extera & vulgaria, eo quod ad illorum auditionem admittebantur vulgares, & quicunque de plebe audire volentes. Alia vero erant in quibus res maioris momẽti & ſubtiliores agitabantur, ſiue ad dialecticam, ſiue ad naturę contemplationem pertinerent. Quę proinde appellabantur, Acromatica. i. auſcultatoria, eo quod attentiori meditatione indigerent: nam auſcultari eſt attente audire: & idcirco ad hęc non admittebantur, niſi homines iam prouecti & peculiares auditores. Et hęc legebantur mane: ideoque dicebatur matutina deambulatio, alia vero legebantur veſpere & dicebatur veſpertina deambulatio. Legebat enim Ariſt. deambulans. Unde Them. alia, inquit, quę de rhetoricis & de poeticis & moralib⁹ Ariſcripſit, ea claritate dictauit, vt quiſquis negocio facili poſſet per ſe intelligere. Hęc autem de rerum principijs, quę altioris ſunt ſpeculationis obſcure tradidit: vt non niſi qui ingenio pollerent, neque illi ſine doctore perciperent. Unde cum de his cõquereretur Alexander, quod, quę ipſe in ſecreto audierat, alijs vulgaſſet, reſpondiſſe fertur Ariſt. non egre id ferret, q̃ ita ſcripſerat, vt nemo, niſi ab eius ore audiret, intelligere per ſe valeret. ¶Inſcribitur ergo, opus hoc de phyſico auditu. i. de naturali auſcultatione, nempe quod hęc niſi audiantur & aſſidua meditatione verſentur, intelligi nequeunt. Tametſi & grece etiam inſcribatur, de principijs naturalibus, eo quod vt dictum eſt, in his octo libris agitur de principijs vniuerſalibus rerum naturalium. Et ita vulgo modo nuncupantur, libri Phyſicorum. i. naturalium, videlicet principiorum. At vero, vt Them. hic ex Adaſtro refert, quinque priores libri quandoque ab Ariſtotele appellantur de principijs: tres vero poſteriores vocãtur de motu. Et ſub illis nominibus ſolet eos Ari. ſępe citare. ¶Ex trãslationib⁹ Latinis elegimus veterem translationem, quę a Franciſco Vatablo ad veritatem Grecam exactiſſime correcta eſt, & latinitate prętera donata & polita: nam veterẽ illam quę ſub nomine Boetij circunfertur, indigna eſt profecto, quę in ſcholis verſetur: & Argyropili translatio (quam in dialectica, quia aliam correctiorem non habebamus, ſequuti ſumus) quamuis in ſententia parum a veritate greca declinet, verba tamen greca non adeo fideliter ſeruat.

¶Sequitur hic queſtio prima quę eſt prohemialis.

DE ORDI. PROCED. CAP. I.

QVONIAM intelligere, ac ſcire contingit circa omnes ſcientias quarum ſunt principia, cauſæ, vel elementa, ex horum cognitione (tunc enim putamus cognoſcere vnum quodque: cum cauſas primas cognouerimus, & principia prima, & vſque ad elementa) Manifeſtum eſt, quòd, & ea quæ ſunt circa principia ſcientiæ, quæ de natura eſt, primum determinare tentãdum eſt. Tex. 1.

Primi articuli queſtionis ſecundę loc⁹.

Exorditur ergo Ariſtote. opus hoc Phyſicorum a principijs rei naturalis, ſiue entis mobilis, quod eſt ſubiectum phyſicę, De quibus ſubinde eſt totus hic primus liber. Adnotandum eſt tamen, quod opus hoc grece tãtum modo diuiditur in libros octo: nullus autem librorum amplius ſubdiuiditur, ſed perpetuo contextu procedit. Traductores vero linguę, elucidationis gratia, ſingulos libros per capita diſtribuunt. At vero Com. non ſequitur diuiſionem per capita: ſed per commenta. Et quia receptiſſimum eſt Ariſtotelem per textus commentorum citare, hoc nos etiam tempori dabimus, vt diuiſiones capitulorum, & ſimul commentorum obſeruemus. ¶Tametſi profecto (vt inſcitiam meam ingenue fatear) non mihi video intelligere, cur Commentator in tãto ſit habitus precio, vt par fere negocium ſit expoſitoribus Ariſtotelis Cõmentatorem & intelligere, & defendere, atque Ariſtotelem ipſum. Nam prę ter quam quod preſſus eſt & lubricus: atque adeo intellectu fere difficilior quam Ariſtote: neſcio quid egregium preclaroque ingenio dignum, niſi vnum forſan aut alterum apud Commentato. legatur: cum tamen erroribus, non ſolum contra fidem, ſed contra veram philoſophiam ſit frequentiſſimus. Non illi gloriam hanc detraho, quominus hoc nomine fuerit de Ariſtotele bene meritus, quod cum eſſet & lingua greca, & alijs tunc temporis latinis expoſitoribus deſtitutus, tam multis in locis Ariſtotelem intellexerit, obidque tanquam ſolus inter Latinos merito fuerit receptus: ſed tamen quando tanta iam

Vatablus

Cõmentator Auer.

mune est expositorum frequentia, & qui lumine fidei illustrati res physicas tractauerunt, non est cur nobis Auerroes tantum negocium facessat. Fuit Cordubensis Machumetus, medicus, sub anno Domini. 1150. ¶Attamen vt ad propositum reuertamur, liber iste primus nouen continet capita: diuiditur tamen per textus octoginta tres. Primũ caput, quod quinque textus habet, sed perspicatius in tres tantum partes diuiditur, est velut prohemium huius operis: immo forsan totius philosophię naturalis: sane in quo duas statuit Aristoteles conclusiones quibus aperit modum debitum procedendi in philosophia naturali: quinimo in omni, quę de aliqua re traditur, scientia. Circa quas versatur secunda quęstio nostra. ¶Prima conclusio hoc primo textu est. Tentãdum est primum determinare ea quę sunt circa principia scięti ę quę de natura est, ideſt Inchoanda est scientia naturalis á determinatione principiorum rei naturalis de qua tractat. Probatur conclusio. Omnis scientia rerum quarum sunt principia, aut causę aut elementa, ex horum principiorũ, causarum, & elementorum cognitione fit: sed scientia rerum naturalium est rerum habentium principia. &c. ergo hęc scientia inchoanda est a cognitione principiorum rerum naturalium. Maiorem syllogismi probat Aristot, ex eo quod dixerat. 1. poste. tex. 5. videlicet quod tũc putamus cognoscere vnumquodque: cum causas primas cognouerimus, & principia prima, & vsque ad elementa. Minorem vero, vt mos eius est, non exprimit sed subintelligit. ¶Consulto dicit, intelligere & scire, vt, intelligere, referatur ad cognitionem primorum principiorum: quę quanuis nõ habeant principia, nec causas extrinsecas, habent tamen elementa, puta terminos ex quibus constituuntur: ex quorum cognitione fit cognitio principiorũ, vt ait Aris. 1. post. tex. 6. Aut potest referri, vt ait. S. Tho. ad diffinitionem, cuius intellectio pendet ex genere & differentia, quę sunt eius causę & principia. Com. legit, Quoniam dispositio scientię & certitudinis, vbi nescio quam differentiam comminiscitur inter scientiam & certitudinem: videlicet quod non omnis scientia sit certa, sed illa quę procedit ex causis. Ueruntamen nec fundatur in litera greca, nec est ad intentionem Aristote. ¶Quid intelligat nomine principiorum, causarum, aut elementorum, Alpharabius opinatur illa referri ad principia scientię: vt dignitates dicantur principia, & premisse dicantur causę: & maior & minor extremitas, elementa. Commentator illa intellegit de principijs rei: vt per principia intelligantur causę agentes: & per causas, causę finales, & per elementa, causę materiales. Sed hęc omnia sunt ad libitum cõficta: & maxime, quia Com. in primo & secundo loco huius textus equiuoce accipit principia & causas: quod sine aliqua probabilitate dictum est. ¶Supernacuum ergo est opiniones referre, vbi expressa est scientia Aristote. qui. 5. meta. tex. 1. & infra eo ordine quo hic, ista proponit. Docet quę quid horum sit vnumquodque. Habent. n. se tanquam superius & inferius. Enimuero principium solum dicit ordinem. i. id vnde res aut motus incipit. Causa vero supra principium addit influxum in effectum: sed elemẽtum ad hoc addit, quod sit causa materialis intrans compositionem rei. Quocirca nomẽ principij est cõmunissimum: vt punctum est principium magnitudinis, & instans principium temporis, & terminus a quo, principium motus, vt ex non calido fit calidum: & tamen nec punctum, nec instãs, nec terminus a quo sunt proprię causę. Causa vero est illa quę influit: vt causa efficiens, aut qui mouet, vt finis: aut quomodocunque concurrit vt materia & forma. Sed elementum propriè est sola causa materialis: vt cuprum est elementum statuę. Vnde prima elementa vocantur illa quę non sunt amplius resolubilia in partes differentes specie: vt liter ę dicuntur prima elemẽta: & in mistis naturalibus sunt quatuor elementa, in quę fit resolutio: quorum similitudine. 1. poste. tex. 38. propositiones immediatas & irresolubiles, appellat Arist. prima demonstrationis elementa. Ex quo sequitur quod omne elemẽtum est causa, & non conuerso: item omnis causa est principium: quia est prior effectu: non tamen econuerso. ¶Numerantur vero illa tria disiunctiue: quia non omnes res habent omnia illa tria: vt intelligentię nõ habent elementa: quia non sunt materialia: habent tamen causas. Et cęlum non habet principium magnitudinis, cum sit sphęricum, nec secundum Arist. principium temporis, sed habet causas motrices. s. intelligentias. Et preterea numerãtur disiunctiue, quia non omnis scientia demonstrat per omnes causas. Mathematicę nanque solum demonstrant per causam formalem, vt habetur. 2. huius tex. 18. & 3. meta. text. 3. Cuius rõ est: quia abstrahunt a materia, & per cõsequẽs ab agẽte & fine: tractat. n. Geometria de forma trianguli, non vt est in tali materia, & per consequẽs, nec vt fit ab agente. Metaphysica etiã tractat de ente, pro vt est commune ad res omnes materiales & immateriales, & per consequens propriè nõ tractat de materia: quanuis in genere tractet de actu & potentia. Tractat vero de alijs causis, vt de genere & dfia quę sunt causę rei. Physica vero, quia in suis diffinitionibus vtitur materia & motu, propter ea tractat de omni genere causarum: nam agens producit formam in materia propter finem.

1. Conclu.

Intelligere,

¶Principiũ causa: elementum.

Innata autem est ex notioribus nobis & manifestioribus via, ad manifestiora natura, & notiora: non enim sunt eadem & nobis nota, & simpliciter. Qua propter necesse est ad hunc modum procedere, ex immanifestioribus natura quidem, nobis autem manifestioribus, ad manifestiora natura, & notiora. Sunt autem primum nobis dilucida, ac manifesta, cõfusa magis. Posterius autem: ex his nota fiunt elementa, & principia, ijs qui diuidunt ipsa. Qua propter ex vniuersalibus ad singularia procedere oportet.

Tex. ij.

Tex. iij.

Tex. iiij.

Arti. 1. secundę quęstionis.

¶Secunda conclusio huius prologi est. Ex vniuersalibus ad singularia procedere oportet. i. Ordo tractandi de principijs est, vt ab vniuersalioribus ad particularia procedatur. Probatur. Ordo naturalis cognitionis humanę est, vt a notioribus nobis & manifestioribus ad ea, quę sunt nobis minus nota, naturę vero notiora, procedamus (non. n. sunt eadem nobis, & naturę notiora) sed illa quę sunt magis confusa, sunt nobis magis nota: ergo ex illis pro-

2. Conclu.

lis proceedendum nobis est, ad illa quę sunt magis determinata: at vniuersalioza sunt magis confusa (vt animal, quam homo: & corpus, quam animal, &c.) ergo ab vniuersalibus ad singularia procedendum nobis est. Maiorem ponit in. 2. text. minorem, in. 3. conclusionem, in. 4. ¶Scio multos, qui diuisionem Commen. tatoris sequuntur, in plures conclusiones hunc prologum distribuere: nam Com. illam propositionem, quod, confusa magis, sunt nobis notioza, non accipit tanquam præmissam ad concludendum aliam, scilicet, quod sit incipiendum ab vniuersalibus: sed dicit esse aliam per se conclusionem. Vnde per confusa, non intelligit vniuersalia, sed tota respectu partium, quas Arist. statim (inquit) appellat elementa & principia. In quibus (ait) verbis non vult ostendere ordinem procedendi in doctrina, sed qualitatem demonstrationum quibus vtitur hęc scientia. Videlicet quod pergant ab effectu ad causam, & a compositis ad simplicia. ¶At vero profecto: licet totū notius nobis sit, aliquo modo quam partes: vt in primo exemplo stat in textus. 4. videbimus, & quęstione. 2. explicuimus, tamen cum ait confusa esse notiora, a parte intelligit vniuersalia: quia hic Aristo. non loquitur de modo demonstrandi huius scientię (hoc enim docet in. 2. libr.) sed solum statuit duos ordines doctrinę: vnum ex parte obiecti in prima conclusione, videlicet quod consideratio rei procedere debet ordine naturę a principijs ad cōposita, quo ordine natura procedit in eius compositione: secundum ordinem subdit in secunda conclusione ex parte cognitionum: videlicet q in contēplatiōe principiorū cognitio debet procedere ab vniuersalioribus. Ad cuius probationem subsumit illam minorem, quod confusa idest vniuersalia sunt nobis notiora. Quos ordines seruat Arist. cum prius tractet de materia & forma in. 1. libr. & de alijs causis entis mobilis in secundo, & deinde in tertio prosequitur de ipso ente mobili. Rursus in considerationē principiorum prius in genere incipit inquirere, quot sunt principia rerū naturalium, & mox in particulari tractat ō singulis principijs. Et cōin his octolibris tractat in genere & in vniuersali de mobili & motu, deide in alijs libris particularibus, in particulari de singulis speciebus mobilium & motuum. Quo circa non accipitur hic vniuersale, pro propositione de subiecto distributo, sed pro noticia cōfusa. ¶Colligitur ergo quod per confusa Arist. intelligit, non composita, vt vult Comm. sed vniuersalia. Quę dicuntur confusa eo quod indistincte continent & significant plures species: quas hic vocat elementa & principia, propterea quod genus se habet ad species, sicut totum ad partes in quas diuiditur. Et hoc est quod intelligit hic Arist. quando dicit, quod confusa magis, sunt nobis primum manifesta, posterius ex his nota fiunt elementa, ijs qui diuidūt ipsa. Nā diuisione generis p suas differētias distincte cognoscuntur species: vt animalium aliud animal rationale, aliud irrationale. Et hanc expositionem insinuant Philoponus, Alexāder, Themistius, qui Græce egregie Aristotelem intellexerunt. Et ideo nos duas tantum principales conclusiones ex hoc. 1. cap. colligimus. Reliquę vero, omnes sunt præmissę, quibꝰ ipsę demonstrantur. ¶Offert se hic statim argumentum contra hanc secundam conclusionem, q vniuersalia non sunt nobis magis nota: nec sit ab illis incipiendum: cum Arist. 1. poste. cap. 2. tex. 5. dicat, singularia esse magis nota quam vniuersalia, & a singularibus incipere cognitionem nostram: quippe quę sunt proxima sensibus, sed hoc in quęstione. 2. expositum est & solutū. Ubi ostendimus illic sermonem esse de singularibus simpliciter, quę sunt obiecta sensuum: hic vero de particularibus speciebus seu minus vniuersalibus, quę dicuntur singularia respectu superiorum generum.

Totum eñ, secundum sensum notius est: vniuersale autem totum quoddā est. multa enim comprehēdit vt partes vniuersale. Patiuntur autē hoc idē, quodā modo & nomina ad rationem. totū eñ quoddam, & indistinctè significāt: vt circulus. diffinitio autem ipsius, diuidit in singula. Ac pueri, primum quidē oēs viros, patres appellant: & matres, fœminas. posterius autem, determinant horum vtrunque.

Tex. v.

In tertia vero parte huius capitis tribus exemplis manifestat minorem superioris syllogismi, videlicet quod confusa idest vniuersalia genera sunt magis nota quam singularia, idest quam inferiores species. Primū sumitur a toto sensibili ad partes. Totum enim prius sese offert sensui quam partes distincte: vt prius quis a remotis videt turrim, quā quod sit ex lateribus aut ex lapidibus constructa, & prius videt arborem, quam distinguat ramos: & prius hominem, quam distinguat membra: ergo a simili, cum vniuersale sit quodammodo totum respectu suarum specierum, notius est illis. Quod si quis contra arguat vniuersale nullam habere similitudinem cum toto integrali respectu partium: nam totum continet actu partes, vniuersale autem solum continet in potētia species, vt vidimus in prædicabilibus ca. de differentia. Respōdetur q totum integrale, duas habet ad suas partes habitudines: prima est q continet illas actu: & in hoc non assimilatur generi, sed potius speciei, quę in actu continet genus & differentiam: secunda est quod continet eas indistincte & confuse, vnde per diuisionem totius, partes distinguntur, vt cum frustrum impuri auri liquatur, separatur purum aurum ab alijs metallis: & in hoc assimilatur generi. ¶Secundum exemplum sumitur a toto intelligibili: nempe a diffinito ad partes diffinitionis. Nomen enim homo, seu, circulus, confuse continet partes diffinitionis, quę in diffinitione distincte explicantur: prius namque quis cognoscit confuse hominem, quam distincte cognoscat esse animal rationale. ¶Attamen videtur hic Arist. sibi esse contrarius, cum supra dixerat partem diffinitionis notiorem nobis esse quam ipsam speciem. vt animal quam hominem, hic autem videtur dicere oppositum. Responsio tamen est, quod animal seorsum notius nobis est quam homo: si tñ aīal sumatur vt pars diffinitionis hois, prius notum est nobis hūc esse hominem, quam distincte esse animal rationale. Sicuti notior est linea, quam linea circularis: tamen prius confuse cognoscitur circulus, quam quod linea a centro ad circunferentiam sint æquales, quę est diffinitio circuli. ¶Tertium exemplum est in textu quinto quod sumitur a toto sensibili ad particulare. s. a superiori ad inferius in significando & repræsentādo sensui: siue id sumatur secundū locū, siue secūdum tēpus. Cum eñ quicquā a remotis videmus, prius cognoscimus id esse corpꝰ, quā esse aīal, & prius

Duo ordines.

Vniuersa e. Confusa.

Primum exemplū.

Obiectio

Totum integrale.

Secūdum exēplum.

Tertium exemplū.

esse animal, quam esse hominem. Ita3 puer prius tē
pore sensu percipit rationem hominis in communi,
quaz proprietates patris in particulari, & differētiā
inter matrem & fœminam, quam inter patrem & ma-
trem: & ideo prius appellat omnes homines patres
& omnes fœminas matres, nō discernens inter com-
munia hominis, & propria patris: ergo signum est
ita contingere in intellectu, vt vniuersalia sint no-
bis prius nota, quam particularia. ¶Sequitur quę
stio. ij. super tex. 1. vtrum modi, &c.

DE PRINCIPIIS, ADuersus Parmeni. & Melissum. CAP. II.

Text. vj.

NEcesse est autem: aut vnum es
se principium, aut plura. Et si
vnum, aut immobile, vt dicit
Parmenides, ac Melissus, aut
mobile, vt physici, hi quidem aerē asse-
rentes, alij verò aquam, primū esse prin-
cipium. Si verò plura, aut finita, aut infi-
nita. Et si finita, plura autē vno aut duo,
aut tria, aut quatuor, aut secundum aliū
quēpiam numerum. Et si infinita, aut sic
est vt Democritus genere quidem vnū,
figura verò vel specie differētia, aut etiā
contraria.

¶Statuto in prologo duplici ordine procedendi
scientię physicę, aggreditur in hoc. 2. capitu. Aristo.
iuxta primum ordinem, tractatum de principiis en-
tis mobilis, quod est subiectum physicę: & iuxta secū
dum, incipit prius in genere inquirere principiorū
numerum. Atqui tribus integris capitulis vsq; ad
textum. 14. disputat de principiis aduersus veterum
opiniones. In more enim semper habet Aristote. in
initio suorum operum contraria dogmata euellere,
vt suam commodius sententiam introducat: instar
naturalis agētis, quod cōtrariam formā, priusq; pro
priā in subiectuz inducat, inde pellit: vt. 1. Metaph.
t. 1. & aīa, & t. 1. Ethico. est inspicere. Et ꝙa inter philo-
sophos, aliqui sunt naturaliter loquentes, id est prin
cipia admittentes naturalia: alij vero non naturali-
ter loquentes, quippe qui talia principia negant, in
hoc. 2. capit. quod sexdecim textus continet, a sexto
vsq; ad. 21. inclusiue arguit aduersus eos, qui non na
turaliter loquuntur: qui sunt Parmeni. & Meliss. &
in tertio respōdet eorum rationibus: & in quarto di
sputat aduersus naturaliter loquentes. ¶In hoc er-
go primo textu, qui est sextus in ordine proponit
diuisiones principiorum, quas antiqui solebant ap-
pellare scientificas, propterea quod procedunt per
membra cōtradictoria, atq; adeo in vniuersum com-
prehendunt numerū omnem & qualitatē principio-
rum, quę possunt in cogitationem cuiuscūq; philoso-
phi cadere. Ita fere distinxit. 1. Ethic. antiquorum
opiniones de felicitate & vltimo fine, qui est in ope-
rabilibus, sicut principium in speculabilibus. ¶Di-
uisiones autem sunt numero quinque, vnde quinq;
formantur quęstiones. ¶Prima. Rerum naturalium,
aut vnum est principium, aut plura. Non est dare
medium: quia ea quę sunt plura simpliciter, id est
actu diuisa, non sunt vnum. Secunda. Si vnum, aut
immobile, vt dicunt Parmeni. & Meliss. aut mobi-
le, vt aiunt physici: quorum alij dicunt esse aerem:
alij aquam, aut aliud quippiam. Tertia. Si plura,
aut finita, aut infinita. Quarta si finita, aut duo,
aut tria, aut in alio quouis numero. Quinta. Si in-
finita, aut genere quidem vnum: figura vero & spe-
cie differentia, id est forma: nam Democri. non pōne
bat principia differre essentiali specie, vt dicebat
Anarago. aut contraria, vt infra videbimus opina-
tum fuisse Anaxagoram. ¶Videtur hic tamen Ari-
stotel. alias diuisiones silentio prætermisse. Primo qz
vt ait Commen. ponentium vnum principium, alij
dicebant esse finitum, vt Parmeni. & alij infinitum
vt Melissus. Ubi notandum est obiter, quod nisi mē
dum sit calcographi: falsum est amborum fuisse opi-
nionem, principium esse infinitum: cum statim tex.
18. referat Aristotel. Parmenidem dixisse esse fini-
tum. Melissum vero, infinitum: cuius rationem as-
signat. 1. Metaphy. capit. 5. Respondet tamen Com-
mē. quod cum plura distinxit in infinita & finita, eam
dem distinctionem subintellexit de vno. Vel forsam
satis est dicere, quod Aristote. noluit omnes diuisio
nes, sed præcipuas enarrare. ¶Et eadem ratione
non recitauit omnes opiniones physicorum, id est
naturaliter loquentium, nam vt. 1. Meta. capitu.
3. habetur Thales posuit primum principium esse a-
quam. Anaximenes vero & Diogenes, aerem: sed
Hippasus & Heraclitus, ignem: de quo hic non me-
minit. Quin etiam vt Philoponus hic refert. Ana-
ximander posuit medium vaporem inter aquam & ae
rem, aut inter aerem & ignem: qui non esset purum
elementum. Terram vero, vt ait Aristotel. 1. Meta.
text. 14. propter eius grossitiem nemo philosopho-
rum posuit esse principium: licet Hesiodus & alij ve-
teres poetę id in fabulis reliquissent. ¶Et eadem
forte causa, ne omnes referret, subticuit aliam di-
uisionem. Videlicet. Si sunt plura, vtrum sint mobi
lia, an immobilia. Quod enim ait Commen. illam
tacuisse, eo quod nulli ponerent plura esse principia
immobilia. falsum est profecto, nam libro sexto. ter.
76. commemorat opinionem Zenonis tenentis oia
quiescere: quam libro octauo, text. 22. confutat, tan
quam hominis non solum negantis principia natu-
ralia, sed sibi repugnantis. Repugnat enim plura
vnum componere, nisi alterentur, aut aliter muten
tur. Et hac forsan de causa vt ait Simplicius missam
hic fecit hanc opinionem Aristotel. tanquam sibi re
pugnantem. ¶Notandum est præterea quod physici,
i. naturales, dupliciter dicti sunt: vno modo, quia
de rebus naturalibus philosophantur: quemadmo-
dum qui a Thalete deriuati sunt, dicebantur physi-
ci, ad differentiam discipulorum Socratis, qui appel
labantur, Ethici, id est morales quia de moribus
disserebant. Alio modo dicuntur physici, vt hic acci
piuntur, quia principia naturalia admittunt: ad dif-
ferentiam Parme. & Meliss. qui licet de rebus natu
ralibus philosophantur, negant tamen principia na
turalia, scilicet aliquid esse mobile. ¶Principium ein
rerum naturalium est natura, quę est principiū mo
tus. Obidq; qui motum negant, principia subinde
tollunt sciētię physicę, meritoq; proinde appellātur
non naturales. ¶Molestum esset & importunum vni
uersas hic istorum philosophorum opiniones de
principijs recensere: qñ quidē suus cuiq; locus erit
inferius, vbi singulę commodius explicabuntur: qui
bus

Mos Aristot.

Q iuisiões q uinq.

bus singulis expositis, postmodũ. q. 5. quã ō nume ro ꝓncipiorũ disputorũ simul oẽs in epilogũ colligo. ¶ Hoc aũt in gñe circa oẽs istos philosophos ꝓio ad notãdũ est ex Arist. 1. Met. c. 3. vbi has opiniões per amplius explicat, q; primi philosophi ex causis ꝛ principiis rerũ solũ cognouerũt cãm materialẽ: alia vero principia tenuiter ꝛ hallucinãtes attigerunt: eo q; tunc infantia erat generis humani: nẽpe qñ homines in rerum inuentione supra sensum parũ assurgebãt, ꝛ sensu solũ principium materiale percipimus. Videmus enĩ cum aqua ex frigida fit calida: ꝛ cum cera fuꝫ ex viridi fit rubeũ, ꝛ cũ lignũ vertitur in cineres, videm⁹ inquã illic manere subiectũ. At vero formę tam essentiales quã accidẽtales, res sint distinctę, ō noua ab aliqua causa efficiẽte producte, id sensu nō percipimus, sed intellect⁹ contemplatione opus est: qua illi parũ vtebantur. Vnde Cicero lib. 1. Aca. q. secũdũ illos, inquit, philosophos qui solã causam materialẽ cognouerũt, nihil magni erat philosopphari. ¶ Secundo notãdũ est q; neq; principiũ materiale plene cognouerũt: nam materia vt in hoc libro videbimus, nõ est ens in actu. i. suppositũ, sicut aqua vel ignis, sed est potẽtia quę recipit formã: quã ꝓinde nec sensu plene percipimus, sed intellectu per analogiã ad materiam artificialiũ, vt infra videbim⁹. Illi vero putabant principiũ materiale esse ens in actu complẽtũ: puta aquã vel ignem vel aliud id genus ens per se, quod sensu percipitur. Itaq; secundum illos ꝓncipiũ materiale erat tota substãtia rei. Vnde sicut in artificialibus ꝛ in aliis subiectis formarum accidentalium non dicimus q; aggregatuꝫ ex subiecto ꝛ accidente est album, aut est scamnum: sed q; homo est albus, ꝛ lignum est scamnum: ita ipsi loquebant in formis substantialibus, q; videlicet homo aut lignum non est aggregatum ex materia ꝛ forma: sed qui ponebant principiũ esse aquam, dicebãt quod cuncqs ens esse aquam. Et aqua magis densa, est ferrum: minus densa, est lana: aqua huius figurę est homo, ꝛ alterius figurę est equus. Et proportionabiliter de aliis. Vsq; hęc intelligitur textus sub sequens septimus.

Tex. vij. Similiter autem quęrunt, & quærentes quot sunt, ea quæ sunt. ex quib⁹ em sunt, ea quę sunt quærũt primum vtrũ hæc vnum, an multa sint. & si multa: finita, an infinita. quare principiũ ac elementum quærunt: vtrum sit vnum an multa.

¶ Similes esũ quęstiones erant apud illos philosophos de entibus ipsis cõpletis ꝛ subsistentib⁹, ꝛ de eorum principijs, nã cũ principiũ sit totũ ens idẽ est quęrere quot sunt principia, ꝛ quęrere quot sunt ea quę sunt. i. entia ipsa subsistẽtia. Vnde quęrere vnum ne sit principiũ, an plura, mobile an immobile, finita an infinita, eiusdẽ speciei, an differentia specie, cõtraria an nõ contraria, est quęrere an oia entia sint vnũ ens an pluta, mobile an immobile: ꝛc. Et per consequens asserere q; nõ est nisi vnũ principiũ, est asserere q; omnia sunt vnũ ens: nempe q; totũ vniuersum est vnum ens. Sicuti qui poneret lignum esse principiũ omniũ artificialiũ, cõcedere subinde haberet, q; omnia artificiata sunt lignum. Quomodo autẽ intelligant omnia esse vnũ exponet tex. 12. Et ideo concludit Arist. q; quęrentes principia solum quęrũt principiũ quod est elementum. i. principium materiale: qō est tota res.

Itaq; si vnum, atque immobile sit, id quod est, considerare: non est de natura, speculari. VT enim Geometriæ nõ amplius est ratio, ad eum qui destruit principia, sed aut alterius est scientiæ, aut omnium cõmunis: sic neq; cuipiã de principiis. Non enim amplius, principium est: si vnum solum, & ita vnum est. aut enim principiũ cuiusdam, aut aliquorum est.

Tex. viij. Contra negãtes prĩcipia nõ est arguendũ &c.

¶ Quoniam ex istis philosophis, vt modo dicebamus, quidam, vt Permenides ꝛ Melissus, negantes aliquid esse mobile, negabant subinde principia rerum naturalium, atq; adeo principia huius scientię, ꝛ ideo appellati sunt non naturales. Aristo. aduersus eos, tanquam contra illos qui radicitus tollebant philosophiam naturalem, ꝛ per cõ sequens sint primitus exterminandi, primum incipit argumentari. ¶ Præmittit verumtamen quod contra istos, quippe qui principia physicę negant, non incumbit philosopho naturali disputare. Docuerat nanq;. 1. post. c. 9. tex. 26. ꝛ. 28. vnũ quãq; sciẽtiam habere sua propria principia ꝛ conclusiones, ꝛ per consequens habere proprios errores, peculiariter pertinentes ad illam scientiam. Et ideo sicut scientia non debet reddere rationeꝫ suorũ principiorum, ita nec debet disputare contra negantes sua principia. Sed si fuerit subalternata, hoc pertinet ad subalternãtem: si vero fuerit subalternans, id pertinebit ad meta. vel ad dialecticã, quę sunt scientię cõmunes. In duobus autẽ negãt isti principia. Primũ q; dicũt oia esse vnũ. Secõ q; dicunt esse immobile. Arguit Aristo. cõtra primũ hoc modo. Principiũ, ꝛ id cuiꝰ est principiũ, necessario debent esse duo, q; nihil est principiũ sui ipsius: ergo istos oia q̃ sunt in orbe sunt vnũ, vt tex. prio exposũ est: ergo sibi ꝓdicũt dicẽtes oia esse vnũ: ꝛ tũ esse principiũ: sed virtualiter dicunt omnia esse vnum ens cõpletũ ꝛ subsistens. Unde in text. nono.

Simile igitur est considerare an sic vnum est: & ad aliam quãlibet positionem sermonis gratia dictam disputare vt Heracliteam, aut si quis dicat hominem vnum, id quod est, esse.

Tex. ix.

¶ Subiungit Aristo. ꝓinde esse hoc dicere, ac si quis dicat, id quod est, esse. i. existentia omnia esse vnum hominem. Quod est ad aliam quãlibet positionem, sermonis gratia dictam, disputare. vt ad positionnem Heraclitι. Heraclitus inter antiquos est qui plures incredibiles opiniones asseruit: qui ꝓinde passim in exemplum erroris ascisciꝫ ab Arist. Opinatus est oia esse in cõtinuo motu vt infra li. 8. tex. 23. ꝛ. 4. meta. tex. 22. referꝫ. Ad quã opinionẽ forsan hic alludit, dicẽs: tã inopinabile est dicere oia esse in cõtinuo motu. Et ita. 1. top. ca. 9. ambas opiniones, ꝛ Melis. ꝛ Heraclιti, appellat admirabiles. i. sine rõne assertas. De quibus ait, q; ō quoli bet

bet proferente contraria, cuiam habere stultũ est. Vel forte alludit ad aliam peiorem opinionem Heracli. qua tenebat contraria idem esse. vt statim ter. 19. videbimus. Imo asserebat duo contradictoria. scilicet idem esse & non esse. vt habetur. 4. meta. tex. 28. & lib. 11. cap. 4. Quę Aristo. hic dicit sermonis gratia esse dicta, id est libidine loquendi sine aliqua probabilitate. ¶ Aliud membrum q. scz Parme. & Meliss. dicunt illud esse immobile, non ex re esse redarguit hic Aristo. sed tanquam manifeste falsum relinquit. Cum enim natura idem sit qõ principium motus & quietis, negantes motum, negant subinde naturam. ¶ Dubium est hic tamen qr videtur nihil vetare, quominus sciẽtia probet sua prima principia. Nam & mathematicę quę sunt certissimę scientię, proponunt & explicant sua principia. Et Aristo. hic disserit de materia & forma, quę sunt principia rei naturalis. Et metaphysicus habet disputare aduersus dicentes aliquid esse & non esse: aduersus quos disputat Aristo. 4. meta. tex. 9. cum tamen illud sit contra primum principiũ metaphysicę, nihil simul est & non est. ¶ Respondetur, vt hic cõm. 8. insinuat Cõmentator q alia sunt principia cognitionis in scientia: & alia sunt principia realia obiecti, de quibus tractant. Prima principia cognitionis, ex quibus scientia demonstrat, non potest scientia probare, saltez a priori: alias vt dictuz est. 1. post. esset procedere in infinituz in demonstrationibus. Et isto modo dicit hic Aristo. nõ esse arguendum contra negantes principia. Possunt nihilominꝰ explicari, vt facit mathematicus: vel a posteriori per inductionem ostendi: vt physicus ostendit entia naturalia moueri, & naturaz principium esse motus & quietis. De metaphysica vero alia est ratio: quia cuz sit vniuersalissima, potest arguere contra negantes principia, & aliarum scientiarum, & sua propria. Et pariter Dialectica deducendo ad aliqua impossibilia, vt docet Arist. 4. Meta. tex. 9. & facit hic contra Parme. & Meliss. Principia vero realia obiecti ipsius scientię cadunt sub consideratione scientię, vt physica tractat de materia & forma, quę sunt principia rerum naturaliuz, demonstrando illa esse, & quot sunt. De quibus itez demonstrat suas proprietates, vt quod sint contraria, & q altera sit potentia, altera vero actus, &c.

Scientia probat sua principia.

Tex. x. Aut soluere litigiosam rationem. qd' vtræq; quidem habent rationes: & Melissi, & Parmenidis. Et enim, falsa accipiunt, & non syllogizantes sunt. Magis autem Melissi onerosa est, & nõ habẽs dubitationem. SED vno inconueniẽti dato: alia contingunt: hoc autem nihil difficile est.

VNO incõueniẽti dato, &c.

Subdit Aristo. q nec pertinet ad philosophiam naturalem soluere litigiosam rationem Parme. & Meliss. Probat autem hoc dupliciter. Primo ratione generali: quia vt modo referebamus ex Aristo. 1. Topi. (quod itidem. 1. Ethi. repetit) non debemus esse soliciti respondere cuicunq; ad libitum & absq; probabilitate loquenti: sed Parme. & Meliss. nullam prorsus habent apparentiam. Falsam enim accipiunt. i. peccant in materia: & non syllogizãtes sunt. i. peccant in forma. Quin etiam nõ solum falsa, sed contradictoria dicunt: nam rationi principij vtrunq; repugnat, & q omnia sint vnum, & q illud sit immobile. Enimuero si principium est, ab eo cuius est principiuz, distinguitur: & nõ nisi per motum efficere aliud potest. Subiungit vero, rationẽ Melissi magis esse onerosam, quia nullaz habet dubitationem. Ea enim oratio molesta est, quę nullatenus a ratione saltem apparenter proficiscitur. Ratio vero Melissi, vt quam primum videbimus, multo minus habet apparentię, quam ratio Parmenidis. Sed vno (inquit) inconuenienti dato, plura contingunt, vt enim veritas, quãto amplius dilatatur, tanto perspicacior est, ita error paruus in principio, maximus est in fine. 1. de cęlo tex. 33. [Hoc autem nihil difficile est] vel refertur ad verbum primuz. s. q non est difficile vno inconuenienti dato, plura contingere: aut vult dicere quod non est difficile rationem Melissi dissouere, cum nec in superficie habeat apparentiam. Secundã rationem subiungit in tex. vndecimo.

Nobis autem supponatur, ea quæ sunt natura, aut omnia, aut quædam moueri. manifestum est autẽ ex inductione. Simul autem neq; conuenit oĩa soluere: sed quęcũq; ex principiis aliqs demonstrans mentitur, quæcunq; vero non, minime. vt tetragonismum: eũ quidem, qui per sectiones, Geometrici est dissoluere: illum autẽ, qui Antiphõtis, non Geometrici est. Tex. xj.

¶ At vero prima propositio huius textus potiꝰ videtur continua esse superiori rationi, & quasi cõclusio illius. Ac si dicat. Quicqd Parmeni. & Meliss. senserint, nobis autem tanquam manifestũ supponatur omnia naturalia, aut quędam moueri: qr hoc inductione manifestum est. Quippe cuz videamus animalia moueri, lignũ igne comburi, semina fructus facere: & alia id genus. Ait, omnia aut quędam, vt inquit Comm. propter formas substantiales, quę propriè non sunt mobiles, sed sunt formę quibus supposita mouentur: & tamen reputantur res naturales, tanquam partes rei naturalis. Vel propter centrum terrę aut totam terram: de qua dubium est an moueatur. Nam q hoc dixerit propter intelligentias, vt aliqui volunt, non est verisimile: quia intelligentię, vti nõ sunt mobiles, ita nec sunt entia naturalia, de quibus per se tractat physica, vt. 9. de subiecto huius scientię determinatum est. ¶ Subditur secunda ratio, cur nõ pertineat ad physicam respondere rationibus Parme. & Meliss. quę est peculiaris philosophi naturalis: qz, (inquit) non conuenit physico soluere rationes, nisi quę procedunt ex propriis principiis philosophię naturalis: ex quibus tamen non procedũt rationes istorum. Probat autem maiorem exemplo geometrici, qui licet tenetur respondere ad rationes Brisonis, contendentis quadrare circulum per inciso nes, non tamen tenetur respondere ad ratiões Antiphontis: quippe cuz primus procedebat ex principiis geometrię: alter vero non. Tetragonismus idez est quod quadratio. ¶ Ad cuius euidentiaz notandum est q solẽne erat apud antiquos vt. 1. post. tex. 23. ad notauimus, quadrationẽ circuli esse scibilem, nondum tamen esse inuentam eius sciẽtiã. Quadrare circulum est. dato circulo, inuenire quadratum, cuius area sit equalis areę circuli. Brisso vt ait

Quadrare circulũ

vt ait illic Arist. & Hippocra. vt ait ¶Philoponus, cõtendebant quadrare circulum secãdo illum in lunulas. Quod varie a doctoribus exponitur. Commen. enim quem sequitur. S. Tho. & cui ¶Philoponus & fere antiqui videtur annuere, explicant hoc modo. Dato circulo, describebat intus quadratũ, inter cuius costas & circũferentiam circuli fiunt .4. lunę. Et secundũ aliquos interptes nihil ampliꝰ faciebat. Vtũ in hac figura, non cõsideres figurã illã .12. angulox, sed solum quadratũ intra circulũ, vbi quęlibet costa quadrati & quarta circuli sibi respondẽs habẽt se sicut chorda & arcus. Et tunc sic arguebat. Omnes lineę ductę ab eodem puncto in idem pũctum sunt equales: chorda & arcus ducũtur ab eodem puncto in idem pũctum: ergo sunt equales. Si autẽ quęlibet costa quadrati equalis est quartę circuli sibi correspondẽti, omnes simul costę sunt equales toti circunferẽtię circuli. Rursus, si circunferentię circuli & quadrati sunt equales, inferebat aream quadrati descripti intra circulũ esse equalẽ areę circuli. ¶Alij dicunt ꝙ describebat inter latera ꝗdrati & circũferẽtiam circuli aliam figurã .12. angulox: volẽs probare illam esse equalẽ circulo eadẽ arte: quia sumpta quacũq; parua costa eius, est equalis portiũculę circuli illi correspõdenti: qm̃ ducũtur ab eodem pũcto in idem punctũ: sicut chorda & arcus. Quod si circunferentię sunt equales, areę sunt equales. ¶At vero profecto, neutiꝯ est credẽdũ quẽq; his rationibus vsum fuisse. Primo. Nullus nisi mẽte captꝰ concludere posset cõtra euidentiã oculi, ꝙ linea recta & circularis, ductę ab eodẽ puncto in idem punctum sint equales: neq; quadratũ descriptũ inter circulũ esse equale circulo. Est em̃ area quadrati pars aree circuli. Presertim: quia antiqui probabãt dari quadratum equali circulo: hoc modo. Datur ꝗdratum m̃in̊ intra circulum, & quadratũ maius extra: ergo datur quadratũ equale circulo. Quomodo ergo possent concedere ꝙ quadratum descriptũ intra circulum sit equale circulo. ¶Et preterea Aristo. dicit ꝙ Brisso nõ peccabat in materia, sed in forma: attamen secũdum istos peccabat in materia: nam premissa ilꝛ ꝙ omnes lineę ductę ab eodem pucto in idẽ punctum sunt equales, est contra principium mathematicum: nisi addatur, ambas esse rectas: quoniã diameter circuli, & linea semicirculi nõ sunt equales. Imo ab eodem pũcto in idem punctum non possunt duci due lineę equales: quia inter duo puncta vnica tantum linea recta ducitur. ¶Et eadem ratione si describatur figura .12. angulox m̃, nullus, nisi cęcus, diceret aream illam esse equalẽ areę circuli: cum sit pars eius. Et eodem modo peccaret in materia, dicens, ꝙ libet costa parua talis figurę est ęqlis portioni circuli sibi correspõdenti. ¶S. Tho. melius dicit ꝙ non intendebat figuram signatam esse qualem circulo: sed ꝙ illa arte poterat secari ꝗlibꝫ lunula, vt fieret figura .24. angulox m̃, & ita procedendo quousq; daretur figura rectilinea equalis circulo. Sed profecto hoc est incidere in opinionem Antiphontis: qui venirĩ non posset ad figuram rectilineam equalem circulo, nisi circunferentia circuli diuideretur quousque non esset amplius diuisibilis: quod est contra principium mathematicum: & tamen Brisso non peccabat contra principia mathematica: sed solus Antiphon. ¶Commẽtator ait Brisonem peccare in consequentia, scilicet, ꝙ putabat si luna circuli quadraretur, quadrari posse totum circulum. Sed certe illud falsum est: quia tam impossibile est quadrare lunam circuli, quã circulum. Et certe si luna quadraretur, quadraretur etiam medietas circuli, & per cõsequens totus circulus: nam dato vno quadrato facile datur duplum. ¶Aliter intelligũt quadrationem Brisonis ¶Paulus Venetus & alij. Dato enim circulo secabat circumferentiam in quatuor equales portiões, vt est in hac figura. Deinde capiebat quatuor lineas rectas, singulas equales singulis quartis circuli, ex quibus describebat quadratum: ac si circulꝰ hic subscriptus esset filum mobile, & cõtraheretur in quadratum, vt quilibet quarta circuli fieret costa quadrati. Et tunc arguebat. Quelibet costa quadrati est equalis quarte circuli: ergo tota circunferentia quadrati est equalis circunferẽtię circuli: vnde postremo inferebat quod area quadrati erat equalis areę circuli: nã si termini duarũ figurarum sunt equales, apparentia est, figuras esse equales. Et profecto nimirũ si tũe hoies nõ adeo mathematicis instructi reputarẽt hoc mõ quadrari circulũ, cũ Thomas Bradwardin̊ etiã fuerit in hoc deceptꝰ, credẽs se isto mõ nouã inuenisse ꝗdrationem circuli. Lucida ergo est nãc litera Arist. nã Brisso supponebat ꝓncipiũ geometrię. s. ꝙ cuicũq; lineę circulari date, põt dari equalis linea recta, & per ꝺ̃s põt dari circunferentia ꝗdrati quę sit ęqlis circũferentię circuli. Sed peccabat in forma, cũ inde inferebat, areã ꝗdrati esse equalẽ areę circuli. Quin potiꝰ oppositũ sequit. Cũ em̃ circulus sit figura capacissima, eadẽ circũferẽtia, descripta in modũ circuli, maiorẽ areã capit, quã si describat in modũ ꝗdrati. ¶Antiphõ moliebat quadrationẽ circuli hoc mõ. Dato circulo, signabat in circunferẽtia tria pũcta eque distãtia: inde quę describebat triãgulũ equilaterũ intra circulũ. Alij describũt quadratum qđ idẽ est in re: sz tũ ille semper ꝓcedebat ꝙ triãgulos. Mox signato pũcto medio cuiuslibet tertię ptis circũferẽtię circuli, describebat singulos triãgulos sup singula latera ꝓxis triãguli: & ita faciebat exagonũ. i. figurã sex angulox. Deinde signato pũcto medio cuiuslibet sextę eiusdẽ circũferẽtię, cõstituebat adhuc sex triãgulos sup illa latera circunferẽtię exagoni, & faciebat figurã rectilineã .12. angulox, vt apparet in subiecta figura. Et ita procedẽdo putabat ꝙ uenire ad figurã rectilineã tot angulox, vt ẽet ęqlis circulo. Dara vero figura rectilinea ꝗrũcũq; angulox ęqli circulo, facile est dare ꝗdratũ equale illi,







vt constat

vt cõstat peritoin geometria. Assumebat quadratio hęc, premissas cõtrarias principijs geometrię, videlicet q diuidẽdo circũferentiã circuli posset deueniri ad circũferentiam angularem ęqualem illi: illud esse fieri nõ posset, nisi daretur terminus diuisionis circunferentię: & tamen est principiũ in geometria, continuũ esse diuisibile in infinitum. Et ideo ait Aristo, ęq rationi Antiphõtis respõdere, non ptinet ad geometram. Et pari ratione nec incũbit physico respõdere ad rationes Parmeni. & Melissi. negantium principia naturalia. Poterit, cui libuerit, Simplicio conspicere, qui cũ suo Eudemo conatur ex quibusdã propositionibus Euclidis, quã maxime fieri potest, quadrare circulũ. Nos enim quia (vt idẽ ipse monstrat) neq; illo modo quadratur, abstinendũ satius arbitrati sum⁹ ab eiusmodi multiplicãdis quadrationibus. Sępe enim suspicatus sum illam receptissimã sentẽtiam philosophorũ, q quadratura circuli sit possibilis, eo q est dabile minus quadratum & maius, esse falsam. Hec forte eã Aris. asserit ex propria opinione: nam quãuis figurę sint in quantitate continua, forsan in hac parte habẽt se vt numeri, in quibus manifestum est, q dat numerus maior. v. g. ternario, & dat minor ternario: & tñ nullus est ęqualis ternario: nisi ternari⁹ ipse. Et in spẽbus aialis est dabilis perfectio equo, & imperfectio equo: & tñ nulla est dabilis ęqlis equo: nisi ipsa species eq. Et pari ratione nõ sequit, datur quadratũ intra circulũ minus circulo, & quadratum extra, maius circulo: ergo datur quadratum ęquale circulo. Et ideo vt non est inuenta scientia quadraturę circuli, ita nec est possibilis: quia falsum nõ scitur. Sed forsan vbi ait Aris. quadraturam circuli esse scibilem, cuius tamẽ scientia non est inuenta, irridere voluit Pythagoreos. Ac si dixisset. Ualeant & credant scibile illud esse, cuius inueniri nequit scientia.

Circl⁹ nõ ḋquatur.

Tex.xij Sed quoniam de natura quidem, non autem naturales dubitationes cõtingit dicere ipsos: forsitan quidem bene se habet aliquantulum disputare de ipsis. habet enim philosophiam hæc consideratio.

¶ Subsequenter in text. 12. ait q quãuis ad physicũ non pertineat cum istis philosophis disputare: nihilominus quia de rebus naturalibus loquuntur, redarguendi sun rationibus communibus sumptis, aut ex Metaphysica, aut ex dialectica.

Tex.xiij Principium autem, maximè omnium proprium cùm multipliciter dicatur, id quod est: quomodo dicunt dicẽtes vnũ esse omnia? vtrum substantiam, omnia: an quantitatem, aut qualitatem? & iterum, vtrum substantia vnam, omnia: vt hominem vnum, aut equum vnum, aut animam vnam? an qualitatem, vnam autem hanc: vt album, aut calidum, aut aliquid talium? hæc enim omnia differunt multum: & sunt impossibilia dictu.

¶ In text. 13. incipit redarguere & confutare opiniones Parmenid. & Melissi. At rationes Aristo. intelligi aliter nequeũt, quã si prius intelligat eorũ opinio: quę profecto, vt est intellectu difficillis, ita rari sunt q vltra verba illã percipiãt. Cum. n. istorũ opera nõ extent, nõ possumus: misi hallucinãdo eorũ opiniones cognoscere. Nec tanti sunt momenti antiquorum ista somnia, vt magnũ esset illis studiũ adhibendum: nisi hoc nobis Aris. negocium dedisset. Quod, cum altos introitus aliorum eius operũ, tum maxime hunc physicorũ, insuauem facit, & graue. ¶ Parmenides natione Eleates, discipulus fuit Xenophanis, vnde suam fere opinionem traxit, vt. 1. meta. ca. 5. author est Aristo. vbi ait Xenophanem nihil clarũ dixisse, & tanquã agrestem reiciendũ esse cum Melisso, in his quę de principijs dixit. Xenophanes vero successit Pythagorę. Fuit ergo Parmenides ex stirpe philosophorum Italica, vt in. q. 1. dicebamus, puta ex Pythagoricis. Tametsi magister eius Xenophanes, atq; adeo ipse, & a Pythag. & a Thalete recesserint, vt ait Laer. lib. 9. Melissus vero natiõe Samius Parmedis fuit discipulus, vt lib. 9. refert Diogenes Laertius. ¶ Ut autẽ eorũ opiniones vtcunq; intelligantur, notãdum est ex Aristo. 5. meta. textu. 8. vsq; ad. 12. q vnum accipitur quadrupliciter, scilicet: numero, specie, genere, & analogia. Ut enim illi ex ignorantia distinctionis huius nominis, vnũ, peccauerunt, ita modo ex eius incõsideratione, non intelligunt multi eorum opiniones. Adhuc vnum numero contingit dupliciter: aut quia est simpliciter vnũ, vt nec sit in potẽtia plura, quẽadmodum punctũ, & alia indiuisibilia. Quę tamen, cum nõ sint quanta, improprie dicũtur vnũ numero: sed dicuntur vnũ: q quod libet est ab alio distinctũ. Secũdo modo illa sunt vnũ quorũ materia est vna. i. cuius partes sunt continuę: quemadmodũ lignũ & lapis, & quodlibet suppositum quãtum. Philosophi isti nõ erãt adeo stupidi, vt crederent oia esse vnum isto modo. s. aut indiuisibile, aut vnum continuũ: quippe qui viderent hominẽ non esse filiũ, quem genuit, panẽ quem comedit, aut quem equitat equum: ac deniq; coelũ non esse terram. Vnũ analogia, per aliud extremũ, sunt oia quę habent non sunt eiusdem gñis, cõueniũt tñ in vno conceptu formali, in quo habẽt aliquã proportionem. Quẽadmodum omnia entia mundi possent dici vnum ens: nã rationis est esse, & ideo oia significãtur conceptu entis: qui simpliciter de substantia, & sm quid de accidenti prędicatur, vt. q. 1. super. 4. ca. prędicamento. copiose explicuim⁹. Et si hoc mõ dixissent oia esse vnum, nihil falsi dixissent: nam Aristo. id concedit, & est res veritas: ac si ꝯs diceret, q homo & eius statua sunt vna res, quia cõueniunt in nomine sm analogiã. Vnũ autem genere sunt illa quę sunt sub eodem prędicamento, vt oẽs substantię sunt eiusdẽ generis, & oẽs qualitates alterius generis. &c. Vnum aũt specie (quod Aristo. solet vocare vnum ratione (sunt illa quorũ diffinitio quiditatiua est eadẽ, vt Petrus & Paulus & oẽs homines sunt hoc modo vnũ: qui apud antiquos erat celebratissimus modus loquendi, dicente Porphyrio, cõmunicatione specici plures homines sunt vnus homo. Et his duobus modis dicebãt isti omnia esse vnum. s. gẽnere & specie. Putabãt enim lignũ, lapidem, equũ, hominem, coelũ & terrã, non differre specie, neq; esse cõposita in se ex materia & forma distinctis specie, neq; habere accidẽtia distincta genere: sꝫ differre penes rarũ & dẽsum: rotundũ & quadratũ, album & nigrũ, & alias id genus differẽtias: quę tamen erant modi distincti se habendi rerum. Sicuti homo qui sedet, differt a se ipso dũ stat: tenendo q sedens & sessio sunt eadẽ res. Itaq; in summa, ne op⁹ id sit frequẽter repetere. cũ isti dicũt ens esse vnũ, nolẽ entis intelligũt vniuersum: quod Aristo. appellat, gõ est. Et intelligũt ita esse vnũ, vt nullę eius partes rõne differant,

Parmenid. & Melis.

Vnũ quadruplicit.

Vnũ analogum

Vnũ genere

Vnũ specie

Ens accipitur pro vniuersio

rant. Quorum rōnes cap. sequēti cōmemorabimus. licet ¶Parme. multum differebat a Melisso. his ceu fundamētis prętactis: q̄ isti dicebant oīa esse vnum ens, sumit Arist. primū argumētū ꝓtra illos a rōne entis: & secūdum, a ratione vnius. ¶Proponit ergo in text. 13. [¶Principiū autem &t]. i. pncipium maxime omnium aptissimum disputationis aduersus istos, sumēdum est ex amplissima significatione entis. Un de hoc colligitur documentum, nempe q̄ initiū disputationis sumendū est a nominum significatione: nec inq̄quoco disputatio laboret. Ens. n. multipliciter analogice dicit: alia. n. rōne substātia est ens, alia veroquātitas, aut q̄litas, aut aliud quodlibet accidentiū. Rursus substātia multa gña & spēs vninoce significat, vt hoīem, equū, lapidē: pōtq; accipi vniuersaliter & indiuidualiter. &c. Cū ergo isti dicūt oīa esse vnum ens, qō nā taliū ētiū dicūt esse oīa: an oīa sunt vna substātia, aut vnū accidēs: & si sunt oīa vna substātia, aut vnum aīal, aut vnū lignum: et si vnum aīal, aut vnus hō, aut vn? equ?? Qui. n. diceret domū esse vnū ens, nō sufficiēter videret nisi diceret in spē qō nam ens sit, videlicet an sit vnum determinatū lignū, aut vn? lapis, aut vna figura &c. q̄ nullum est ens nisi hoc determinatū. Sed posset hic aliquis dicere Aristotelē petere principium. Megarēt. n. illi q̄ ens multipliciter dicatur: q̄ dicerēt oīa esse eiusdem rōnis. Respondetur autē q̄ quicqu id sit, vtrum ens analogice, an vnioce, an equiuoce significet entia: tñ hoc erat manifestissimum ēt tunc & receptissimum, q̄ ens significat & substātias & accidētia: & q̄ accipit in vniuersali & in particulari. Et ideo nō petit principiū: sed supponit significationē nominis receptissimā: & quērit qō nā ens sit illud, quod oīa esse dicūt. Subiungit autē q̄ hęc oīa sunt impossibilia dictu, videlicet q̄ sint vnus homo, aut vna qualitas &c. Unde statim text. 14. & 15. (quos non erat opus in duos secare) format primam rōnem ad probandum q̄ non oīa sunt vnum genere.

Si enim erūt, & substantia, & quale, & quantū, & hæc siue separata adinuicem, siue nō, multa sunt, quę sunt. Si verò omnia, aut quantū sunt, aut quale, siue cū non sit substantia, siue cum non sit: inconueniens est: si oportet inconueniens dicere, quod impossibile. nullū enim aliorū separabile est, ptæter substantiā: omnia nanq; de subiecta dicuntur substantia.

¶Melissus aut em: quod est, infinitum esse dicit, quantum itaq; aliquid est, quod est. infinitum eñ in quātitate est. substātiam autem infinitā, aut qualitatem, aut passionē esse non contingit, nisi secundum accidens, si simul & quantitates aliquæ sint. Infiniti em̄ ratio quātitate vtitur: sed non substātia, neq; qualitate. Si igitur & substātia est & quātum, duo & non vnū est, quod est, si verò substantia solùm sit: non infinitū est, neq; magnitudinē habebit vllā. q̄tū em̄ quoddā erit.

¶Ratio est hęc. Aut ea quę sunt in rerū natura sunt substātia & accidens, puta substantia quanta, vel substantia qualis, aut tantum accidens sine substātia, aut tantum substantia sine accidenti. Si substantia & accidens (siue separata sint subiecto, siue non, idest siue quantitas & qualitas insint substantię, siue sint sine subiecto) iā ea quę sunt. i. entia multa sunt. idest multa genere differentia. ¶Notādum enim inciden ter est hic, q̄ quanuis hęc authoritas Arist. magnum habeat momētum ad probandum quātitatem & substantiam distingui, tanquā duas res: q̄nquidem quātitas & qualitas pariter comparātur ad substātiam, neq; ambigant secūdum ¶Arist. ambas eodē modo secerni a substantia, mens tñ eius hic, solum est cōcludere q̄ distinguātur tanquā duo genera p̄dicamentoꝝ (vt cap. de quātitate adnotauimus) eodem. n. modo dixisset q̄ substātia & relatio duo sunt, quānis non sunt duę res distinctę, sed duo p̄dicamenta formaliter distincta, vt. q. 1. de quātitate exposuim?. ¶Si verò dicatur oīa esse tñ accidens, istud est impossibile: q̄ nullū accidens est suapte natura separabile a substantia. Accidens enim est: qō substantię accidit, & de illa denominatiue p̄dicatur. Unde specialiter in textu. 15. dirigit rationē aduersus Melissum sub hac forma. Omne infinitum est quātum, nam infinitum est quod est in infinitum diuisibile (infinitum inquā ex parte materię, vt isti loquebātur: nā infiniti fm̄ essentiam, qualis est Deus, non est hęc diffinitio) sed fm̄ Melissum, illud qō oīa sunt, est infinitū: ergo est quantum. Rursus nihil est quantū: nisi per quantitatem, siue enim substantia, siue qualitas, siue actio, vel quęcunq; res alterius p̄dicamenti est quāta, hoc habeta quantitate: ergo fm̄ Melissum necesse est q̄ sint substantia & quātitas: atq; sāco repetendo concludit Arist. ea quę sunt. i. entia, nō vnum, sed duo esse. i. duo rerū genera. ¶Sed si detur tertiū mēbrum scilicet q̄ sit substantia sola sine accidēte, tunc sequitur q̄ illa non est quanta, & per consequēs nec erit finita, vt ait ¶Parme. nec infinita, vt ait Meliss. ¶Potuisset pariter inferre, q̄ nec esset qualis, q̄ est ꝓtra experientiam, sed maluit inferre ad hoīem, q̄ nō est quanta: cuius ōtium ipsi inuiti confiteri tenentur.

Amplius, quoniam & ipsum vnū multipliciter dicitur, quēadmodū & q̄ est: considerandum est quomodo dicunt vnum esse omne. dicitur enim vnū aut cōtinuū, aut indiuisibile, aut quorū ratio eadē, & vna est ipsius quod quid erat esse. quemadmodum merum, & vinum. Tex.xvj

¶In textu hoc. 16. & tribus subsequentibus prosequitur secūdum argumētum sumptum a rōne vni?. Ut enim ens, ita & vnum, quod cum ente conuertitur, multipliciter dicitur. Aut enim aliqua sunt vnū continuum, ceu partes hominis sunt vnū cōtinuum: aut vnum indiuisibile: aut vnum ratione. i. specie, vt expositum supra reliquimus. Non addit vnitatem analogię: quia illo modo, vti supra dicebamus, nō est inconueniēs omnia esse vnum. Neq; addit vnitatem generis: quia supra iā arguerat nō esse oīa vnū gñe. Unum specie appellat ea quorū eadē est rō. i. diffinitio quiditatiua. Velut merū & vinum. Alij textus habent, vappa & vinum, sed idem est. Vappa enim est quoddam vinum certę qualitatis. Intelligit enim ponere exemplum in nominibus synonomis, quę solum voce differentia, eandē rem significant. vt vestis & tunica,

ꝛ tunica. Et in hoc mẽbro punctim tangitur sensus opiniõis istoꝝ. Intelligebant eñ omnia esse eiusdem rationis: ceu tunica ꝛ vestis: ita, vt homo ꝛ equus ꝛ lapis ꝛc. solo nomine differrẽt. Tunc sic formatur argumentum. Aut omnia sunt vnum cõtinuum, aut vnũ indiuisibile, aut vnũ ratione: nullũ istorum: ergo. In singulis textibus tractat singula membra minoris propositionis.

Textus. xvij. Qõnis tertiæ materię.

Si igitur continuũ est: multa est id qđ est. in infinitũ. n. diuisibile est continuũ. ¶Habet autem dubitationẽ de parte & toto. fortasis autem nihil ad orationẽ: sed ipsam secundũ seipsam, vtrũ vnum an plura sint pars & totũ? Et qũo vnum, aut plura? & si plura, quomodo plura? Et de partibus non continuis: eadẽ est ratio. Et si toti vnum, vtraq; est velut indiuisibile: quoniam & ipse sibi ipsis.

¶In text. 17. probat ꝙ oĩa quę sunt in mundo non sunt vnum ꝓtinuũ: qꝛ si est cõtinuum, partes habet: (est. n. cõtinuum diuisibile in semper diuisibilia) ꝙ si partes hẽt, iam totũ ꝛ pars sunt duo: qꝛ Petrus nõ est caput: ꝛ eadẽ ratione vniuersum non est lignum, qđ est pars vniuersi, ꝛ per ꝓns non tm̃ est vnum. Nõ est hęc ratio intelligẽda ac si Parme. ꝛ Melis. ꝓrium diceret: t, puta oĩa esse vnum ꝓtinuũ, non. n. erãt adeo ceci, ſz quia dixerãt oĩa esse vnũ, intendit oẽs modos vnius impugnare: ita. n. per oẽs numeros solet philosophos redarguere. ¶Est verũtm̃ suboscura rõ hęc Aris. ꝛ quã interserit dubitationẽ, facit eã obscurioꝛẽ. Ait. n. de toto ꝛ parte dubitationẽ eẽ, an sint idẽ. Non quidẽ ꝙ hęc dubitatio (inquit) ad rẽ ꝓsentem pertineat: ſz qꝛ per se res est dubia. Ac si dicat ꝙ isti non asserebant oĩa esse vnũ continuum, ꝛ ideo redarguere illos ꝙ totum ꝛ pars sunt duo, nõ est ad rem. Vel forte argumẽtum hoc militat etiam ꝓtra illos. Nõ ꝙ ponerẽt oĩa esse vnũ continuum: sed alia rõne vt paulo post text. 21. explicabimus. Sed ôr non esse ad orationem. ſ. ꝓsentem, vt ait Simplicius qꝛ est ꝓblema dialecticũ: qđ physicis non erat interserẽdum. Est ergo dubiũ perse an totũ ꝛ pars sint vnũ, ꝛ quomodo sint vnũ, aut quomodo plura, Nã si pars (inquit) est idem toti, sequitur ꝙ partes interse sunt idẽ, vt si caput est idem petro, ꝛ pes est idẽ petro, sequit ꝙ caput est pes. Quęcunq; n. sunt eadem vni tertio, sunt eadẽ interse. ¶Sed ad euidentiã huius litere notandũ est ꝙ Aristo. nunquã hic cogitauit disputare an partes simul sumpte sint totũ (in quo vel ego, vel multi qui oppositum sentiũt, grauiter decipimur) sed solum an totum ꝛ singulę partes seorsum sint vnum. ſ. vtrũ Petrus ꝛ caput sint vnũ. ¶Sed ais quomodo hoc in dubiũ poterat cadere? si enim Petrus ꝛ caput essent vnũ, Petrus esset caput, quod nemo sane mentis cogitare vnquam potuit. Respondetur ꝙ qui non sunt versati in Aris. falluntur hoc argumẽto. Etenim apud antiquos, imo in vera significatione nominũ. a. ꝛ. b. esse vnum (non semper requirit ꝙ. a. sit. b. ceu Petrus est homo ꝛ est animal: satis enim est ꝙ. b. nõ habeat vnitatem distinctam ab. a. ꝛ ideo Petrus ꝛ caput sunt vnum, qꝛ cum caput sit ei actu vnitum, non habet distinctam vnitatem. Quapropter Petrus ꝛ caput sunt vnum actu, ꝛ duo in potentia. Quare licet caput non sit Petrus, est tamen actu vnum cum Petro. Et ideo ait Aris. dubiũ esse quomodo totũ ꝛ pars sint vnũ, ꝛ qũo plura. Quasi si dicat: aliter sunt vnum, ꝛ aliter plura. Unde qꝛ non cõcedit simpliciter ꝙ pars est idem toti. i. ꝙ pars est totũ, nõ valet illud sophisma, Caput est vnũ Petro, ꝛ pes est vnũ eidẽ Petro: ergo caput ꝛ pes sunt vnũ inter se. ꝛ ita intelligẽdus est hic S. Tho. vbi ait, ꝙ si ambe partes ponãtur esse simpliciter idẽ toti, erunt idem ad inuicem: nõ enim intelligit collectiue, ꝙ si omnes partes simul sumpte sunt totum ꝛc. vt aliqui putant: dicentes ꝓinde secundum S. Tho. ꝙ partes simul sumpte non sunt totum (quod tñ S. Th. nõ somniauit (sed solum dixit ꝙ si diuisiue ambe partes idest quęlibet medietas est idem toti, vna esset altera. Colligitur ergo ꝙ quelibet pars est vnũ toti, imo due medietates sunt vnum totũ: sed nihilominus qlẽt bet pars est alia a toto, qꝛ non prędicatur de toto in recto. Unde Cõmẽtator, ꝛ Philoponus. ꝛ Themist. ꝛ Simplicius expresse aiũt nõ valere hoc sophisma. Quęlibet pars est alia a toto. ergo omnes simul sunt aliud a toto: imo omnes simul partes (inquiunt) sunt totum. Eo hanc literam tot verbis tractauimus, qꝛ de hoc facimus quęstionem tertiam, qua ostẽdimus totum nõ distingui a partibus simul sumptis, cuius contrarium multi putant Aris. sensisse. ¶Restat tñ scrupulus in litera vbi habetur ꝙ eadẽ est rõ de partibus non continuis. Videtur, enim ꝙ in aceruo lapidum verum nõ sit ꝙ lapis ꝛ aceruꝰ sint vnum: siquidem vnusquilibet lapis habet distinctam vnitatem. ¶Ad quod tamen respondetur, ꝙ intelligitur de partibus non continuis, facientibus tñ vnũ artificium, ceu sunt partes domus, quęlz singulę in genere entis habeant vnitates distinctas: ꝛ per consequẽs sint actu plures substantię, tamẽ quia faciunt vnã domũ, quę dicit vnã formam, illa ratione quęlibet pars domus est vnum toti domui: nam in genere qualitatis forma partis non est per se vna, sed faciens vnam formam totius.

Totum ꝛ partes.

Textus. xviij. At verò si velut indiuisibile, nullum erit quantum, neq; quale. Neq; itaq; in finitũ est, id quod est: sicut Melissus dicit. neq; finitũ: sicut Parmenides. Terminꝰ, eñ indiuisibilis est, neq; finitꝰ est.

¶In tex. 18. tractat secundam partem minoris subsumpte in principali argumento, videlicet ꝙ non omnia sunt vnum indiuisibile. Nam tunc (inquit) sequetur ꝙ illud vnum nec esset finitum, vt ait Parme. nec infinitum: vt ait Melissus. Quod si quis arguat tam Deum quã angelum esse indiuisibiles: ꝛ tamen Deus est infinitus, ꝛ angelus finitus. Respondetur ꝙ isti loquebãtur de finito ꝛ infinito ex parte materię: quia ponebãt omnia esse vnum principium materiale: ꝛ hoc modo nihil est finitum, aut infinitum, nisi ratione quantitatis: Deus autem est infinitę essentię, ꝛ angelus finite. Quare punctum (quod hic Aristo. vocat terminum) proprie nec est finitum, nec infinitum nisi negatiue: quia, cum non extenditur, non finitur.

Textus. xix. Tex. v. At verò si oĩa quæ sunt, ratione vnum sunt, vt indumentum & tunica: Heracliti orationẽ cõtingit ipsos dicere. Idem enim erit esse & bono & malo: & nõ bono & bono. quare idẽ erit, bonum, & nõ bonũ, & homo & equus. & nõ, de eo ꝙ vnum

vnū sunt quę sunt, ratio erit: sed de eo q̄ nihil sunt. & tali esse & tanto: idem.

¶In tex. 19. prosequit tertiū membrū directe cōtra istoꝝ opinionē, videlicet q̄ nō oīa sunt vnū rōne. Et argumētū est hoc. Si oīa q̄ sunt in mūdo, essent eiusdē rationis ꝛ diffinitionis, ceu tunica ꝛ indumētū, se queretur opinio illa absurda Heraclīti, q̄ eadē esset ratio boni ꝛ mali, ꝛ quia malū includit nō bonū, eadē etiā esset ratio boni, ꝛ non boni, ꝛ sic eadē esset rō duoꝝ cōtradictoriorum. Et secūdo sequeret, q̄ eadē esset ratio ꝛ diffinitio hois ꝛ equi: q̄ hō ꝛ equꝰ secūdū illos non differūt magis q̄ tunica ꝛ indumentū. Et tertio cū eoꝝ quę sunt eiusdē rationis, vnū prędicatur de alio (quēadmodum tunica est indumētū) sequeret, q̄ albū esset non album, ꝛ hō esset equus: ꝛ pari ratione sequeretur, q̄ ens esset non ens ꝛ nihil, ꝛ q̄ vnū esset plura. Et tūc cōtra illos sequeret q̄ sicut oīa sunt ens, ita omnia sunt nihil: ꝛ sicut oīa sunt vnū, ita oīa sunt plura. Et. 4. etiā sequeretur (inquit) q̄ tali esse ꝛ tāto, idem esset. i. q̄ eadē esset ratio prędicamenti qualitatis ꝛ quātitatis: ꝛ per cōsequens quātitas esset qualitas: q̄ est oīa prędicamenta permiscere. Heraclit⁹.

¶Notādum est hic q̄ Heraclitus, q̄ dicebat omnia esse incōtinuo motu ꝛ fluxu, vt patet. 4. meta. text. 22. ꝛ id q̄ fit partim est tale, ꝛ partim non tale (q̄ enim calefit, partim est calidum, ꝛ partim nō calidū, sed quodā modo frigidum) asserebat subinde (vt patet eo. lib. tex. 23.) idem esse calidū ꝛ frigidū, bonū ꝛ malum: imo dicebat simpliciter idē esse ꝛ nō esse: q̄ res quocūq̄ mometo est corrūpit generari. Quē tñ ait Arist. 4. meta. tex. 9. ꝛ. 1. post. 25. solo id verbo dicere, non tamē corde credere. Similia absurda inferūtur si omnia entia sunt eiusdē rationis, vt isti dicebāt. Et sunt notanda quatuor mēbra quę Aristo. infert contra illos. Primo q̄ cōtrarium verificaret de suo cōtrario, ꝛ contradictoriū verificaret de suo cōtradictorio: ꝛ secundū, q̄ vna species verificaretur de alia, vt equus de homine. Tertium quod nō ens ꝛ nihil, verificarētur de ente: ꝛ quartū denique, quod vnū generalissimum verificaretur de alio, vt quantitas de qualitate.

Cōturbabantur autē & posteriores, quēadmodum & antiqui: ne fortè accidat ipsis, idem simul vnū esse & multa. Quapropter & alij quidē ipsum est auferebāt, quēadmodum Lycophron, alij autem mutabant dictionem. quoniā homo, non albus est, sed albatur. neque ambulans est: sed ambulat. vt ne ipsum est adicijentes, multa faciant esse vnum, tāquam singulariter dicto, vno, aut ente. Textus. xx.

¶Varius est inter expositores sensus huius. textus vigesimi: existimo tamen sic habere. Causa deceptionis Parmenidis ꝛ Melissi, vt ait Arist. 1. meta. tex. 4. fuit, quia nesciebāt distinguere inter vnum ꝛ plura. Et ideo cum videbant omnia quę sunt, cōuenire ratione entis, nō aduertebāt sub illa vna ratione posse inuicem differre alijs rationibus specificis inferioribus. Sunt nanque omnia animalia eiusdem rationis genericę, sub qua tamē sunt species plurimę. Itaq̄ deberēt cōcedere q̄ vniuersum potest esse vna ratione vnū, ꝛ alia rōne plura. Obidq̄ iā ante Aristotelē cœptum erat ab alijs aduersus eos disputari, q̄ poterat esse aliquod ens, ꝛ vnū, ꝛ plura, diuersis rationibus. Et potissimū id demonstrabāt in vno supposito. Est. n. petrus. v. g. philosophus, albus, magnꝰ ꝛ sic de alijs accidentibus: quę quidē omnia sunt vnū suppositō: quia illa accidētia nō habēt vnitates sed ipsum, præter illā quā habent in petro: ꝛ tamē substantia ꝛ qualitas, ꝛ quantitas sunt plura, nō solum specie, sed genere. Posteriores ergo discipuli Parmen. et Melissi mordicus sustinētes vnū ꝛ plura adeo esse opposita, vt q̄ est aliqua ratione vnū, neutiq̄ sit plura, sucurrebāt huic argumēto negātes q̄ in petro sint plura accidētia, quę ratione distinguant, sed sola substātia. Et quia verbū, est, videtur facere distinctionē inter subiectū ꝛ prędicatū, ꝛ denotare existentiā prędicati, admittebāt quidē, est, secūdū adiacēs dictū de substantia. s. petrus est, nō tamē tertium adiacens. s. petrus est albus, aut est philosophus ꝛc. sed sine verbo affirmabāt, petrus albus, petrus philosophus ꝛc. Alij videntes non esse enūciationē sine verbo, vtebant verbis adiectiuis. s. petrus albat, philosophatur ꝛc. putātes hoc mō sustinere, quod petrꝰ ꝛ alia accidentia non sunt aliquo modo plures res, tanq̄ ens ꝛ vnū singulariſ. i. vno tātū modo dicaſ.

Sed multa sunt, quæ sunt: aut ratione, vt aliud est albo esse & musico (idem verò, vtraque multa ita quevnum) aut diuisione, quēadmodū totū, & partes. Hic autem iam dubitabant: & cōfitebantur vnum multa esse: tanquam non contingeret, idem, vnum & multa esse, non autem opposita? est enim vnum & potentia, & actu. Hoc igitur modo dicētibus, impossibile videtur quæ sunt, vnū esse. Textus. xxj. num⁹

¶In textu veniq̄. 21. ꝛ vltimo huius capitis: patefacit Arist. istoꝝ ignorātiam, manifestās q̄ idē est vnū ꝛ plura, diuersis rōnibus. Et q̄ eodē supposito id ostendit dupliciter: primo, vt mō dicebamus, q̄ in vno supposito sunt multa differētia rōne: ꝛ secūdo: q̄ vnū cōtinuū est plura in potētia, cū possit in plures partes diuidi: ait primo q̄ aliud est albo esse, ꝛ musico. i. albedo ꝛ musica, licet sint vnū supposito, specie tamē differūt. Et ideo [vtraque (inquit) idē]. s. sunt: ꝛ per cōsequēs [multa, vnū]. i. ea quę sūt multa specie, sunt vnū suppositō. Itē vnū continuū quod est vnū in actu, diuisione est plura in potētia. ¶Subdit autem Arist. quod quanuis primum modum sophysticeilli cauillabant, auferentes verbū: tamen secundum modum nō poterāt. Et ideo illic titubare ꝛ hęrere cœperunt, quasi inuiti confitentes vnum esse multa. i. vnum continuum esse plures partes. Et inde cœpit iam labefactari opinio Parme. qui ita putabat vniuersum esse vnum in ratione entis, vt nullo modo esset plura genere aut specie. Cœperūt enī tunc videre posteriores, quod sicut vnum continuū est vnum actu ꝛ plura potentia: ita omnia quę sunt, sunt vnū in ratione entis, ꝛ nihilominus plura sub diuersis rationibus genericis ꝛ specificis. Ait ergo Aristo. quod merito isti confitebanꝰ vnum multa esse [tanquam non contingeret, inquit, idem vnum ꝛ multa esse, non autem opposita. Est. n. vnum potentia ꝛ actu] Interroganter legenda est hęc negatio. Acsi affirmet. Contingit idem esse vnum ꝛ multa, non quidem opposita: quia vnum ꝛ multa secundum eandem rationem opponuntur, vt habetur. 5. meta.

text.15.nō tamē diuersis rationibus, vt vnū actu, ꝛ plura potentia, non opponūtur. ¶ Ex quibus venit concludit, quod hoc modo dicentibus. i. considerantibus quod id qō est vno modo vnum, pōt alio modo esse plura: statim videbitur impossibile quod isti dicebant. s. omnia esse vnum. Hic tandē advertādū est primo quod nō adducitur argumētum, ꝙ totū ꝛ partes sint vnū ꝛ plura, propterea quod isti crederent vniuersum esse vnū cōtinuum (qō multos hactenꝰ decepit) sed quia decipiebantur credētes ea quę sunt vnū in ratione entis, non posse esse plura spē vel genere cuiꝰ contrarium a simili ostenditur in toto ꝛ partibus. ¶ Secundo id præsertim advertandum est hic, quēadmodū Arist. concedit vnū cōtinuum esse plura: ꝛ per cōsequēs totum esse suas partes, vt. q. 3. latius disputamus. Sequitur tamen prius caput tertiū, vt disputatio contra non naturaliter loquentes terminetur.

QVO RESPONDETVR RATIONIBUS PARMENI. & MELISSI CAP. III.

Textus. xxij.

ET ea ex quibus ostendunt, solue re non difficile est: vterq; enī cōtentiose syllogizat, & Melissus, & Parmenides. Nam & falsa accipiūt, & nō syllogizantes sunt. Est autem Melissi magis onerosa ratio, & non habens dubitationem. sed vno in conuenienti admisso, alia contingunt. hoc autem nihil difficile est.

¶ Postquā in superiori cap. Arist. cōfutauit opiniones istorū nō naturaliter loquentiū, in hoc tertio (ꝙ per decē textus distribuitur (respōdet rationibꝰ ꝛ fūdamentis eorū. In primo ergo statim textu, qui est vigesimus secūdus in ordine, ait ꝙ nō est difficile solue re ea, ex quibus ostendūt. i. ea argumenta quibus nituntur demōstrare suas opiniōes: vterq; enim tā Melissus ꝙ Parmenides cōtentiose syllogizat: nā ꝛ falsa accipiūt, peccantes in materia: ꝛ non syllogizā tes sunt, peccātes in forma. Cōtentiosus. n. syllogismus, vt habetur. 1. elencho. cap. 2. qui apparet syllogizare, non tamē syllogizat. tametsi Melissi ratio magis sit onerosa: quia multis modis absq; vlla probabilitate peccat: vno enim inconuenienti dato, plura sequuntur, ꝛ ideo nulla est difficultas eius rationem elidere.

Textus. xxiij.

Quod igitur paralogizat Melissus, manifestū est: opinatur enim accipere, si ꝙ factū est, omne habet prīcipiū. quod, & id quod non factū est, non habet. Postea & hoc incōueniēs: omnis esse principiū rei, & non temporis, & generationis nō simplicis, sed alterationis, tanquam nō momentaneæ facta mutatione.

Melissus.

¶ In hoc text. 23. ꝛ. sequenti respōdet Melisso. Ratio nanq; Melissi qua probat oia esse vnum, idemq; infinitū atq; immobile, erat hęc. Quicquid est factū habet principiū: ergo quicquid nō est factū, nō habet principiū: sed ens nō est factum: ergo nō habet principiū. Rursus qō non habet principiū, eadē ratione nec habet finē: quod autē nō habet principiū nec finē, est infinitū: ergo ens est infinitū. Deinde. Omne infinitum est immobile (quia infinitum replet oēm locū, ꝛ qō mouet acquirit locū in quo antea nō erat) sed ens est infinitū: ergo est immobile. Postremo. Infinitum esse nō pōt, nisi vnum: qz extra infinitum nō restat locus vbi sit aliud: est autē ens infinitum: est ergo vnum. ¶ Primum qō Arist. vt hic debuisse negare, erat minor illa subsumpta, quod ēs nō est factum: cum oīa entia sublunaria quotidie fiāt ꝛ corrumpātur. Attamē quia, vt text. 13. dictum est, nomine ētis isti intelligūt vniuersum, qō fm Arist. est perpetuum, tāquā notā admittit illā minorē. Quin etiam (vt in subsequentibus demōstrabitur) singularia nō fiunt sub ratiōe entis, sed sub rationibus particularibus hominis, ligni ꝛc. Cum enim nihil fiat nisi ex suo contrario, vt ignis ex nō igne, puta ex ligno: ꝛ hō ex nō homine. s. ex semine, si ens fieret, deberet fieri ex non ente, puta ex nihilo per creationē, quā philosophi naturales nō cognouerunt. Sed de hoc inferius. ¶ Admisso ergo qō ens non est factum. Quatuor sunt in hac rōne peccata: quorum duo redarguit Arist. in hoc textu, ꝛ duo in sequēti. Primo nanque peccat in forma primę consequentię. Non enim sequitur. Si id quod factum est, habet principium, id quod nō est factum nō habere principium. Est. n. acsi arguas. quicquid est homo est animal: ergo quicquid non est homo, non est animal. Aut si argueretur cōditionaliter ex oppositō antecedētis ad oppositum cōsequētis. Sequitur nanq;. Si hoc est hō, est aīal: ergo si nō est animal, nō est hō: nō tamē sequitur. Si hoc est hō, est aīal: ergo si non est homo, non est animal, liceret ergo arguere ex oppositō cōsequentis ad oppositum antecedentis, si hoc est factum, habet principium: ergo si nō habet prīcipium, nō est factum: nō tamē ex oppositō antecedētis ad oppositū cōsequentis, si hoc est factū habet principiū. ergo si non est factum, nō habet principium. ¶ Secūdo ibi [postea] ostēditur qō Melissus pręter malā cōsequentiā laborat etiā in æquiuoco de ly principiū. Principiū nanq; (quātū attinet ad propositū) accipitur tripliciter: aut ꝓ principio tēporis, aut pro principio magnitudinis, ꝛ quātitatis finitę: ꝛ tertio pro principio generationis [non quidē inquit simplicis, sed alterationis.] Quod ideo adiecit: quia si accipiatur generatio proprie pro introductione formę substantialis, nō habet proprie principium, quia est momentanea: alteratio vero: qz est per motum, habet principium. Quando ergo Melissus arguebat, id qō est factum, habere principium, ꝛ qō nō est factū, carere principio, verum habebat de principio temporis, ꝛ de principio generationis: quando vero postea infert, id quod non habet principium ꝛ finem, esse infinitū, solū est verū de principio magnitudinis. Stat autē id qō non habet principiū tēporis nec generationis, habere nihilominꝰ principiū magnitudinis: ꝛ sic nō esse infinitū: vt patet de cęlo ꝛ de vniuerso secundū Aristo. Et hoc est quod ait [ꝛ hoc incōueniēs (. s. reputatum est a Melisso) nēpe qō oīs (. i. vniuersi) sit principiū) puta magnitudinis non tamē tēporis ꝛ generationis ꝛc.] Cum de facto nō sit incōueniēs. s. quod vniuersi sit principium magnitudinis: licet nō habeat principium temporis nec generationis. Atqui potuisset Arist. adiicere aliqua, quę secundū suā opinionē nō sunt facta, habere nihilominus etiā principium a quo dependent, vt sunt vniuersum, ꝛ intelligētię, quę secūdū eū sūt perpetua, pepēdēt nihilominꝰ adeo. 3. de cęl. tex. 61. Sicuti perpetuę veri

Generatio non habet principiū.

tates ceu, hō est risibilis, habēt nihilomin⁹ principia: vt hō est animal ratiōale, vt habet. 8. hui⁹. tex. 68.

Textus. xxiiij.

Deinde propter quid est immobile, si vnum est? sicut enim & pars vna cum sit, hæc aqua, mouetur in seipsa: quare nō & totum? Postea alteratio propter quid nō erit. Atvero nec specie posibile est, vnū esse: nisi eo ex quo. Sic autē & Physicorū quidam dicunt vnū. illo enim modo non. homo nanque ab equo alterum est specie. & contraria abinuicem.

¶ In tex. 24. refutat alia duo. Tertiū. n. errōr erat inferre, si ens est vnum & infinitum, esse subinde immobile. Mā aqua, q̄ est vna pars vniuersi, mouet i suo loco naturali sine acqsitiōe noui loci (mare intelligit: q̄ in suo loco naturali fluit & refluit) ergo eadē rōne nihil incōueniret q̄ ly vniuersum esset vnū, nec posset mutare locū: nihilomin⁹ mouetur i suo loco secundū partes. Pręterea qñ localiē nō moueret, nihil vetaret quomin⁹ moueret motu alterationis secūdū suas partes. Quartū veniēs pctū Melis. erat cū inferebat Si ens est iufinitū, esset subinde simpliciter vnum. Mā poterat habere ptes specie differentes: sicut mōdus esset infinit⁹, essent nihilominus multę species. ¶ Sed ad intelligentiā literę, q̄ nimis est concisa, notato q̄ vniuersa corpora sunt eiusdē speciei secūdū materiā, vt inferius videbimus. Quicquid sit de cęlo: cuius materia, vt infra dicemus, est alterius speciei a materia horum inferiorum, secundū Aristotelem: licet alij philosophi putauerint esse totam materiam vniuersi eiusdem speciei. Differunt tamen partes orbis specie secundū formas. Et hoc est quod ait [nec spē possibile est vnum esse, nisi eo ex quo]. i. non sunt omnia eiusdem speciei, nisi secūdum materiā, ex qua fiunt: sic autem quidam philosophorum dicūt vnum. s. esse omnia: illo. n. mō (. s. quo dicit Melissus) non. Homo nāque ab equo alterum quidam est, sunt- que duę species abinuicem contrarię.

Textus. xxv.

Et ad Parmenidem autē idem modus rōnum est: & si aliqui alij sunt proprij. Et solutio est: partim quidem quia mendax est, partim autem quia non concludit: mendax quidem, quia quod est, accipit simpliciter dici, cum multipliciter dicatur. Nō cōcludit autē: quia si sola alba capiantur, significante vnū albo, nihilominus multa alba sunt, & non vnum. nō enim continuatione erit album vnū, neque ratione. Aliud. n. erit esse albo, & susci pienti. & nō erit pręter album, aliquid separabile. nō enī quaten⁹ separabile est sed esse alterū est albo, & ei cui inest.

Parmenides.

Sed hoc Parmenides nōdū videbat. ¶ Soluta rōne Melis., psequit Arist. soluere rationē Parmenidis. Hoc tū pmittēdū est hic, q̄ Parme. diuersas censent nōnulli habuisse opiniones de principiis. Philoponus. nāq̄ supra text. 6. dicit q̄ i illis q̄ scripsit sm aliorū opiniōes tenuit duo esse principia, puta ignē & terrā: sed i aliis operib⁹ sm ppriā sentētiā tenuit oīa esse vnū. At vero aliter expōsse refert Ari 1. meta. c. 5. vbi ait vtrāq̄ esse ppriā opinionē Parm. nēpe qui opinat⁹ est oīa esse vnū sm rationē, sed duo esse principia sm sensum. s. ignē & terrā. Quō est dicere. Quanquā oīa quę sunt in mūdo sunt essentialiter eiusdē spēi, tū q̄ ad sensum experimur ignē & ter oīa esse maxime actiuū, appellauit causam efficientem, ignem: causam vero materialē, terrā. ¶ Quō aūt oīa essent vnū. i. eiusdē rōnis specificę, licet alia id rōne prohauerit. vt hȳ. 1. de ge. text. 57. hoc tū id potissimū sibi persuadebat, vt habet. 1. meta. Quicquid est pter ens, est nō ens: sed non ens est nihil: ergo quicquid est pter ens, est nihil. Rursus ens & vnū cōuertuntur: ergo quicquid est pręter vnū, est nihil: & per cōsequēs omnia sunt vnū. Ait ergo Arist. hic q̄ ad Parme. idē mod⁹ est respōdēdi, q̄ ad Meliss. q. s. in materia peccat, falsa assumēdo: & in forma, male inferēdo. Tamet si alij sunt pręterea peculiares modi rūdēdi Parmenidi: sane q̄ differebat a Melisso, nō solū in rōne, sed in cōclusione: q̄ nō ponebat ens, q̄ est vniuersum, esse infinitū, vt Meliss. Cui⁹ rōnē ibiq̄ explicat Arist. 1. meta. c. 5. q̄ videlicet Parmen. ponebat oīa esse vnū secūdū formā. s. secūdū rationē entis, in qua cōueniūt oīa quę sunt in mūdo, quā tū ponebat esse finitā. Meliss. vero poti⁹ sequebat rationē materię: q̄ videlicet id q̄ est factū nō habet principiū & per cōsequēs est infinitū, vt expositū est. ¶ Quō rō Parmeni. primo assumit falsa & mēdax est, probat Arist. q̄ accipit ens simpliciter dici, cū tū multipliciter dicat. Enimuero vt maior Parmenidis apparentiā hēat, accipiēdū est ens, vt significet omnia entia mūdi, acsi significaret eadē rōne. Tūc enim apparētiam haberet dicere qō quicquid non est ens, est nō ens: sicuti quicquid non est substantia, est nō substātia, & quicquid non est hō, est non hō. Quanq̄ neq̄ tunc esset vera in sensu affirmatiuo: quia non ens pro nullo supponit. Sed tamen ad suum propositum tantundem faciebat sensus negatiuus: quia satis illi erat si quicquid est pręter ens nihil est. Attamen cū ens nō vniuoce: sed analogice significet entia (principaliter substantiam, & min⁹ principaliter accidentia) neque illam apparentiam habet. Nam ens simpliciter dictum supponit pro substantia, & ideo tātū valet illa maior, acsi dicat, Quicquid est pręter substātiam est nō ens. Quę quidē est falsa: nam licet accidens nō sit ens simpliciter, vt habetur. 7. meta. tex. 2. tū nec simpliciter est nō ens neq̄ est nihil: q̄ est entis ēs. ¶ Pręterea Parme. peccat in forma (quod appellabat Arist. non cōcludere) vt. n consequētia formaliter concludat, debet in omnibus terminis eiusdē formę vniuersalis cōcludere, vt. 5. li. Summularū expositum habemus: illa tū cōsequētia nō valet, si loco de ly ens, vtamur hoc nomine, albū, quod vniuoce significat alba diuisiue, sicut ens significat entia. Tunc. n. non sequitur. Quicquid est pręter albū, est nō albū: ergo omnia sunt vnū album: aut cōtinuatiōe. i. tanquā vnū cōtinuū aut secūdū rōnē: q̄ aliud est esse albo in quantū albo, & aliud suscipiēti i. alia est rō & diffō albedinis, & alia corporis, q̄ est ei⁹ subm. ¶ Ad euidentiā huius rōnis notandū est q̄ cū Arist. ostēdisset primū peccasse Parmenidē in ęquiuocatiōe entis, vt ostēderet peccare etiam in forma, accipit terminū vniuocum in quo non cōmitteretur primus errōr. Et hoc est q̄ ait [albo vnū significāte]. s. vniuoce, & pręterea vnū diuisiue: ad tollendum aliā ęquiuocationē entis. q̄ accipit etiam pro vniuersis in quo maxime sensu habet apparentiam, quod quicquid est pręter ens, est non ens. Et pręterea vt maior affirmatiua esset. vera. s. quicquid est pręter albū, est non album: qualis non erat illa, quicquid est pręter ens est non ens. Accepit autem nomen connotatiuū

Parmē. finitū. Meliss. in finitum.

vtíu vno exemplo patefaceret quod ℣arme. nec cõcludit omnia esse vnum connotatiuum, neque vnum rõne, vt statim videbiť. Sẽsus ergo Arist. est facere hãc cõsequentiã. Quicqd est ꝑter albũ, est nõ albũ, ꝛ quicqd est albũ est vnũ albũ: ergo quicqd est ꝑter vnũ albũ, est nõ albũ. Quod cõsequi nõ esse nisi vnicũ albũ. In q̃ maxime apparet insufficiẽtia prioris cõsequẽtię. Mã si ly, vnũ accippiatur diuisiue, vt cõuertit cũ ente, bona est ꝯnia, ꝛ conclusio est vera: quippe cuius sensus est ꝙ illud ꝙ nõ est vnã albũ, nõ est albũ singulariter: sed tũ ide nõ sequiť ꝙ oĩa alba collectiue sunt vnũ albũ. Si tã ly, vnũ accipiatur collectiue, vt facit sensum exclusiuũ gra pluralitatis, quẽadmodũ in exponibilib⁹ dictũ est, tũc cõsequẽtia nõ valet. Est. n. ac si argueret, oẽ albũ est vnũ albũ: ergo tũ vnũ sunt alba. i. vnũ albũ ꝛ nõ plura. Et eodẽ mõ peccat ꝓsequẽtia ℣armẽidis. Cõcedim⁹. n. ꝙ quicquid est ꝑter ẽs est nõ ens: saltẽ negatiue. i. nihil est. Et cũ subsumiť oẽ ens est vnũ, cõcedit, si accipiať vtrũq; diuisiue. i. ꝓ singulis entib⁹: sed negať cõsequẽtia qñ inferť: ergo oĩa sunt vnũ. Est nãq; acsi argueret. Oẽ ens est vnũ: ergo tũ vnũ sunt entia. i. vnũ ꝛ nõ plura. Et ideo ratio ℣arme. nõ cõcludit ꝙ oĩa sunt vnũ cõtinuatiõe. i. vnũ cõtinuũ. ¶ Qð aũt nõ cõcludat oĩa esse vnũ rõne, ꝓbat Ari. Et vt euidẽtior sit ratio, cõcedam⁹ ℣arme. gra disputationis nõ esse in mundo aliud ẽs, quã vnũ albũ. Tũc adhuc nõ sequiť. Quicqd est ꝑter vnũ albũ, nihil est: ergo oĩa sunt vnũ rõne. Quia aliõ inqt est esse albo in quãtũ albo, ꝛ aliud suscipiẽti. i. alia erit rõ albedinis, ꝛ alia corporis subiecti: quãuis albedo nõ sit ꝑter corp⁹. i. nõ sit a corpore sepabilis (loquiť in lumine naturali nõ. n. (inquit): qr sepabilis, aliud est: sed qr alia est definitio albedinis ꝛ alia corporis. [Hoc aũt ℣armenides nondum videbat] vide licet ꝙ id quod est vnum subiecto, sit plura secundũ rationem ꝛ definitionem.

Textus. xxvj.

Necesse est igiť accipere iis q dicũt ꝙ est vnũ esse: nõ solũ vnũ significare qđ est de quo vtiq; ꝑdicetur, sed & quod verè est, & quod verè vnũ est. Accidẽs enĩ de subiecto quodã dicitur: quare cui accidit quod est, nõ erit: alterũ enim est ab eo quod est. erit itaq; aliqd: quod nõ est. nõ itaq; erit alij inexistẽs: quod verè est. nõ enim erit ẽti ipsi, esse: nisi multa, qđ est, significet, sic vt sit aliqd, vnũquodq; sed supponitur quod est: significare vnũ.

¶ Postquã Ari. mõstrauit cõsequẽtiã ℣arme. nõ esse formalẽ, ꝓsequiť ostẽdere ꝙ neq; in suis terminis materialiter cõcludit. Et i hoc text. ꝛ sequẽti ostẽdit ꝙ nõ cõcludit oĩa esse vnũ, trib⁹ rõnibus. At qr litera hęc aspera est ꝛ cõscissa: notãdũ est, ꝙ istud cõplexũ, ꝙ est, tantũ valet apud Arist. quãtũ ens, gñaliter dictũ, vt ꝓdicatur de substãtia, ꝛ quodãmõ de accidẽtib⁹. Sed cũ ait, ꝙ vere est, itelligit ẽs simpliciter: vt solũ dr de subtãtia, q̃ simpliciter ẽ ẽs: nã simpliciter esse, idẽ ẽ ꝙ subsistere. Intẽdit ergo Ari. hanc primã rõnẽ. Cũ ℣arme. dicit, ꝙcqd est ꝑter ẽs. ẽ nõ ẽs, aut accipiť ẽs a parte subiecti pro solo accidẽte, aut ꝓ sola subtãtia. aut indifferẽter ꝓ vtroq;: nõ potest accipi ꝓ solo accidẽte, nec ꝓ sola subtãtia: ergo accipiť indifferẽter ꝓ vtroq;, ꝛ ꝑ cõsequẽs qñ cõcludit oĩa esse vnũ ẽs, ly ẽs, ĩcludit plura fm rõnẽ, puta subtãtiã ꝛ accidẽs. ¶ In hoc textu probat primã partẽ minoris. s. ꝙ nõ accipiať hic ens pro solo accidenti: duplici ratione. ℣rimo qr cum substantia sit id ꝙ vere est. i. ꝓ prie ens, accidẽs vero solũ est id de quo ens quodammõ ꝓdicatur. s. secũdũ quid, nõ debẽt isti accipere, vnũ, vt significet ꝙ est. i. ens, de quo vtiq; (. i. quodammõ) ꝓdicaťur, puta accidens: sed vt significet id ꝙ vere est. s. subtãtiam, ꝛ ꝙ vere vnũ est: nã ens ꝛ vnum cõuertunť. ¶ Secũdo probať idẽ. Si ens a parte subiecti accipiatur solũ pro accidẽti, cũ accidẽs sit id ꝙ dr de subiecto, sequiť ꝙ id cui accidit, quod est. i. subiectum cui conuenit accidẽs, quod est ens, esset non ens: nam si solum accidẽs est ens, ꝛ quicquid est ꝓter ens, est non ens. sequitur quod subtãtia non erit i. erit nõ ens ꝛ nihil: qr subtãtia est alterũ ab eo ꝙ est. i. ab accidẽte, quod est ẽs [erit itaq; aliquid quod non est]. i. tunc non ens, puta subtãtia, erit ens. s. albũm. Albedo. n. quę tunc solum esset ens, ꝓdicaret in concreto de subtãtia, quę esset non ens: ꝛ sic vnũ contradictorium ꝓdicaretur de alio, quod est absurdum. Et ꝓterea sequeretur, quod id quod est. s. accidens, nulli inexisteret, ꝛ cum esse accidentis non sit nisi inexistere, sequeretur quod accidens simpliciter non esset. Unde sequeretur alia contradictio, nempe quod id quod est. i. ens, nõ haberet esse. Sequitur ergo (inquit) quod nisi id quod est. i. ens, multa significet, puta ꝛ subtãtiam ꝛ accidens, non potest ens, ꝙ est accidens, habere esse. Isti autem dicunt quod ens non significat nisi vnum: ergo nullatenus possunt dicere quod illud vnum sit accidens.

Textus. xxvij.

Si igitur QVOD verè est, nulli accidit, sed illi aliquid: magis quod vere est, significat ꝙ est, quã ꝙ nõ est, Si enĩ erit, qđ verè est idẽ et albũ: albo autẽ esse nõ &c. est qđ vere est (neq;. n. accidere ipsi possibile est ꝙ est: nihil enĩ ꝙ est, est: ꝙ non verè sit) nõ ergo quod est: albũ est. nõ sic autẽ, vt aliquid nõ sit, sed omnino nõ sit, erit, quod verè itaque est, nõ est, verum enim est dicere: ꝙ verè est albũ esse. hoc aũt: nõ ꝙ est significabat. quare & si albũ significat & quod verè est: multa ergo significat, quod est.

Melĩ⁹ Argiropolus vertit hũc locum,

¶ In hoc text. 27. probat secundam partem eiusdem minoris. s. quod ly ens, non significat illic solam substantiam, eadem ratione. Et resumit prius conclusionem superioris rationis. Si igitur inquit quod vere est. i. substantia, quę simpliciter est ens, nulli accidit, sed alia accidunt illi, sequitur quod cum dr, quicquid est ꝓter ens, est nõ ens, id quod vere est. i. substãtia, magis significetur per ly ens, quod est subm, quam per ly non ens, quod est ꝓdicatum. Attũ ꝙ ly ens, non solã substantiã, sed etiã illic accidẽs significet, ꝓbatur. Nam si ens solum accipitur pro substãtia, tũc cum accidẽs sit aliud ꝓter ens. i. distinguatur a substantia, sequitur quod sit non ens: ꝛ cum accidẽs, puta albedo in concreto, ꝑdicetur de substantia, cum dicimus, ens est album, sequitur idem quod prius. s. ꝙ id ꝙ nõ est, ꝓdicabitur de eo ꝙ est: ꝛ ꝓ ꝑs vnũ contradictorioꝝ ꝓdicatur de alio. Est autẽ litera adeo implexa, vt fere syllabatim sit ordinanda. [Si enim inquit ꝙ vere est, idẽ erit etiã albũ. i. si subtãtia, q̃ pro prie est ens, sit etiã alba. albo autẽ esse non est, quod vere est]. i. albedo tã non sit vere ens fm ℣arme. siquidem est ꝓter subtãtiam, [neque enim accidere ipsũ. s.

ipſſ.ſ.albedini poteſt quod eſt].i.non põtei accidere vt ſit ens.[Nihil.n.quod eſt,eſt qđ nõ eſt].i.nulli po teſt accidere vt ſit,niſi vere ſit ens. Sequitur ꝙ albumnõ erit quod eſt.i.nõ erit ens.[Nõ ſic aũt vt aliquid nõ ſit,ſed oino vt non ſit].i.nõ ſolũ albedo non erit ens ſimpliciter(nã hoc verũ eſt) ſed neq; oino erit ens.i.neq; erit entis ens.Ex hñ cõcluditur ꝙ ſi ſubſtãtia eſt ẽs,ꝛ accidẽs nõ eſt ens:id quod vere eſt,nõ eſt.i.ens,eſt nõ ens ꝛ nihil:nam verum eſt dicere id quod vere eſt.i.ſubſtantiã,albũ ẽe:hoc autẽ.ſ.albedi nẽ,nõ quod eſt.i.ille terminus non ens,ſignificabat. [quare ſi ꝛ albũ ſignificat,ꝛ qđ vere eſt]cõcludit ergo ꝙ ſi qđ eſt.i.ens ſignificat albũ.i.accidẽs,ꝛ quod vere eſt.i.ſubſtantiã(qđ quidẽ eſt neceſſariũ ad ſaluãdũ veritatẽ iſtius ens eſt albũ,ſequitur ꝙ ly ens in maxima Parmenidis multa ſignificat,ꝛ per cõſequẽs cũ concludit omnia eſſe vnũ, illic vnũ cõprehendit multa ſecundũ rationẽ,ſ.ſubſtantiam ꝛ accidens.

Textus. xxviij. Neque igitur magnitudinem habebit quod eſt:ſiquidẽ quodverè eſt,eſt quod eſt:vtrique enim partium aliud eſt eſſe. ¶Hęc eſt ſecũda rõ ſumpta a rationibus totius ꝛ partis.Et eſt hęc.Si omnia eſſent vna ſubſtãtia in ſenſu Parme.itaq; nullo mõ eſſent plura,ſequeret quod neq; haberet magnitudinẽ: ꝛ ꝙ cõſequẽs nec eſſet finitũ,vt ipſe concedit.Hã ſi haberet magnitudinem, iam eſſent totũ ꝛ pars: ꝛ per cõſequẽs plura ſecũdũ rationem.Oia.n.tria argumẽta Ariſt.cõtendũt probare ꝙ oia ſint plura ſm rationẽ. Parme.nãque nõ negabat viuerſum eſſe plura ſm partes quãras,ſed ſecũdũ rationẽ.Et ideo ait Ariſto.ꝙ totũ ꝛ pars non ſolũ ſunt plura in potentia ſecundũ diuiſionẽ quantitatis,ſed plura quodammõ ſecundũ rationem. Alia enim quodãmodo eſt ratio eſſendi totius ꝛ alia partis:nã eſſe totius eſt per ſe ſubſiſtere,ꝛ eſſe partis eſt nõ per ſe eſſe:ſed in toto.Et hac de cauſa poſtquã ꝓbauit accidens ratione diſtingui a ſubſtãtia,qꝛ eſſe illius eſt ineſſe,ſubdit fere idem de parte: quę quãquã non ſit accidens,habet tamen eſſe in alio.

Quod autem diuiditur quod verè eſt, in quod verè eſt aliquid aliud:etiam ratione manifeſtũ eſt.vt homo,ſi eſt quod vere eſt aliquid:neceſſe eſt,& animal, ꝙ verè aliquid eſt eſſe,& bipes.Si enim nõ quodverè eſt,eſt:accidẽtia erunt:aut igitur homni:aut alicui alij ſubiecto,ſed impoſsibile eſt.accidẽs etenim dicitur hoc aut quod cõtingit eſſe & nõ eſſe, aut in cuius ratione eſt hoc cui accidit. vt ſedere quidẽ: velut ſeparabile.in ſimo autẽ eſt ratio naris cui dicimus accidere ſimũ. Atqui quæcũq; in diffinitiua ratiõe Textus. xxix. inſunt,aut ex quibus ſunt:in ratione horũ,nõ ineſt ratio totius,vt in bipede, ratio hominis:aut in albo, ratio albi hominis. Si igitur hæc hoc ſe habẽt modo, & homini accidit bipes,neceſſe eſt ſeparabile eſſe ipſum.quare cõtingit vtiq; non bipedẽ eſſe hominẽ:aut in ratione bipedis,inerit hominis ratio.ſed impoſsibile eſt.Illud enim in illius ratiõe ineſt.Si autẽ alij accidũt bipes & animal,& non eſt vtrunq; quod verè eſt aliquid: & homo vtiq; erit accidentiũ alteri. Sed quod verè aliquid eſt:ſit accidẽs nulli.Et de quo ambo:& vtrunq;,& quod eſt ex his,dicatur.Ex indiuiſibilibus itaque eſt omne. Textus. xxx.

¶In tota hac litera quę eſt fragmẽtũ text.28.cũ text. 29.ꝛ fragmẽto trigeſimi,cõtinet tertia ratio Ariſto. quę ꝓinde nõ erat diuidẽda,vt diuiditur a Cõmentatore.Sed ideo aliter eã diuidit,qꝛ aliter eã intelligit,ꝙ forſan fuerit mẽs Ariſt.vt ſtatim dicemus.Rõ eſt hęc.Cõcluſerat aduerſus Parmenidẽ,ꝙ licet oia eſſent per impoſsibile vnũ albũ,nihilominꝰ ſubſtãtia ꝛ albedo eſſent plura ſecũdũ rationẽ:vult iã mõ ꝓbare ꝙ licet per impoſsibile oia eſſent vna ſubſtãtia prędicamẽtalis,eſſent adhuc plura ſecũdũ rationẽ,quorũ quodlibet eſſet ſubſtantia. Et ꝓbatur hoc mõ. Oĩs ſubſtãtia prędicamẽtalis(ꝙ dixerim ad excludẽdũ Deum)diuidit in genꝰ ꝛ dr̃iam,q̃ rõne differũt,ꝛ ſunt ſubſtãtię:ergo quãuis per impoſsibile oia eſſent vnꝰ homo ſine accidẽte, adhuc eſſent plura ſecũdũ rationẽ,puta aial ꝛ bipes. Qđ ſint plura ſecũdũ rationẽ,patet,qꝛ ſunt partes diffinitionis,veluti materia ꝛ forma,cõtractũ ꝛ cõtrahẽs.Quod autẽ ſint ſubſtãtię(ꝙ Ariſto.appellat ꝙ vere eſt aliquid) ꝓbat ibi. [Si enim nõ ꝙ vere eſt.]ſi illę partes diffinitiõis nõ ſunt ſubſtãtię,ſunt ergo accidentia. Hic aut ſunt accidẽtia homini,aut accidẽtia alij cuicũq; rei,neutrũ iſtorũ:ergo nõ ſunt accidẽtia. Qđ nõ ſint accidentia hominis,ꝓbat: nã accidẽs eſt duplex.ſ.cõe .ꝙ poteſt adeſſe ꝛ abeſſe,vt ſedere:ꝛ itẽ ꝓpriũ,ꝙ eſt inſeparabile,vt ſimũ reſpectu naſi. Atqui accidẽs ꝓpriũ:vt 1.poſt.tex.9.viſum eſt,eſt illud in cuiꝰ rõne ꝛ diffinitione ponitur eiꝰ ſubiectũ:ſimitas enim eſt naſi curuitas:ſed illę partes diffinitionis neutrũ horũ accidẽs ſunt reſpectu hominis:ergo ſunt ſubſtãtię. ¶In text.29.ꝓbatur hęc minor. Et ꝓbatur prius ꝙ nõ ſunt accidẽtia ꝓpria inſeparabilia:qꝛ illa(inqt)quę ponũtur in diffinitiõe ſubiecti,nõ ſunt talia,vt in horũ diffinitione viciſſim ſubiectũ,vt qꝛ bipes ponitur in diffinitiõe quiditatiua hoĩs,homo nõ ponit in diffinitione quiditatiua bipedis:ꝛ quia albedo ponitur in diffinitiõe hoĩs albi,nõ ponit viciſſim hõ albus in diffinitiõe albedinis:alias eſſet circulꝰ in diffinitioniboꝰ,vt ſi.a.diffiniret per.b.ꝛ.b. p.a.et ſic idẽ virtualiter diffiniret per ſeipſum.Et aial ꝛ bipes ponũtur in diffinitiõe hoĩs:ergo hõ nõ ponit in diffinitione illorũ. ꝛ per cõſequẽs illa nõ ſunt accidentia eius ꝓpria, Si igit ſunt accidẽtia hominis, erũt accidẽtia cõia. Qđ autẽ non ſunt cõia,patet:nã alias ſequeretur ꝙ poſſent adeſſe ꝛ ab eſſe ſubiecto prędicti cozruptionẽ:ꝛ ſic daret hõ,q̃ nec eſſet aial nec bipes: ꝙ eſt ipoſſibile.¶Qđ aũt illa nõ ſint accidẽtia alicuiꝰ alteriꝰ ſubiecti,ꝓbat Ariſt.hoc mõ. Si tam animal quã bipes accidũt alij ſubſtãtię quã homini,ꝛ ipſa nõ ſũt ſubſtãtię,ſequit ꝙ hõ ipſe etiã erit accidẽs alteri, cõſequẽs tñ eſt falſum:qꝛ[ꝙ vere eſt aliqd(.i. ſubſtãtia) ſit accidẽs nulli.i.[nulli accidit: ergo nec genꝰ nec dr̃ia ſunt alteriꝰ accidẽtia.Ꝓbatur ſeq̃lã ſic.De eo ꝺ quo ambo.ſ.aial ꝛ rõnale ꝛ vtrunq; ſcozſum prędicatur,neceſſe eſt vt id ꝙ ex his puta hõ cuius eſſentia cõſtat ex illis,itidem ꝛdicet(quicquid enim eſt aial

rōnale,est hō)ergo si illa sunt accidentia,homo pariter est accidens[ex indiuisibilibus itaque est oē]hoc verbū legēdū est nō tāquā cōclusio asserta ab Arist. sed tanquā inconueniēs illatū ex opinione Parmenidis. Dicī dicat,q vt tueatur opinionē suam,videlicet omnia quomodocūq; esse vnū:necesse est vt ponat illud esse indiuisibile,t secūdū quantitatē(ne alia sit ratio partis alia ratio totius)t secūdū essentiam : ne alia sit ratio generis,t alia sit ratio differētię. Cōmētator vero in illo verbo [Sed quod vere aliquid est] vbi ipse incipit textū trigesimum,existimat incipere nouam rationē Parmenidis,qua vult concludere omnia esse vnam substantiam,a qua accidens nō distinguitur,t eam esse indiuisibilē.i.ex indiuisibilibus cō positā:q; putabat diuisionem cōtinuī terminari ad aliqua pūcta indiuisibilia ex quibus cōponitur. Attamē licet hanc rationē statim commemoret Arist. tāquam discipulorū Parmenidis,tamē litera Arist. perspicacior est multo in sensu supra exposito, quam in sensu Commentatoris.

Quidam autem rationibus vtriſq; acquieuerunt:huic quidem quòd omnia vnum sunt, si quod est, vnum significat, quod est etiam id, quod non est. Ei autē quę dissectione procedit: indiuiduas facientes magnitudines.

¶Post impugnationē Parmenidis recitat Arist. opinionē quorūdā q cōsequēs superiorū rōnū concedebāt,nec illa reputabant esse incōueniētia. Primū nā q incōueniēs in prima rōne fuit,q si ly ens accipiat p substātia t accidēte, tūc essent plura rōne: si autē pro sola substātia,aut pro solo accidēte, tūc sequeret q ens esset nō ens. Cui rndebāt q ens accipit p sola substātia,atq; adeo cōcedebāt,accidēs simpliciter esse nō ens:t p ꝓns admittētes q substātia est alba,admittebāt q ens est nō ens. Et hoc est q hic ait Arist. q isti acqeuerūt,si q est vnū significat.s.substātiā, illud etiā esse q nō est.i.q substātia est alba,vbi pdicatur de ente,accidēs q est nō ens. ¶Secūdarō erat q si oia essent simpliciter vnū,illud nō haberet magnitudinē,t per cōsequēs esset indiuisibile. Huic autem respōdebāt cōcedētes q sunt aliq magnitudines idiuisibiles. Et hoc est q ait Ari.[ei aūt].i.ei rationi, q ex dissectione t diuisione ꝓcedebat, rndēt aliqs esse magnitudines idiuisibiles. Hāc rnsionē nō impugnat hic,q; lib.6.ostēsur? ē ꝓtinuū nō cōponi ex idiuisibilib?. Priorē rnsionē redarguit in tex. sequēti qui est trigesimus primus t postremus huius capitis.

Textus. xxxj

Manifestū autē est quod non verū est, quod si vnū significat q est,& nō possibile est simul contradictionē esse: nihil erit quod nō est.nihil enim prohibet:vt id quod nō est,nō simpliciter sit nō ens: sed sit nō ens aliquid.Dicere quoq; q ni si præter ipsum quod est, aliquid erit aliud,vnū oia fore:incōueniens est. Quis enim nouit ipsum quod est,aliquid esse: nisi quod verè est?Si autē hoc ita est nihil sic prohibet multa, quod est esse, sicut dictū est. Quod igitur sic vnum esse quod est,impossibile sit:manifestū est.

¶Ad intelligētiā huiꝰ textus notādū est q Themistius t Philoponus cēsent hic Aristotelē subnotare Platonicos,q̄ credebāt ens solū affirmari de formis t potissimū de ideis. p ꝑs cōposita actu sunt : materiā vero simpliciter appellabant nō ens. Et ideo dicebant cōpositum cōstare ex ente t non ente. S.Tho cōformiter magis literę credit insinuari hic eosdem platonicos,q̄ accidēs cēsebant simpliciter esse nō ēs: vt.6.meta.tex.4.insinuat Ari. Fateor tñ nullam mihi oīm quas viderim expositionē plene satisfacere in hoc loco. Sed hoc mō, ni fallor,ita fit lucida. Duas nanque cōtrarias opiniones vt mihi Arist. refellere. Discipuli.n. Parmenidis,vt colligere quisq; pōt ex dialogo Platonis sophista noīe,vbi de ente t non ente disserit,sustinebant oia esse vnū, supposito q non sint contradictoria vera,isto mō. Opinabātur ens esse simpliciter vniuocū t solū significare substantiam q̄ per se subsistit. Et arguebant q accidēs esset simpliciter nō ēs:nā si esset ens(cū ens simpliciter idē sit q substantia)tunc accidens esset substantia:t q; per se manifestū est accidēs nō esse substantiā,tunc accidēs esset substantia t nō esset substantia. Cō si accidens (aiebant simpliciter est non ens,nihil est. Et sic sustinebant oia esse vnū.s.oia cōuenire in vnica rōne entis. Platonici vero concedebāt quidē ens solam substantiam significare. (Plato.n.ponebat ens vniuocū generalissimum substantię,t nullo mō significare accidens.) Attñ vt respōderent rōni Parme. dicebant hoc solo mō posse negari oia esse vnū, si cōcedatur q aliquid sit prꝫter ens,quod sit nō ens:t nihilominꝰ sit aliquid:quale est accidēs,t materia prima: q̄ simpliciter sunt non ens,quia nō sunt substantia, t nihilominus sunt aliquid. Arist. vero vtranq; reputat opinionē absurdam:t medio mō icedit.s.q ens non solam substantiam significat,sed est analogū significās substantiam principaliter,t accidens per attributionem ab substantiam. Et ideo accidens nec simpliciter est ens,nec simpliciter nō ens: sed medio mō est ens secundū quid.i.entis ens:t ita dicit inferius de materia prima q est ens non simpliciter, sed ens in potentia. Et hoc mō euitando opinionem Parme.t Platonis saluat quod nō oia sunt vnū.i.eiusdē ratio nis. ¶Refellens ergo primam opinionē ait [manifestū est q nō sequitur,si vnum significat q est(.i.si ens simpliciter dictum significat solū substantiam)t non est possibile simul cōtradictionē esse, nihil esse q non est].i.accidēs q est nō ens,puta nō substātiam, nihil esse simpliciter.[Q; nihil prohibet vt q nō est.(.i.accidens)nō sit simpliciter nō ens:sed sit nō ens aliqd] i.non substantia. Itaq; accidens nec simpliciter est ēs nec simpliciter non ens : sed est non substantia, quę simpliciter est ens. ¶Mox ibi[dicere quoque]refellit solutionem Platonis. Et ordinanda est sic litera. Inconueniens quoque est dicere quod omnia erunt vnum,nisi ponatur aliquid esse simpliciter aliud, prꝫter ipsum quod est: nam accidens quod est prꝫter substantiā:non est simpliciter aliquid:sed secundū quid. Et hoc est quod probat dicēs.[Quis.n.nouit]i. quis intelligit,ipsum quod est.i.ipsum ens,aliquid esse,nisi quod vere est. Quasi dicat null? hoc dicit. Cū ergo accidens non simpliciter sit, non est dicendum illud esse aliquid:sed(vt ita dicam)alicuius aliquid : sicut est,entis ens. Concludit ergo[Si autem hoc ita est] videlicet quod est ens simpliciter dicatur de substantia t secundum quid de accidente,nihil sic prohibet, quod est.i.ens,multa esse : sicut dictum est. Atque adeo id quod est.i.vniuersum , sic vnum esse .s.rōne vt Parmeni.dicit,impossibile est.

¶Sequitur hic q̄ tertia super text.17.vtrū totū ꝛc.

De

DE PRINCIPIIS CONTRA natutaliter loquẽtes. CAP. IIII.

Textus. xxxij.

VT autẽ phyſici dicũt: duo modi ſunt. Hi enim vnũ facientes quod eſt corpus ſubiectũ aut trium aliquod, aut aliud quod eſt igne quidẽ denſius, aere vero ſubtilius: alia generantur dẽſitate & raritate, multa faciẽtes. hæc autẽ, quod ſunt cõtraria. Vniuerſaliter autẽ exceſſus, & defectus: ſicut magnũ dicit Plato, & paruũ, niſi quod hic quidẽ, hęc facit materiam: vnũ autem, ſpeciẽ. Alij verò: vnũ quidẽ, ſubiectũ, materiã: cõtraria autẽ, differentias & ſpecies. Quidã autẽ ex vno, in exiſtẽtes cõtrarietates ſegregãt, quẽadmodũ Anaximander dicit. Et quicunq; etiã vnũ & multa dicũt eſſe, quæ ſunt: ſicut Empedocles, & Anaxagoras. Ex cõmixtiõe nanq;, & hi ſegregãt alia. Differunt autẽ ab inuicẽ: eò q̃ ille circulationẽ facit horũ. hic autẽ ſemel. & hic quidẽ, infinita, & ſimiles partes habentia, & cõtraria. Ille verò, vocata elemẽta ſolũ.

¶ Subſequẽter poſt diſputationẽ cõtra eos qui non naturaliter loquunt, i hoc cap. quarto, q̃ nouẽ textꝰ cõplectitur, ſubſequitur ſermo aduerſus naturaliter loquẽtes: nẽpe q̃ nõ negant, vti ſuperiores, ſed admittũt motũ rerum naturaliũ, cuius principiũ eſt natura. Hos inquit Ariſto. bipartitos eſſe. Priores nanq; vnicum ponentes principiũ, oĩa dicũt inde fieri ſola rarefactione aut condẽſatione. Poſteriores vero negant adhuc motũ rarefactionis & condẽſationis: ſed dicũt oĩa fieri per ſegregationẽ ab vno principio, vbi oẽs res ſunt permixtę. ¶ Ad iſtarũ dꝫ iam opinionum intelligendam: notandũ eſt vt ſupra cõſtione. Dicere ceperam q̃ primus omniũ philoſophorum fuit Thales: primus inquam ſeptẽ ſapiẽtum: quẽ Ariſt. 1. meta. cap. 3. appellat principem huius philoſophię. Hic ſecundũ aliquos fuit olympiade. 10. tẽpore Romuli: ſecundũ alios natus eſt olympiade. 35. & mortuꝰ olympiade. 58. Olympias vna cõtuor cõplectit annos. Illis annis trecentis ab olympiade. 30. vſq; ad centeſimã q̃ natus eſt Ariſt. floruerũt oẽs iſti philoſophi. Thales ergo poſuit principium oĩum rerũ eſſe aquam. Thales. Cui (vt. 4. li. acad: q̃ſti. ait Cicero) ſex reliqui ſapiẽtes cõſenſerunt. Quoꝝ noĩa ſunt Pittacus Mytilenęꝰ, Solon Atheniẽſis aut Salaminus, Chilon Lacedemonius, Bias prieneus, Periãder Corinthius, Cleobulus Lydius. Sed tamẽ Anaximandro (inquit Cicero) id perſuadere non potuit. Ariſtote. 1. meta dicit Thaletẽ hanc opinionẽ traxiſſe ab antiquioribꝰ poetis. ſ. Orpheo & aliis, qui theologizabantur Tethym & Oceanũ parentes fuiſſe omniũ rerũ. Tethis enim authore Beroſo li. 2. nomẽ fuit vxoris Noe: q̃ in noticia gentiũ fuit prima. Et ideo Noe cęlũ victus eſt & Tethys terra: q̃ oĩum parentes fuere. Aut forte iſti q̃ ab Aegyptiis in cõfuſo audierãt illud initiũ legis q̃ in principio factum eſt cęlum & terra, & ſpũs dñi ferebat ſuper aquas, hanc fabulam de terra & aqua finxerunt. Addit Ariſt. Thaletẽ ſuã opinionẽ cõfirmaſſe: q̃ videbat nutrimentũ oĩum rerũ humidũ eſſe, vt patet de nutrimẽto plãtarum, atq; adeo hoĩum: quorum vita conſiſtit in calido & humido. Vnde ſemen oĩum viuẽtium naturam hũiditatis debet participare. ¶ Anaximenes vero etiam Mileſiꝰ, eo forte q̃ principium rerum debet eſſe maxime inſenſibile (vt patet de materia & forma quę per ſe nõ ſentiuntur) poſuit principium eſſe aerẽ, qui eſt elementũ minus ſenſibile. Et præſertim quia animalia anhelitu viuunt & viuentia plurimum in aere creantur. ¶ Heraclitus autem poſuit ignem: aut q̃ principium debet eſſe maximę durationis, & maximę actiuitatis: quę præſertim inter elementa competunt igni. Alij vero poſuerunt quoddam medium inter aquam & aerem, aut inter aerem & ignem. Authorẽ huius opinionis Philoponꝰ & Themi. dicunt fuiſſe Anaximandrũ. Sed certe hoc ſtare non poteſt: quia opinio Anaximandri cõtinuo ſubiungitur ab Ariſt. longe alia: & ideo forſan mutatum eſt nomen apud Themi. & Philop. Hi oẽs cẽueniebãt quidem cum Parmenide & Meliſſo, & in hoc q̃ ponebant vnum eſſe principium rerum, & in hoc p̃terea quod ponebant illud eſſe ens actu completum, vt eſt quodlibet elementum. Vnde pariter concederent omnia eſſe aquam aut aerem aut ignem. Differebant autem, q̃ licet non ponebant formas ſubſtantiales diſtinctas ſpẽ, admittebant tñ formas accidentales. ſ. raritatem & denſitatem, videlicet q̃ illud principiũ per raritatem. v. g. fit caro aut lana, & per denſitatem fit oſſa aut ferrum. Quas ſubinde formas & a ſubſtantia & inter ſe dicebant ratione differre atque adeo non omnia eſſe vnum ratione, vt alij opinabantur. ¶ Subdit Ariſt. inter iſtos & Platonem & cõuenire quodam modo & differre. Nam tam iſti quã Plato ponebant magnum & paruum principia rerũ: iſti quidem formalia, Plato vero materialia. Vbi ſciendũ eſt q̃ ſecũdum Platonem principium formale oĩum rerum erat idea: agẽtia vero naturalia nihil agũt quam diſponere materiam per raritatem, vbi ſub maiori quantitate minus eſt de materia, aut per denſitatem ſub minori quantitate plus eſt de materia: & tunc prima cauſa efficiens inducit formam: quę eſt participatio ideę hominis, aut equi &c. Ex magnum & paruũ aiebat diſpoſitiones eſſe materię accipiendum formam. Iſti vero econuerſo ſupponẽtes vnum principium materiale dicebant, & raritatem & denſitatem eſſe, ſicut formas rerum. Horum opiniones miſſas hic facit Ariſt. tanquam parum ad rem pertinentes: de quibus. 1. meta amplior eſt ſermo. ¶ Alij vero inquit Ariſt. dicunt formas ſubſtantiales rerũ eſſe contrarias & diuerſas, in quo iam ad veritatẽ vtcunq; hallucinabantur. Negabant tamen & generationem & alterationem. Ad quorum noticiam, q̃ horum hactenus opiniones vix vſquam expoſitas vidi, cõſiderandum eſt quod Anaximander Mileſius & ciuis & coetaneus fere Thaletis, fuit primus qui dixit principium omnium rerum fuiſſe vnum infinitũ chaos vt Cic. 4. lib. acad. q. innuit. A quo & Anaxagoras & fere poetę id ſuſcepere. Sed quia Anaxagoras copioſius id expoſuit, circunfertur tanquam opinio Anaxagorę: quam ſubinde hic tractat Ariſt. Anaxagoras ergo Clazomenus diſcipulus Anaximenis qui fuit auditor Anaximandri, dixit mundum factũ fuiſſe hoc modo: quod fuerat ab eterno aceruus quidam & congeries rerum, in quo veluti in quodam chaos genera omnia & ſpẽs rerum commixta latitabant. Deus autem quem ipſe mentem appellabat inde ſegrega-

gregauit omnia ꝛ suis cuiuscunque locis disposuit. Forsam sub nebula audierat illud Ge. 1. Spiritus domini ferebatur super aq̃s. Aũ initiũ philosophię suę (vt li. 2. refert Laertius) erat hoc. Omnia simul erãt deinde accessit mens, eaq̃ cõposuit. Quam obrẽ ꝛ Anaxagoras ipse appellatus est mens. Et inde Ouidi⁹ exordiũ suę Metamorphosis desumpsit dicens, ꝙ ante mare ꝛ terras ꝛc. vn⁹ erat vultus, quẽ dixere chaos ꝛc. Disgregatio verofuit, ꝙ infinitę particulę. v. g. terrę separatę fecerunt terram: ꝛ infinitę aquę fecerunt aquam: ꝛ infinitę carnis fecerunt carnem: ꝛ ita de omnibus. Has particulas appellabat atomos i. indiuisibilia corpora. Et dicebat esse homiomeras. i. similares propterea quod sunt partes eiusdem rationis cum toto. Itaq̃ atomi ligni erant eiusdem speciei cum ligno, differẽtes autẽ substantiali specie ab atomis lapidis. Facta illa prima disgregatione rerũ: agentia deinceps naturalia, quę videntur res nouas transmutare ꝛ generare, nihil aliud faciunt quam vt atomi, quę latebant, appareant. Exempli gratia. Si ignis vertit lignum in cineres, nihil aliud facit quã vt atomi cinerum, quę latebant in ligno appareant ꝛ atomi ligni lateant: ꝛ cum semen diciditur ab animali. in semine latent atomi carnis ꝛ ossis ꝛ sanguinis ꝛc. quę postea dum apparent, sunt animal. Enim vero qꝛ videbat ex re quacũq̃ omnia posse gñari ꝛ cõtraria ex cõtrariis. s. calidum ex frigido ꝛ hoiem ex boue quẽ comedit: ꝛ rursus bonẽ ex hoie qui conuersus in terram producit herbã quam pascitur bos, huiꝰ causam dicebat esse, ꝙa nõ potuit illa prima disgregatio rerum ita pure fieri, quin in quocunq̃ individuo manerent adhuc oĩum rex atomi pmixtę: ita ꝙ in carne sunt oĩum rerũ atomi: nisi ꝙ est caro, propterea ꝙ atomi tñ carnis apparẽt. Et ideo si caro comedatur ab hoie, fit hõ: si a leone fit leo: ꝛ si cadauer ponatur sub terra, fit herba: ꝛ ita in oĩb⁹. ¶ Dicebat tñ illas atomos indiuisibiles: nõ sicuti est punctũ, vel angelus: sed quia non poterant diuidi in partes alteriꝰ ratiõis: nam licet in carne. v. g. sunt permixtę atomi oĩum rerũ, tñ in vna atomo non sunt plures atomi aliarũ rex. Et ideo ex illa sola nihil põt gñari: ꝛ propterea erat indiuisibilis in se ꝛ inseparabilis ab aliis atomis. Rursus quia generationes rex putabat in infinitum duraturas, ne gñones deficerẽt, dicebat ꝛ illud chaos fuisse infinitũ, ꝛ in quacunque re latere infinitas atomos, non solum infinitarum rerũ differentiũ spẽ, sed cuiuscũque rei etiam infinitas. ¶ Hinc sequitur quod Anaxagoras nihil ponebat compositũ ex materia ꝛ forma: quia atomi illę non sunt compositę: sed sunt sicut principia materialia. Et hac etiam rõne dicebat esse indiuisibiles. His atomis dicebat mũdum esse plenum: nisi ꝙ nõ apparẽt: obidq̃ radio solis intrante per fenestrã apparent corpuscula, quę illic antea latebant. Nõ ꝙ illa sint atomi, vt aliqui putant: quia atomi nõ sunt abinuicẽ separabiles: sed ꝙ sunt corpora atomis simillima vt per ea quodammodo cognoscamus atomos. ¶ Eadem fere fuit opinio Anaximandri: hoc solo differens, quod Anaximãder dicebat illud chaos fuisse atomorum causam ꝛ initiũ. Et propterea dicit hic Arist. quod ponebat vnũ principium ꝛ subiectum omnium rerum. Anaxagoras vero e conuerso dicebat quod atomi fuerant causa ꝛ initium illius chaos. Et propterea dicit quod Anaxagoras posuit infinita principia. Opinio Anaxagorę fuit postea Epicuri. Democritus, verovt infra tex. 41. videbimus hoc tantummodo differebat ab Anaxagora, quod dicebat atomos omnium rerum eiusdẽ spẽi essentialis esse: sed solũ accidẽtaliter positione. s. ꝛ figura differre, vt illic explicabimus. ¶ At vero Empedocles Agrigẽtinus: quem aiũt Parmenidis fuisse discipulum (vt lib. 8. refert Laertius) conueniebat quodammodo cum istis: sed multum dissentiebat. Conueniebat inquam, affirmans itidem fuisse vnum chaos, vnde mundus est. Differebat tamen, primo quia non dicebat in rerum natura esse nisi quatuor spẽs rerum: quę sunt quatuor elementa. s. terra, aqua aer ꝛ ignis: quę ab illo chao fuerũt separata. Hęc autem elementa per alterationem in inuicem ꝛ cõmixtionem, faciunt omnia mixta. Itaque homo nihil aliud est quam aggregatum ex illis elementis. Differebat secundo vt ait hic Arist. [Differunt autem] quod ille. s. Empedocles facit horum circulationẽ. i. opinabatur mundũ infinities genitũ ꝛ corruptũ: hic autẽ. s. Anaxagoras non, nisi semel. Vt enim Anaxagoras dicebat mentẽ fecisse disgregationem. Empedocles asserebat duas causas: alteram efficientẽ: quã appellabat litem: ꝛ alteram corruptricem: quam appellabat amicitiam. Aiebat quod lite disgregante elementa ex illo chao, mundus generatur: amicitia vero rursus illa in aceruum congerente, mundus corrumpitur. Et hoc dicebat infinities factum esse, ꝛ fore. Itaque ante quancunq̃ generationem fuit chaos: ꝛ ante quodcunque chaos fuit etiam generatio. Hęc tot verbis exposuimus, ne opus esset, vt sępe repeterentur: quę tamen necessaria sunt ad subsequentium intelligentiam.

Atomi.

Democritus.

Empedocles.

Textus xxxiij.

Videtur autem Anaxagoras sic infinita opinari: quoniã putabat cõmunẽ opinionẽ physicorũ esse verã, ꝙ NIHIL fit ex eo quod non est: propter hoc enim sic dicunt, erant simul omnia, & fieri huiusmodi statuerunt alterari. Alij autem, congregationem & segregationem.

EX NIhilo nihil fit.

¶ In tert. 33. prosequitur tractare opinionẽ Anaxagorę, ostendendo primum radicem errorum istorum. Radix nanque fuit duplex fundamẽtum. Primum, illa receptissima sententia omnium physicorum. Ex nihilo nihil fit, quę in lumine naturali est verissima, vt quęstione. 7. apparebit. Agentia enim naturalia virtutem non habent quicquam producendi, nisi pręsupposito subiecto. Sunt nanque agentia finita: ꝛ deducere aliquid ex nihilo, arguit potentiam infinitam, quę soli conuenit Deo. Nam si educere effectũ ex aliqua pręsupposita materia ꝛ potentia, arguit aliquam potentiam: educere ex duplo minori arguit duplam potentiam, ꝛ ita calculando educere ex nihilo arguit infinitam. Qua de causa philosophi naturales creationem nec subodorari quidem fuerunt sufficientes. Ex illo igitur fundamento omnes philosophi naturaliter loquentes (nam alij iam sunt foras exposi) sibi persuaserunt quod omnia entia, quę sunt, prius fuerunt in aliquo vno subiecto. Unde Thales ꝛ alij dicebant omnia fieri per alterationem. s. per rarefactionem ꝛ condensationẽ: alij vero vt Anaxagoras omnia fieri per segregationem ex vna cõgerie: cui addebat Empedocles, omnia corrũpi per congregationem.

Textus xxxiiij.

Amplius autem, ex eo quod fiunt ex alterutris cõtraria, inerãt ergo. Si enim omne quod fit, necesse est fieri aut ex iis quę sunt, aut ex iis quæ non sunt, horũ autem id quod est, ex iis quę nõ sunt fieri, impossibile est (de hac enĩ cõueniunt opinione

A Agentia. n. talia virtutem nõ habent quicquid producendi, nisi prẽsupposito subiecto.

opinione, oēs qui de natura) reliquū, iā contingere ex neceſsitate putauerūt, ex iis quidē quæ ſunt & inſunt, fieri. ſed pp paruitatē magnitudinis: ex inſenſibilib⁹ nobis: vnde dicunt oē in omni miſceri: propterea q̄ oē ex omni videbant fieri: apparere autem differentia, & appellari altera ab inuicē, ex eo quod maximè ſuperabundat, propter multitudinem in mixtura infinitorum: ſyncērè enim: totum album, aut nigrum, aut carnem, aut os non eſſe: ſed cuius plurimum vnum quodq; habet, hoc videri eſſe naturā rei.

¶ Alterum fundamentum ſumebāt ex experiētia, vidēlicet q̄ contraria fiunt ex alterutris: nam ex calidis videbant fieri frigida: & ex fructibus terrę animalia: & ex aīalibus corruptis terram ꝛc. & inde inferebant q̄ in omnibus inſunt omnia. ¶ Ex his fundamētis formabant rōnem, quę ex ſupradictis iam eſt manifeſta. Quicquid fit, aut fit ex ente, aut ex nō ente. i. ex nihilo: non ex non ente (in quo omnes vnanimiter cōſentiūt) ergo ex ente: ex ente tamē fieri non poteſt niſi id quod fit, antea fuerit: ergo omnia ſunt in omnibus permixta. Sed tamen appellantur (ait) altera. i. homo aut equ⁹ ꝛc. [Ex eo q̄ maxime ſuperabundat], ideſt propter maiorem multitudinem atomorū, quę apparent hominis, iſte eſt homo: & propter multitudinem atomorum quę apparent equi, ille eſt equus. Syncere. n. id eſt, pure nihil eſt ſola caro, aut ſolum os: ſed propter maiorē multitudinem atomorum dicitur aut caro aut os. Enimuero Anaxagoras non habebat pro inconuenienti q̄ licet atomi eſſent infinitę, nihilominus eſſent plures carnis quā oſſis. ¶ Operę pręcium eſt hic adnotare artificium Ariſt. Intendit enim ex ignorantia iſtox viā parare & ſternere ad ſuam opinionē. Ut eñ illi non naturaliter loquentes peccabāt in hoc q̄ non diſtinguebant inter vnum ſimpliciter & plura ſimpliciter: cū tñ entia ſint vno mō vnū, & alio mō plura: ita & iſti naturaliter loquentes errabāt, q̄ non diſtinguebant inter ens ſimpliciter & nō ens ſimpliciter: cū tā materia vt Ariſt. docet in fine huius libri, ſit mediū quoddā puta ens in potentia. Et ita ſaluatur rerum generatio quę fit, nec ſimpliciter ex ente, nec ſimpliciter ex non ente, ſed ex ente in potentia. puta ex materia.

Artificiū Ariſto.

Textus. xxxv. INFInitū nō eſt cognoſcibile.

Si igitur Infinitum ſecundum quòd infinitum, actu ignotum eſt: ſecundum multitudinem aut magnitudinem infinitum, ignotum quantum quoddam eſt. ſecundum ſpeciem autem infinitū, ignotum quale quoddam eſt. Principiis autē exiſtentibus infinitis ſecundum multitudinem & ſecundum ſpeciem, impoſsibile eſt ea quæ ſunt ex iis, cognoſcere, ſic eñ cognoſcere cōpoſitum, arbitramur, cū cognoſcimus ex quibus, & quot ſit.

¶ In hoc tex. 35. & ſequentibus facit Ariſt. argumenta ſeptē aduerſus quinq; aſſerta ab Anaxagora. Primum aſſerebat in re quacunq; infinitas eſſe atomos, non ſolum ſpecie diuerſas rerum oīm, ſed cuiuſcunq; rei etiam infinitas. Contra hoc infert q̄ tūc ſequeretur nullā eſſe de rebus sciētiam: & per cōſequēs Anaxagoram ipſum de rebus a ſe ignotis philoſophari. Sequela oſtēditur hoc ſyllogiſmo. Nihil poteſt eſſe cognitum niſi cognitis principijs ex quibus cōſtat. Hanc probat in calce tex. quia tunc compoſitum cognoſcere arbitramur, cum eius principia cognoſcimus. vt text. 1. oſtenſum eſt: ſed principia compoſiti, qualia ponit Anaxagoras, non poſſunt cognoſci: ergo nec compoſitum ipſum. Probatur minor. Infinitum ea ratione qua eſt infinitum, non eſt cognoſcibile, vt ſi ſit infinitum ſecundū multitudinem aut magnitudinem, non erit cognoſcibile ſecundum quantitatem: & ſi fuerit infinitum ſecundum ſpeciem, non erit cognoſcibile ſecundum qualitatem: ſed principia ſecundum Anaxagoram ſunt infinita ſecundum multitudinem, q̄ in carne. v. g. cuiuſcunq; rei ſunt infinitę atomi: & ſunt infinita ſecundum ſpeciem, q̄ infinitarum rerum ſunt atomi differentes ſpecie: ergo talia principia ſunt ignota, & ſecundū quantitatē, & ſecundum qualitatem. ¶ Quod ſi quis reſpōdeat primę propoſitioni, q̄ ad cognoſcendum rem non requiritur cognitio omniū principiorum: nam vt. q. 2 mōſtrabimus non requiritur ad ſcientiam rei cognoſcere omnes eius partes quantitatiuas, quę ſunt infinitę: nec omnia accidētia. Reſpondetur q̄ requiritur cognoſcere oīa principia quę ſunt in actu, & oēs partes quodammodo ſpecie differentes: vt materiam & formam, ſanguinem, choleram, cerebrū. ꝛc. Anaxagoras ponit infinita principia in actu, puta infinitas atomos ſpecie differentes. Quod ſi quis etiam arguat contra maiorem ſecūdi ſyllogiſmi, q̄ infinitū in quantum infinitum, eſt cognoſcibile: vt tempus licet ſit perpetuū ſecundū Ariſto. & pariter motus cęli, nihilomin⁹ de illis eſt ſciētia: immo. 3. huius facit Ariſ. tractatū de infinito in quantū eſt infinitū. Rūtur ꝺd duplex eſt infinitū. ſ. in actu & in potētia: infinitū in actu nō eſt cognoſcibile, niſi ab infinita potentia: vt de⁹ qui eſt infinitus in eſſentia & pfectione a ſeipſo ſolo cognoſcibilis eſt (loq̄mur. n. de cognitioue pfecta quę eſt rei cōprehēſio) & iō infinita multitudo granorū tritici, aut, infinit⁹ ignis in magnitudine, poſſent quidē cognoſci ſcōm eſſentiā & ſpeciē, quę eſt finita, nō tñ ſcōm quātitatem: niſi priuatiue p̄ cognitionē finiti. Et ſi eſſent infinitę ſpecies aīaliū, nō poſſet diſtincte cognoſci tota natura generica aīalis. Et iſtis modis ponebat Anaxagoras infinitas atomos. Infinita vero in potētia nō repugnat eſſe cognoſcibilia in ſuo toto: perfecte nāq; cognoſcitur quātitas cōtinui, licet ſingulę partes proportionales non diſtincte cognoſcatur. Et hac ratione licet tēpus & motus ſint perpetua, nihilobſtat quin cognoſcantur ſecundum ſuam eſſentiā: ſed quantitas infinita nō cognoſcetur niſi priuatiue per cognitionem finiti. Et ſub hac cognitione tractat Ariſ. de infinito.

1. Argūm.

Duplex infinitum.

Amplius autē, ſi neceſſe eſt cuius partē contingit quantulācūq; eſſe ſecundū magnitudinē & paruitatē, & ipſum contingere (dico autē taliū aliquā partium: in quam cū inſit diuiditur totū) ſi autem impoſsibile eſt aīal aut plantam quantācunq; eſſe ſecundum magnitudinem

Textus. xxxvj. QVAEſtionis quartæ locus.

& paruitatem: manifestum est ꝙ neque partium quamlibet: erit enim totum si militer. Caro autē & os & huiusmodi, partes sunt aīalis: & fructus, plātarū. Manifestū est igiturꝙ impossibile est carnē aut os aut aliquid aliud, quantūcūqꝫ esse magnitudine aut in maius aut in minus.

2. Argm. ¶Secundū assertū Anaxago. erat ꝙ in qualz particula cuiuscūqꝫ rei naturalis latet infinita multitudo omniū rerꝫ, vt nulla sit tā minima caro, quin illic sint actu oīa. Cōtra hoc facit Arist. argm. secundū. Si in quacunqꝫ portiūcula. v.g. carnis quātuncunqꝫ minima, laterent actu oīa quę adhuc inde essent separabilia, sequeret ꝙ partes cuiuscūqꝫ rei nō determinarēt sibi certā quātitatem, nec quoad multitudinē, cum sint infinitę, nec quo ad paruitatē: siquidē a quacūqꝫ particula est separabile ꝗdlz. Tunc sic si partes non terminātur quo ad multitudinem aut paruitatē, sequit ꝙ nec ipsum totū cōpositum terminabit: qr cum partes a natura factę sint ꝑ totū, pars habet naturam totius: sed ꝑns est falsum, qr ꝗdcunqꝫ ens naturale suapte natura determinat sibi certam quantitatem & quo ad magnitudinē & quo ad paruitatem: (neque eīm formica esse pōt tanta quātus est equus, nec rursus equꝰ, ꝙ parua est formica) ergo & añs Anaxago. est falsum. s. in quacunqꝫ minima particula. v.g. carnis, latere & lignū, lapidē & oīa entia. Immo dabitur tam parua caro, vt illic nō lateat alia minor caro separabilis. De quo quartam disputamus quęstionē &c. ¶Quod si quis arguat cōtra, ꝙ quantūcunqꝫ hō terminatur ad maximū & ad minimum, nihilominus in illo sunt infinitę partes proportiōales quę nec terminātur ad maximū nec ad minimum. Si eīm totum diuidas per partes proportionales, tunc versus illud extremū ad quod procedit diuisio, quacunqꝫ data, dabitur minor: & versus aliud extremum, quacunqꝫ data datur maior: & per cōsequens nō oportet ꝙ si partes non habēt terminū magnitudinis & paruitatis, totum nō habeat. Respōdetur ꝙ Arist. non loquitur de partibus quę sunt entia solum in potentia, sed de illis partibus quę differūt spē, & de illis quę sunt entia in actu. Et hoc est ꝙ ait [in quā cum insit. &c.] Si eīm natura hominis est terminata quo ad magnitudinem, necesse est ꝙ partes ratione differētes sint numero finitę, puta caro, os, iecur, caput, manꝰ. &c. Itē ꝙ caput habeat terminatam magnitudinē & pariter aliorū quodcunqꝫ mēbrum. Anaxagoras vero ponebat infinitas partes differētes specie, & infinitas atomos quę erāt entia in actu: & propterea procedit argumentum, quod totum non haberet terminatam quantitatem.

Amplius, si omnia insunt quidem huiusmodi in inuicem, & non fiunt, sed segregantur cum insint, dicūtur autem a pluri: fit aūt ex quolibet quodlibet, vt ex carne aqua, segregatum, & caro ex aqua. ¶Omne autem corpus finitū consumitur corporis ablatione finita: manifestum est quòd non cōtingit in vnoquoq; vnūquodq; esse. Remota enim ex aqua carne, & iterū alia facta ex reliqua, segregatione: quāuis semper minor erit segregata, attamē non omnem excedit magnitudinem paruitate. Qua re siquidem stabit segregatio: nō omne in omni inerit: in reliqua enim aqua non inerit caro. Si vero non stabit, sed habebit semper remotionem: in finita magnitudine, æqualia finita inerūt, infinita secundum multitudinem. hoc autem impossibile est.

Textus xxxvij.

Omne finitum per ablationē. &c.

¶Tertiū quod asserebat Anaxagoras erat ꝙ quodlibet est a quolibet separabile. Contra quod formantur tria argumēta. Tertium ergo in ordine est hoc. Si quodlibet esset a quolibet separabile, sequeretur ꝙ in vnaquaqꝫ re. v. g. in carne finita, essent infinitę partes æquales secundum magnitudinem, & nō communicantes: quod implicat contradictionem. Ait, æquales, quia de proportionalibus nō est incōueniēs ꝙ sint infinitę in quocunqꝫ cōtinuo. Addamus nos, non communicantes, quia in vno pedali sunt infinitę pedalitates communicantes. Ad probationem sequellę supponit prius quatuor dicta Anaxagorę, scilicet ꝙ oīa sunt in omnibus: & ꝙ res simpliciter non generantur, sed segregantur, & ꝙ dicuntur a pluri. i. ꝙ res denominatur a maiori multitudine atomorū ꝑdominātē: & ꝙ quodlibet fit ex quolibet, vt ex aqua caro. Et præterea addit quintum suppositum, videlicet ꝙ omne corpus finitū, ablatione corporis finiti, finities facta, tandem consumitur. Ex his (inquit manifeste sequitur ꝙ non quodlibet est in quolibet, nec separabile a quolibet. ¶Probatur seqlla. Data aqua, ex ꝺaqua separetur portiuncula carnis, & facta prima segregatione, separetur secunda portiuncula, & deinde tertia, & ita deinceps. Tunc sic aut segregatio stabit, ideſt tandem cessabit in vltima segregatione: & tunc ex reliqua aqua nō erit separabilis amplius caro. Si vero segregationes procedunt in infinitum, sequitur ꝙ infinitę carnes æquales latebant in aqua finita. ¶Sed quia offert se statim respōsio, ꝙ illę particulę carnis quę separantur non sunt æquales, sed semper separatur minor & minor: hanc respōsionem excludit Arist. ꝙ quamuis pars segregata detur minor, & minor, nihilominus non excedit paruitate eorum magnitudinem. Quod est dicere: non est possibile separare semper minorem, & minorem sine termino, ita vt quacunqꝫ minima separata, adhuc separetur alia minor: sed necesse est venire ad certā quātitatem partis separatę, qua non potest separari minor: & per consequens omnes partes separatę debēt esse ad minus illi æquales. Atqꝫ adeo si in infinitum procedat segregatio, sequitur ꝙ in aqua finita erant infinitę carnes æquales. Unde sequitur contra quintum suppositum ꝙ aqua finita per ablationem finitarum partium, finities facta, non consumetur.

3. Argm.

Ad hæc autem, si omne quidem corpus remoto quodam, minus necesse est fieri: carnis autem determinata est quātitas & magnitudine & paruitate. ¶Manifestum est, quòd ex minima carne EX minullū segregabitur corpus. Erit enim nimo ni

Textus xxxviij.

minus

est minus minima. ¶Amplius aũt in infinitis corporibus ineſſet vtiq; iam caro infinita, & ſanguis, & cerebrũ: ſeparata tamen ab inuicem. nihil aũt minus entia & infinitum vnũquodq;, hoc autẽ irrationabile eſt.

¶Quartũ argumentũ eodẽ tendit. Omne finitum per remotionẽ alicuius finiti fit minus: ergo ſi a carne finita ſeparetur aqua vel quodcũq; aliud eius, erit minor: & ſi rurſ⁹ ſeparetur, adhuc erit minor: & ita deinceps. Tunc ſic: caro & quęcũq; res, vt in prima rõne oſtendebatur, determinat ſibi certã quantitatem quo ad paruitatẽ: ergo cum peruẽtum fuerit ad minimã carnem, nihil erit inde ſeparabile: & per conſequẽs nõ quodlibet põt a quolibet ſegregari. ¶Quin tam rationẽ addit, q̃ ſecundum Anaxagorã non ſolum dantur infinita, ſed infinities infinita in infinitis: vt tripliciter infinitũ reduplicetur. ¶Probatur, nã ſi in carne. v. g. latitent entia infinita, puta aqua, lapis, lignũ. &c. cum quodlibet ſit in quolz, ſequitur q̃ in quolz illoꝝ infinitorũ adhuc ſunt rurſus infinita: & hoc infinities: q̃ cũ a quolibet ſemper ſine tẽpore ſit ſegregabile q̃dlibet, adhuc in quolz infinitoꝝ, quę ſunt in aliis infinitis, erunt infinita: & in quolz illorum tertiorum (vt ita dicã) ad huc erunt infinita: & ita infinities. Quod tamen adeo eſt inopinabile, vt cogitationem ipſam extinguat.

Textus. xxxix.

Nunq̃ autẽ ſegregatum iri: non ſciẽter quidem dicitur, rectè autẽ dicitur. Paſsiones. n. inſeparabiles ſunt. Si igitur miſti ſunt colores & habitus: ſi ſegregentur, erit aliquid album vel ſanũ, non alterum aliquid exiſtens, neq; de ſubiecto. Quare incõueniens eſt, impoſsibilia quærens intellectus: ſi velit quidem ſegregare, hoc autem facere ſit impoſsibile, & ſecũdum quantitatem, & ſecundum qualitatem. Secũdum quãtitatem quidem, quia non eſt minima magnitudo: ſecundum qualitatem aũt: quia inſeparabiles ſunt paſsiones.

¶Quartũ dictũ Anaxagoꝛę erat, q̃ ſegregatio rex nunq̃ poterat finiri: ſed quomodocũq; vnum ſeparaꝛetur ab alio, adhuc illud ſeparatũ erat cõmixtũ ex pluribus ſpẽ differentibus. De hoc format Ariſt. ſextum argumentũ profecto ingenioſum: probãs q̃ hoc dictum Anaxagoꝛę non eſt quidem verũ in ſenſu quo ipſe accipit, & ideo ait Ariſto. q̃ nõ ſciẽter dictum eſt: eſt tñ verũ in alio ſenſu: & ideo [recte (inquit) autem dr.] Hic autẽ ſenſus pugnat potius cõtra ipſum authorem. Enimuero accidẽtia ſunt & inter ſe permixta, & cũ ſubiecto: ſoꝛa. n. accidẽtia quę ſunt in Petro ſunt ſubiecto vnũ, taliter q̃ nec a ſubiecto, nec a ſe inuicẽ poſſunt naturaliter ſeparari. Si cñ daretur albedo aut ſanitas ſeoꝛſum exiſtẽs (accipit enim cõcrete formaliter pro abſtractis) tunc ſequereꝛ q̃ daretur albedo ſola ſine alio accidente: & preterea ſine ſubiecto: quoꝝ vtrunq; naturaliter eſt impoſsibile. Non cñ ſolum albedo nõ poteſt eſſe ſine ſubiecto, ſed nec poteſt dari ens naturale quod habeat ſolum vnicum genus accidentiũ: debet nãq; habere quantitatem, & colorem, & grauitatẽ, aut leuitatẽ: immo quatuoꝛ ſaltem primas qualitates: ergo in hoc ſenſu verum eſt q̃ non terminabitur ſegregatio, quin ſemper in compoſito maneant aliqua, puta accidẽtia, permixta: ſed tamen hic ſenſus pugnat contra Anaxagoꝛam dicentẽ, q̃ omnia quę ſunt permixta poſſunt ſeparari. Undeſequitur (ait Ariſt.) q̃ ille intellect⁹, (quẽ Anaxagoꝛas appellat mentem ſegregantem omnia) fuit inconueniens & abſurdus, cum vellet facere impoſsibile, puta a qualibet quantitate ſeparare quãtitatem: cum tamen ſit dabilis minima, aqua nihil eſt ſeparabile: & cum vellet ſeparare qualitatem, ideſt accidentia a ſubiecto & ab aliis omnibus qualitatibus: quod tamen naturaliter fieri nequit.

Textus. xl.

Nõ recte autẽ neq; generationẽ accipit eorum quę ſunt ſimiliũ partium. Eſt enim, vt lutum in luto diuiditur: eſt autem, vt non idem modus eſt, vt lateres ex domo, & domus ex lateribus: ſic autem aqua & aër ex alterutris & ſunt & fiunt. Melius autem eſt: pauciora & finita recipere, quod quidem facit Empedocles.

Septimũ argũ.

¶Quintũ deniq; quod Anaxagoꝛas inſinuabat eſt, q̃ nihil generatur niſi a ſuo ſimili. Arguebat enim q̃ cum ex nihilo nihil fiat, ſequitur vt ſi ignis gignitur, antea erat ignis in illo vnde gignitur. Et ita in reliquis. Contra hoc format Ariſt. ſeptimũ & poſtremum argumẽtum. Ait nãq; q̃ non recte accipit generationẽ ſemper fieri ex ſimilibus partibus ipſi genito. Aliquando nãq; (inquit) ita eſt vt puta qñ fiunt aliqua entia in actu p diuiſionẽ continui, in quo erãt in potentia: vt cum lutum diuiditur in luta: aut cum lignum diuiditur in plura ligna: aut lapis in plures lapides. Sed tamẽ (inquit) quãdoq; ꝓtraria fiunt ex contrarijs mutuo, vt lateres fiũt ex domo quãdo domus diuiditur: & rurſus domus ex lateribus qñ ex illis cõponitur. Textus cõmẽtatoꝛis habet q̃ lateres fiunt ex luto, ſed tamen grẽce non eſt niſi ex domo. Neq; litera aliter ſtare põt. Vult. n. vti hac ſimilitudine, q̃ ſicut lateres fiũt ex deſtructa domo: & rurſus domus cõponitur ex lateribus: ita in naturalibus ex aqua per rarefactionẽ gñatur aer: & rurſus ex aere p condenſationem generatur aqua. Atq; adeo ex ſemine fit planta, vel aial: rurſus ex plãta & ex animali fit ſemen. In quo iã accedit ad propriã & veram opinionem generatiõis. Unde cõcludit, q̃ melius eſt pauciora & finita principia ponere, vt poſuit Empedocles, quã vnum vt alij, aut infinita, vt Anaxagoꝛas. Quam obꝛem. 1. meta. cap. 3. vbi latius hoꝛũ tractat opiniones, Anaxagoꝛas, inquit, ętate quidẽ ſuperioꝛ fuit quã Empedocles: operibus vero inferioꝛ. Commentatoꝛ hęc vltima verba cõprehendit ſub tex. 41. ſed melius eſt vt relinquantur ſub textu. 40. cũ ſint velut ſuperioꝛũ concluſio. ¶Sequitur hic ſtatim quęſtio quarta ſuper tex. 36. & text. 38. vtrum entia naturalia. &c.

QVOD PRINCIPIA RERUM naturalium ſint contraria.

CAP. V.

Omnes

Tex.xlj.

OMnes igitur contraria principia faciunt: & qui dicunt ꝙ sit vnū oē, & immobile (etenim Parmenides calidū & frigidū, principia facit. Hæc aūt, appellat ignem & terram) & qui rarum & densum. ET QVAE stionis. Democritus, solidum & inane: quorum 5. funda mentū. aliud quidem vt quod est, aliud autē vt quod nō est, esse dicit. Adhuc: positiōe, figura, & ordine. Hæc autem, genera cōtrariorū sunt. Positione, sursum & deorsum, ante & retro: figura, angulare, in angulare, rectum, rotundum.

¶Reprobatis opinionibus antiquoꝝ, aggreditur Arist. propriā opinionem de principijs naturalibus: quā tribus capitulis exponit. Ut qui vt finis oculis obiectus hāc faciat literā perspicatiorē, notādum est intentionem Arist. esse statuere tm tria principia rerum naturaliū. s. materiā ꝛ formā, quę realiter distinguntur ꝛ rei intrāt cōpositionem: ꝛ priuationē, quę sola ratione distinguitur a materia, ꝛ est terminus a quo respectu formę. Et qz veterū opiniones erāt in duobus extremis, quoꝝ primi dicebāt esse tm vnum: alij vero infinita principia (quare causa mediā opinionē Empedoclis, tenētis plura esse principia ꝛ nō infinita, magis probauerat) asserit primū aduersus priores, pncipia esse plura vno: ꝛ preterea aduersus alios, nō esse plura quam tria. Utranꝝ tm propositionem probat, vt in subsequētibus videbimus, ex hoc principio qō principia rerū naturaliū sunt ȝria. Qō proinde fundamētum prefacit in hoc. 5. ca. ꝙ nouem cōplectitur textus. ¶ Probat autē principia esse cōtraria, ꝑmo ex cōi sentētia ꝛ cōsensu oīm philosophorū, etiā eoꝝ qui errabāt circa principia naturalia: nā isto modo sunt dignitates probāde. Est em dignitas quę p seipsam est nota apud omnes, ēt apud ꝓtraria alias sentiētes. Eoꝝ em qui vnū principiū posuerūt alij nō naturaliter loquebantur, vt Parme. Et iste quodāmodo posuit principia ꝓtraria, puta calidū ꝛ frigidū: quę appellabat ignē ꝛ terrā. Philop. ꝛ Themist. dicūt ꝙ in operibꝰ secūdum propriā sententiā tenuit oīa esse vnū, in alijs vero scōm opinionē alioꝝ, tenuit esse duo. Sed melius est dicere, vt ait Cōmētator ꝙ vtraꝝ fuit eiꝰ opinio, nā dixit oīa ēe vnū, scōm rōnē. i. scōm speciē sed differre scōm apparētiā sensꝰ: qz alia sunt calida, alia sunt frigida: q̄ sunt accidentales dispositiōes. Ex qbus (vt cōiector) putabat dimanare oēs differētias coloꝝ, ꝛ saporꝝ, ꝛ aliaꝝ rer vel (vt 3. cęli author est Simplicius.) Parm. cognouit vnā ꝑmā causam ꝛ vnū Deū: quē solū dixit esse verū ens secundū rationē ꝛ rei veritatem: reliqua vero oīa esse secūdum apparentiā quasdā participationes illius. Quoꝝ diuersitatē significabat nomine ignis ꝛ terrę. ¶ Alij vero naturaliter loquentes vt Thales qui posuit oīa esse aquam, ꝛ Xenophanes qui posuit esse aerē, ꝛ Heraclitus qui posuit esse ignē, dixerūt rarū ꝛ densum esse principia diuersitatis rerū. Democritus autē, qui posuit principia infinita, posuit etiam alias contrarietates positione ꝛ figura ꝛ ordine. ꝛc. ¶ Notanda est hic differētia inter Anaxagorā ꝛ Democritū, qui fuit etiam Milesius, vt Thales, discipulꝰ Anaxagoꝛę, ꝛ iunior illo. 40. annis: vt lib. 9. refert Laertius. Anaxagoras, vt supra visum est ponebat infinitas portiūculas similares eiusdem speciei cum ipso cōposito. vt infinitas particulas carnis eiusdem speciei. ꝛ infinitas ossis alterius speciei essentialis: ꝛ ita in ęteris. Democritus vero ponebat infinitas etiam atomos. i. indiuisibiles particulas: vniuersas quidē eiusdē speciei essentialis, sed solū quatuoꝝ differētijs accidentalibus discrepātes. Itaqꝝ atomi carnis ꝛ lapidis ꝛ ligni, ꝛ vniuersę: quę sunt in mundo, sunt eiusdē speciei, differētes tm primo figura, quę erat radix aliaꝝ. Erant em aliquę atomi circulares, ꝛ aliquę angulares. Et hinc cōtinuo subsequebatur apō Democritū secūda dōia penes plenū ꝛ vacuū. qō hic dicitur, solidū ꝛ inane: nā rotūdę ꝛ angulares nō poterāt in cōpositione ita cohęrere, quin relinquerent aliquas vacuitates: quas vocabat poros. Et plenū appellabat ens: vacuū vero, appellabat non ens. Et quāto plures essent pori, tanto res erat rarior ꝛ leuior: vt lana: ꝛ quāto pauciores erāt tanto res erat densior ꝛ grauior. Tertia differentia erat ordinis ꝛ positionis. Exēpli gra: qz in hoīe atomi circulares sunt in parte superiori, caput faciūt rotūdum: ꝛ qz bases atomoꝝ angulariū sunt in parte inferiori, faciūt plātas pedū planas. Et in equo, qz sursum coeūt, angūli pyramidales faciūt caput ad modū pyramidis: ꝛ qz in pede sunt circulares, faciūt pedē rotundū. Et pyramides acutę faciūt dētes, ꝛ atomi obtusę faciūt molas. Ex eadē prima dōia censebat dōias aliarū qualitatū dimanare. Ut qz figura circularis est aptissima ad motū, ꝛ ignis est velocissimi motꝰ, affirmabat causam caloris esse ꝙ in calidis est maior multitudo atomoꝝ orbiculariū: ꝛ qz figura angularis est apta ad subsistendum, ꝛ frigiditas facit partes substātię consistere, vt patet in aqua gelata, putabat atomos quadratas ꝛ cubicas esse causam frigiditatis. Rursus atomos triangulares ꝛ pyramidales habētes acutissimos angulos esse causam albedinis (cuius acuties disgregat visum) ꝛ saporꝝ acutoꝝ. Bases autē obtusas esse causas cōtrariorū coloꝝ ꝛ saporꝝ qui sunt magis obtusi. Hunc. n. in modū attoniti illi despiebāt. ¶ Arbitror eo nō esse hic mētionem factā Anaxagorę, ꝙ non ponebat contraria principia quę succedentia se expellerēt ab eodē subiecto, vt ęteri, quippe qui opinabatur oīa actu latere simul in quolibet: quod est cōtra naturam contrariorū de quo Aristoteles redarguit eum. xi. meta. ca. 5.

Quod igitur cōtraria quodammodo omnes faciūt principia: manifestū est. Et hoc, rationabiliter. Oportet em principia neq; exalterutris esse neq; exaliis, & ex his oīa: contrarijs autem primis insunt hæc: ob id quidē quòd prima sunt, non sunt ex alijs: ob id vero quòd sunt contraria, non sunt ex alterutris. Textus. xlij.

¶ In tex. 42. subiungit rationē, qua coacti sunt antiqui ponere principia quodāmodo contraria. Ait, quodāmodo. qm plenū ꝛ vacuum, nō sunt proprie cōtraria: cū vacuū nō sit quid positiuum. Neq; figura circularis cōtrariatur proprie angulari: qz figurę nihil est contrarīū, vt habetur in prędicamētis cap. de qualitate. Immo nec, raritas ꝛ densitas, proprie contrariantur: cū nec sint actiuę nec constēt ex actiuis: sed dicuntur cōtrarię, qz sunt formę quę nō possunt simul esse in eodē subiecto: aut qz vnum est priuatio alterius. Ratio igitur est hęc. Quęcunqꝝ nec fiūt ex alijs, nec fiūt ex alterutris: sed alia fiunt ex illis, sunt prima principia: sed prima contraria sic se habent ꝙ nec

nec fiſit ex alijs, nec ex alterutris, ſed oĩa fiũt ex illis: ergo prima contraria ſunt prima principia. Et per cõuerſionem, prima principia ſunt cõtraria. Maior eſt diffinitio primorũ principiorũ, tã ſubſtantiarum quã accidentiũ: eo enim quod ſunt prima nõ fiunt ex alijs ꝛeadẽ ratione nec fiunt exalterutris. i. alterum ex altero: quia ſi a. fieret ex. b. a non eſſet primum, nec ſi. b. fieret ex. a. b. eſſet primum. ¶ Preterquam quod ſi fierent ex ſe inuicem, idem eſſet cauſa ꝛ effectus ſui ipſius. ¶ Quod autẽ oĩa alia fiant ex illis habẽt eo qõ ſunt principia prima. Minorẽ vero. ſ. quod prima cõtraria ita ſe habeãt, probat quo ad duas priores partes, qz prima contraria, eo q̃ ſunt prima, nõ fiunt ex alijs, ꝛ oĩa fiunt ex illis ꝛ ex eo quod ſunt contraria, nõ fiunt ex alterutris. Neq; enim frigus verti poteſt in calorẽ, neq; in frigus calor. Tertiã, pbat tertiã ſequẽti. Sed notandum eſt q̃ inter contraria alia ſunt quę fiunt ex alijs, ꝛ dicuntur qualitates ſecundę. vt colores. ſ. album ꝛ nigrum: ꝛ ſapores. vt dulce ꝛ amarũ: alię ſunt qualitates primę. vt caliditas, frigiditas, humiditas, ꝛ ſiccitas, ex quarũ commixtione ꝛ temperamento reſultant qualitates ſecundę. Et ideo iſtę quatuor ſunt ſimpliciter prima cõtraria, primaque principia aliarum qualitatum ſecundarum. ¶ Arguitur autem contra rationem hanc. Principia rei naturalis non ſunt qualitates, ſed partes ſubſtantię: contrarietas vero ſolum conuenit qualitatibus. vt modo exponebamus: quia ſubſtantię nihil eſt contrarium. vt in predicamento ſubſtãtię expoſitum eſt: ergo prima principia non ſunt contraria. Et hinc ſumitur argumentum alterum, quod parum facit authoritas antiquorum ad probandum principia rei naturalis eſſe contraria: cum illi ſolum ponerent accidentia contraria eſſe rerum principia. ¶ Reſpondetur quod forma, quamuis ſit ſubſtantia, contrariatur tamẽ formę quę expellitur: non per ſe primo, ſed ratione qualitatum primarum quas ſibi vẽdicat: vt forma ignis formę aquę. Et eadem ratione contrariatur priuationi ſui, quę prefuit in materia aquę. Unde non citat hic antiquos Ariſt. vt in integrum eorum approbet opinionem: vt paulo poſt videbimus: ſed vt eorum confeſſionem in hoc tantum accipiat, quod quomodocũque poſuiſſent principia, omnes tamen ponebãt illa eſſe contraria. Hac rõne victi q̃ intelligebant prima principia nõ debere fieri ex alijs. ꝛc. quas cõditiones videbant competere accidentibus contrarijs.

Sed oportet hoc & in ratiõe cõſiderare, qualiter cõtingat. Accipiendũ igitur eſt primũ: quod omnium quæ ſunt, nihil neque facere natũ eſt neq; pati cõtingẽs á contingẽti: neq; fit quodlibet ex quolibet. niſi quis accipiat ſecundũ accidẽs, qualiter enim fiet album ex muſico: niſi accidẽs ſit albo aut nigro muſicum? Sed album quidem fit ex nõ albo: & hoc nõ ex omni: ſed ex nigro, aut mediis. Et muſicum ex non muſico. ſed non ex omni: ſed ex immuſico, aut ſi aliquid ipſis eſt medium.

¶ Igitur in ter. 43. probat tertiam partem minoris ſuppoſitę. ſ. oĩa fieri ex contrarijs. i. vnumquodque fieri ex ſuo contrario, ſuppoſitis tribus fundamẽtis: nempe quod non quodlibet agit in quodlibet contingẽs. i. indeterminatũ: nec quodlibet patitur a quolibet cõtingenti. i. indifferenter a quocũq; nec quodlibet proinde fit ex quolibet: ſed ſolum contrarium agit in ſuum contrarium: ꝛ patitur a ſuo contrario: ꝛ quodlibet fit ex ſuo determinato contrario. Subiungit exempla in accidentibus: qz ſunt ſenſui notiora: per quę ſenſim deſcendit ad ſubſtantias. Albũ enim per ſe non fit niſi ex nigro aut ex medio colore colorato. Neque fit ex muſico, aut ex quocũque alio impertinente accidẽte, niſi de per accidens: quia accidit vt ſubiecto, cui ineſt nigredo, inſit etiã muſica, aut dulcedo. ¶ Et vt vno verbo literam exponamus, non album, aut, non muſicum, poteſt accipi in propoſito dupliciter, vt ex Alber. Mag. trac. 3. c. 1. colligitur: vno modo mere infinitanter pro omni illo quod non eſt album, aut non eſt muſicum: alio modo priuatiue pro illo quod non eſt album: ſed eſt de per ſe ſubus a quo incipit generatio albi: quale eſt nigrum aut medio colore coloratum, quod nuncupatur per ſe priuatio albi. Et ideo ait quod album fit de per ſe ex non albo: non tamen ex omni: quia non fit de per ſe ex muſico aut ex dulci, ſed ex ſuo contrario puta ex nigro, aut medio colore colorato. Et muſicum fit ex non muſico: nõ tamẽ ex omni: quia nõ fit de per ſe ex albo (impertinens. n. eſt eſſe albũ illũ, qui fit muſicus) ſed de per ſe fit ex non muſico. i. ex hoĩe ignorante muſicã, apto vt diſcat illã. Et pariter in ſubſtantijs equus fit ex nõ equo, non quocunq; ſed ex embrione vbi eſt p̃ xima priuatio formę equi: de quo latius. q. 5. vbi habes rationẽ eſſe, qz fieri eſt nouũ eſſe acquirere, ꝛ per cõſequẽs quicquid fit, fit ex ſui negatione in ſubiecto apto. ¶ Atqui notanda eſt probatio hęc Ariſt. Intendit. n. a poſteriori ꝛ a ſigno. quod experientia compertũ eſt, probare quod nihil agit niſi in ſuum contrariũ nec patitur niſi a ſuo contrario, nec fit niſi a ſuo contrario. Experimur. n. quod ſimile non agit in ſimile: ignis enim nõ calefacit ignem: nec calidũ vt quatuor calefacit calidum vt. 4. Experimur item quod de per ſe ignis non calefacit quodcũq; indifferens: nõ enim calefaceret cęlum nec de per ſe calefacit dulce aut album aut muſicum: qz impertinẽs eſt paſſo, vt caleñat ab igne, habere talia accidẽtia: ſed de per ſe, vt ignis calefaciat aliquid, requiritur illud eſſe frigidum. Signum ergo eſt quod ratio de per ſe actionis eſt contrarietas inter agens ꝛ patiens: nullum. n. agẽs agit niſi expellendo ſuum cõtrarium. Quo fit vt ratio quare de per accidens ex muſico fit calidũ, nõ eſt (vt quidã dicunt) quod muſica nõ eſt in eodẽ ſubiecto in quo eſt albedo, ſed eſt in intellectu: nã tũc ſaltẽ ex dulci de per ſe fieret album q̃ eſt falſum: ſed ratio eſt quia calor non cõtrariatur muſicę. Hac ingenioſa ratione explicat quę principia ſunt contraria, ꝛ quomõ ſunt cõtraria. Forma enim nõ cõtrariat materię, ſed proprię priuatiõi, ex qua fit tãquã ex termino a quo: q̃ quidẽ priuatio expellit ab eodẽ ſubiecto, ad modũ cõtrariarũ formarum. Contrariat enim forma ignis priuationi eius quę erat in materia aquę: vt amplius. q. 5. quã de hac re mouemus explicabitur. ¶ Quod ſi quis hic arguat eſſe contradictionem: cum ſuperius dixerit Ariſt. contraria non fieri ex alterutris, hic vero dicat contrarium fieri ex ſuo contrario. Reſpondetur modo, quod ſupra loquebatur de cõtrarijs in abſtracto. Albedo. n. non fit ex nigredine: hic vero loquitur in concreto: ſubiectum enim album fit nigrum. Sed exactius: ꝛ forte melius reſpondetur. q. 5.

Neq;, igitur corrumpitur in cõtingẽs primũ: vt albũ, nõ in muſicũ, niſi forte ſecundũ accidẽs: ſed in nõ albũ: & nõ in cõtingẽs: ſed in nigrum, aut medium. Simi

Non albũ priuatiue.

Textus xliiij.

liter autem & musicum, in nõ musicum: & hoc, non in cõtingens, sed immusicũ, aut si ipsis aliquid medium est.

¶ In tex. 44. subdit similia exẽpla secũdi fundamenti: videlz, ꝙ nec quodlibet corrũpit in quodlibet cõtingẽs. i. indeterminatũ: qz albũ nõ corrũpitur in musicum (põt. n. qui desinit esse albus, manere musicus) sed in nigrũ aut in medio colore coloratum: põt tñ de per accidẽs corrũpi in musicũ, si simul efficiatur & niger & musicus. At vero de per se nihil corrumpitur, nisi in sui propriam priuationem.

Textus. xlv.

Similiter autẽ his & in alijs. Quoniam & non simplicia eorũ quæ sunt, sed composita, secũdum eãdẽ se habent rationẽ. Sed propterea ꝙ oppositæ dispositiões non denominatæ sunt: latet, hoc contingens: necesse est. n. omne consonans ex incõsonanti fieri, & inconsonãs ex cõsonanti. & corrumpi, cõsonans in inconsonantiam, & hanc nõ contingentẽ, sed in oppositũ. ¶ Differt autem nihil, incõsonantia dicere, aut ordine, aut cõpositione. Manifestum emẽ est: ꝙ eadẽ sit ratio. At vero & domꝰ, & statua, & quodlibet aliud, fit similiter: domus enim fit, ex eo ꝙ nõ cõposita sed diuisa sunt hæc sic: & statua & figuratũ aliquid, ex infigurato. & vnum quodq; horum, secundum alia quidem ordo, secundũ alia verò compositio quædam est.

Textus. xlvj.

¶ In his duobus textib⁹. 45. & 46. quos nõ opꝰ erat diuidere, subiũgit ꝙ hoc. s. nõ quodlibet fieri ex quolibet, nõ solũ in accidẽtibus simplicibus verũ habet, sed etiã in rebus cõpositis. Nisi ꝙ in illis non est nomen impositũ, significans cõtrariã qualitatẽ aut priuationẽ illã ex qua res fit. Cõpositũ enim fit per quãdam consonãtiam & cohærentiã partiũ ex incõsonantia & in ordinatione præcedẽti. vt exercitus fit ex inconsonãtia. i. ex inordinatis & separatis hominibus: quę inordinatio nõ habet nomẽ impositũ: sicuti nigrum & rubeũ sunt nomina ꝓtraria respectu albi. Et emẽ domus non fit ex domibus: sed ex incõsonãtia lapidum & lignorũ. Et pariter statua. Itaq; domus dicitur per accidens fit ex lapidibus albis aut nigris, sed fit ex incõsonantia illorum. Necꝙ fit ex quacunque inꝓsonantia: qz nõ fit ex incõsonantia musicę. Et pariter statua nõ fit per se ex ligno albo vel nigro. Nec ꝺ per se fit statua Mercurij ex statua Martis: sed ex priuatione statuę Mercurij. i. ex ligno carẽte forma Mercurij. Et pariter homo non fit ex homine tanq; ex termino a quo: sed ex non homine. i. ex priuatione hominis in subiecto apto.

Textus. xlvij.

Si ergo hoc verũ est, oẽ quod fit fiat. & corrũpatur quod corrumpitur, aut ex cõtrariis aut in contraria & horũ media: media autem, ex cõtrariis sunt: vt colores, ex albo & nigro. Quare omnia vtiq; erunt quę natura fiunt, aut contraria aut ex contrariis.

¶ In tex. 47. infert conclusionẽ intentã videlicet, ꝙ non quodlibet fit ex quolibet, sed ex sua ꝓpria priuatione, tanq; ex termino a quo. Ut albũ ex nõ albo ideſt ex priuatione albi in subiecto apto nato: & calidum ex priuatione calidi in subiecto apto nato. Nõ enim fiunt ex pura negatione, alias fierẽt ex nihilo, sed de potẽtia materię, vt. q. 7, explicatur. Sed qꝛ dixerat cõtrariũ fieri ex cõtrario, ne quis ꝓtra arguat, eo ꝙ albũ nõ solum fit ex nigro, sed ex mediis coloribus coloratis, explicat ꝙ medij colores quodãmodo cõtrariãtur extremis: nã participãt rõnem vtriusq; extremi: & ideo rubedo quatenꝰ participat rationẽ nigredinis, cõtrariat albedini: & in quãtũ participat rõnem albedinis, ꝺicitur nigredini. Hinc deniq; cõcludit Arist. ꝙ oia quę natura inuicẽ sese generãt & corrũpunt, aut sunt cõtraria, aut cõstãt ex cõtrarijs. Enunciauit cõclusionẽ disiunctiue: qz nõ vult determinare modo an substãtię ꝓprie sint cõtrariæ: satis eñ habet ꝙ aut formę substantiales sunt ꝓprie contrariæ, aut saltem id habeãt ratione cõtrariarũ qualitatum, quas sibi vendicant.

Huc vsq; igitur fere sequuti sunt & alioꝝ plurimi, quẽadmodum diximus prius. Omnes emẽ elemẽta, & ab ipsis vocata principia quanuis sine rõne ponentes, tamen cõtraria dicũt, tanquã ab ipsa veritate coacti. Differũt aũt ab inuicem, ex eo quòd alij quidẽ priora, alij posteriora accipiũt: & quòd hi quidem, notiora secũdum rationẽ, illi autem, secũdum sensum. Hi emẽ, calidũ & frigidũ, illi aũt, humidum & siccũ. Alij autem, impar & par. Quidã autẽ, litem & amicitiã causas ponũt generationis. Hæc autẽ, ab inuicẽ differũt secundum distinctum modum.

Textus. xlviij.

¶ In tex. 48. repetendo priscoꝝ opiniones ostendit Arist. quomõ de cõtrarietate principioꝝ consentiebant, & quomodo dissentiebant. Ait ergo ꝙ huc vsq; plurimi antiquoꝝ veritatẽ hallucinati sunt, ꝙ plurimi contraria principia posuerunt. Plurimi, inquit, ad subnotandum Anaxagoram qui, vt paulo superius dicebamus: re vera nõ ponebat principia cõtraria: si quidẽ omnia simul actu eo existere dicebat in eodem subiecto. Necꝙ aliquod ꝓinde subiectum ponebat mutari a ꝓtraria in cõtrariã formã. Ait vero eos nõ ratione: sed veritate coactos fuisse in illã sententiam. Nõ emñ cognouerũt quomodo agẽs educat formam de potẽtia materię, atq; adeo ex priuatione quę cõtrariatur ipsi formę: & ideo nõ sunt moti ex vera ratione ꝺrictatis principioꝝ. Sed quẽadmodũ lapis (vt ait. S. Tho.) suapte natura sine cognitione fertur ad suũ ꝓpriũ finem, ita intellectus sępe suapte natura victus est veritatem cõfiteri. De quibus ait Arist. 1. meta. cap. 4. ꝙ quemadmodũ inexercitati & indocti prælijs diu plagas egregias quãdoq; infligũt, ita isti forte & absq; ratione aliquas attigerũt veritates.

Non rõne sed veritate victi.

tates. ¶Subdit deinde eorũ differentiã: nã quidam eorũ ponebãt principia priora: alij vero posteriora. Parmenides nãq; ponebat calidũ & frigidũ: Thales vero & alij, qui ponebãt raritatẽ & densitatẽ esse principia rerũ, virtualiter ponebãt illa esse humidũ & siccũ: nã humiditas causa est rarefactionis: siccitas vero, cõdensationis: vt patet in luto & cera. Calidũ vero & frigidũ, eo q̃ sunt qualitates actiuę, priores natura sunt, quã humidũ & siccũ, q̃ sunt q̃litates passiuę: nã agens prius est passo. Rursus alij ponebãt cõtraria scõm rationẽ: alij vero secundũ sensum. Etenim istę modo nominatę qualitates, obiectae sunt sensus tactꝰ. Pythagorici vero ponebãt principia esse par & impar: quę sunt nota secundũ rationẽ: qr par & impar, cũ sint passiones mathematicę, abstrahunt a materia sensibili. Et pariter illa cõtrarietas Empedoclis inter litẽ & amicitiã non est sensibilis: sed abstrahit a sensu. Pythagoras qr inter Aegyptios nutritus fuit, qui mathematicas sciẽtias prę sertim colebãt, oẽs rerũ naturas studuit per numerorũ proprietates explicare. Unde sicut vnitas est principiũ numeri, ita par & impar censebat esse rerũ principia. Hoc mõ. Numerus impar, qr est diuisioni ineptus, eoq; nõ est diuisibilis in duo æqualia, appellabatur a Pythagora identitas & finitas: quasi sit res incorruptibilis: numerus vero par, qr est diuisibilis in semper diuisibilia, vt octo q̃ est diuisibilis p æquales numeros vsq; ad vnitatẽ, appellabat infinitas & diuersitatis: qr per diuisionẽ cõtinui ꝓcedit numerus in infinitũ. Rursus qr materia de se dicit rẽ indeterminatã & indefinitam: forma vero terminat materiã cõstituẽdo certã speciẽ, numerũ parẽ appellabat materiã & terminã, numerũ vero imparẽ nũcupat formã atq; masculi. Et ideo dicebat oia constare ex pari & impari, tamquã ex materia & forma. Tertio huius text. 25. de hoc amplius.

Pythagoras.

¶Quare, est eadẽ dicere quodãmodo & altera ab inuicẽ. Altera quidẽ: quemadmodũ & videtur plurimis. Eadẽ autẽ: secundũ analogiã: accipiunt enim ex eadem coordinatione. Hæc enim cõtinẽt, alia autẽ continentur, contrariorũ. Sic igitur similiter dicunt & aliter, & peius & melius. Et hi quidẽ notiora secũdum rationẽ, sicut dictum est prius: illi autẽ, secũdum sensum. Vniuersale enim, secũdum rationẽ notum est: singulare autẽ, secundũ sensum, ratio enim vniuersalis est: sensus autẽ, particularis: vt magnum & paruũ, secundum rationẽ: rarum aũt & densum, secundũ sensum. Quod igitur contraria oportet esse principia: manifestum est.

Textus. 12.

¶In tex. 49. & postremo huius capitis colligit, Arist. ꝙ hac prefata ratione antiqui quodã modo dicebãt eadẽ, & quodã modo altera. s. diuersa. Altera quidẽ & diuersa, qr diuersi, vt dictũ est, diuersas pronunciabãt cõtrarietates. Idẽ vero sentiebãt oẽs scõm analogiã. i. proportionabiliter: qr vnusquilibet ponebat cõtraria ex eadẽ coordinatiõe. Qd̃ est dicere. Parmenides qui ponebat calidũ vnũ principiũ, non ponebat alterũ principiũ esse humidũ, albũve, sed frigidũ: qd̃ dicit qualitatẽ actiuã contrariã calori: humiditas vero, cũ sit passiua, nõ est eiusdem coordinationis, & ideo nec est cõtraria calori. Rursus Pythagoras qui ponebat vnũ principiũ esse impar, nõ ponebat aliud principiũ esse discordiã, aut esse calidum, qd̃ significat qualitatẽ alterius coordinatiõis, sed par, quod est contrariũ eiusdem coordinationis. Itaq; appellat eandẽ coordinationẽ duo cõtraria diuidentes aliquod genus, vt calidũ & frigidũ, humidũ & siccũ, par impar. &c. Atqui ꝙ ista cõtraria sint diuersarũ coordinationũ, probat dupliciter. Primo qr aliqua sunt cõtinentia & aliqua cõtenta: nã actiua virtualiter cõtinent passiua, & superiora continẽt inferiora, vt calidũ & frigidũ cõtinent humidũ & siccũ: quia actiua habẽt se vt forma, passiua vero vt materia: forma vero cõtinet materiam, eo ꝙ informat et dat illi esse. Item illa quę sunt cõmuniora, continent alia q̃ sunt magis particularia, vt, par & impar, quę est passio quãtitatis, vniuersalior est cõtrarietas, ꝙ calidũ & frigidũ: cõpetit enim oĩbus quãtis, tã substantijs, quã accidẽtibus, siue sint qualitates primę, siue colores, siue sapores. &c. [Sic igitur (inquit) similiter dicũt, & aliter]. i. aliquo modo cõcordant, et aliquo modo discordãt. [Et peius & melius]. i. aliqui melius loquunt: & aliqui peius. Alij exponũt. i. oẽs ex duobꝰ cõtrarijs dicũt vnũ esse melius, & aliud peius. Sed forte prima expositio melior est. ¶Secundo probat illa cõtraria nõ esse oia eiusdẽ coordinationis: qr alia sunt notiora scõm rationẽ, alia vero scõm sensum. Nam par & impar, cõcordia & discordia, quę abstrahunt a sensu, sunt notiora secundũ rationẽ et simpliciter: calidũ vero et frigidũ, & humidũ & siccũ sunt notiora secundũ sensum. Ratio enim, inquit, i. intellectꝰ, vniuersalis. s. obiecti est, sensus vero, particularis obiecti. Hęc authoritas vulgatissima est ad probandũ ꝙ intellectus directe nõ cognoscit nisi vniuersalia: sicuti sẽsus nõ cognoscit nisi singularia: tã etsi intellectus ꝙ reflexionẽ possit cognoscere singulare. i. per speciẽ vniuersalẽ determinatã a phantasmate, vt. q. 2. dicebamus. Ponit exemplũ, vt, magnum & parũ, scõm intellectũ: rarũ vero & densum cognoscit scõm sensum. Enimuero magnũ et paruũ accipiunt respectiue: dr. n. formica magna respectu paruę: & elephas paruus respectu magni: relatio vero nõ sensu, sꝫ solo intellectu cognoscitur. Sed rarũ & densum, sunt qualitates tactu perceptibiles, sicuti humidũ & siccum, quę sunt causę illarũ. Illudit hic forte ad opinionem Platonis, cuius supra meminerat tex. 52. tenentis magnum et paruum, esse principia materialia rerum. Quam quidem illic sumus opinionem interpretati. ¶Sequitur continuo caput sextum.

Intellectꝰ est vniuersalium.

¶QVO NVMERVS PRINcipiorum inquiritur. CAPVT. VI.

CONSEQVENS Autẽ erit dicere, vtrũ duo, aut plura sint: vnũ enim, impossibile est: quoniam nõ vnum, contraria. Infinita quo

ta autem nō: quoniā neq; scibile, quod est, erit. Et vna contrarietas, in omni genere vno. Substantia aūt, vnum quod dam genus est. Et quia contingit ex finitis, melius autē ex finitis quēadmodū Empedocles, quā ex infinitis: omnia nā que assignare opinatur: quēadmodum Anaxagoras ex infinitis. Amplius sunt alia alijs priora contraria, & fiunt altera ex alijs, vt dulce & amarum, album & nigrum: principia autem, semper oportet manere. Quod igitur neq; vnū neque infinita sint: manifestum est ex his.

¶ Hoc denicp̄ p̄iacto fundamento, quod p̄incipia rerum naturalium sunt cōtraria, hinc venatur Aristo. eorum numerū. Et in hoc. 6. cap. quod octo tex. habet, p̄cedit solum disputatiue inquirendo, & in sequenti determinat veritatē. Primum igitur omnium in hoc. 1. textu, qui est numero quinquagesimus, excludit, & tantū esse vnum p̄incipiū, & esse infinita: tanquā duo extrema manifeste falsa. Proponit ergo quod ex veritate iam modo asserta inquirēdum est, vtrū duo an tria an plura. s. in aliquo finito numero sint p̄incipia. Nam vnicū (inquit) esse non pōt: quia p̄incipia debent esse contraria, & nihil sibi ipsi contrarium est. Nec rursus possibile est esse infinita. ¶ Quod quatuor rationibus cōfirmat. Prima: quia alias p̄incipia nō essent cognoscibilia, & per cōsequens de cōpositis nō esset possibilis scientia. Nam infinitum a finita potentia (qualis est humana) cognosci nequit. vt tex. 35. aduersus Anaxagoram concluſum est. ¶ Secunda ratio est. In vnoquoq; genere vnica est p̄ima contrarietas, ad quā oēs contrarietates eiusdē generis reducuntur: sed substantia est vnū genus: ergo vna est p̄ima cōtrarietas in genere substantię: & p̄ima cōtrarietas in vnoquoq; genere pertinet ad p̄incipia illius generis, vt probatū est: ergo vna est contrarietas p̄incipiorū in genere substantię: vnius autē contrarietatis duo sunt tantū extrema: ergo p̄incipia substantię nō sunt infinita. ¶ Sed dubiū est hic q̄ i genere substantię sunt multę cōtrarietates, vt, corporeū & incorporeum, rationale & irrationale, & in genere quātitatis sunt, par & impar, magnū & parū, in genere qualitatis, calidū & frigidū, albū & nigrū, & multę alię: ergo falsa est maior huius rationis Aristo. ¶ Locum istum varie exponūt interp̄etes Aristot. q̄ nō est intellectu facilis. Quod tamē mihi videor intelligere, est, q̄ in vno quoq; genere est vna cōtrarietas vniuersalis, & generica, sub qua oēs alię cōtinēt. Et hęc se habet per modū habitus & p̄iuationis: diuiditur enim substantia per corporeū & incorporeū: & rursus corpus, per sensibile & insensibile: deinde sensibile per rationale & irrationale, vt in arbore Porphyriana visum est. Et oēs species aialis se habent virtualiter hoc modo: nā forma vnius continet virtualiter p̄iuationē alterius. Unde sequitur q̄ oēs reducunt ad hāc quę est, habitus & p̄iuatio. Et hic ingenioſe designat Arist. contrarietatē p̄incipiorū naturaliū. Cū enim ex aqua fit ignis, forma ignis educit de potentia materię: vbi erat p̄iuatio talis formę. In quo elicit opinio Anaxagorę, qui nihil putabat educi de potentia materię: sed vniuersa actu latere in subiecto. Qua de causa ponebat infinita latere in quolibet: & per consequēs respondet ad rationē suę opinionis. Ratio enim quare nō opus est ponere infinita, est: quia forma geniti nō erat actu in materia, sed tantū in potentia. Pari modo in p̄edicamētis accidentiū omnes cōtrarietates reducunt ad habitū, & p̄iuationē: quę est suprema cōtrarietatum. Nam inter oēs species, siue substantię, siue accidentiū, vna excedit aliam, sicut numerus, numerum. Quo circa illa quę est inferior, est sicut p̄iuatio superioris, vt frigus virtualiter est p̄iuatio caloris: nigredo p̄iuatio albedinis. Et ita in reliquis. ¶ Tertia ratio est. Frustra fit per plura quod pōt fieri per pauciora: sed per finita p̄incipia pōssunt fieri oēs generationes: ergo superflue ponunt infinita. Unde melius (inquit) posuit Empedocles finita p̄incipia, quā Anaxagoras infinita. Maior est verissima, p̄pterea q̄ natura (quę ordinatissima est) nihil agit sine necessitate, alias ageret frustra: & ideo cū p̄incipia ordinent ad cōpositū, nō multiplicat plura p̄incipia q̄ sint necessaria ad generationem rei. Veluti ars, quę naturę est imitatrix, non vtitur pluribus instrumentis aut medijs quā sint ad finē necessaria. Medicus. n. nō operaret ex arte, si plura adhiberet remedia, quā quę sunt ad sanitatē necessaria. Minorē vero probat, q̄ Empedocles p̄incipijs finitis designat oēs generationes, melius quā Anaxagoras infinitis. ¶ Quarta & postrema ratio est. Prima p̄incipia sunt certa & determinata: ergo non sunt infinita: q̄ infinitū idem est qō indeterminatū. Probatur añs. Ex cōtrarijs p̄incipijs alia sunt p̄iora alia q̄ posteriora, quę fiunt ex p̄rioribus, & ex alterutris. vt qualitates secūdę puta, albedo & nigrū, dulce & amarū, fiunt ex actione & tēperamento primarū quatuor qualitatū: & rursus ex albedine & nigredine cōmixtis fiunt colores mediī: et ex amaritudine & dulcedie cōmixtis, fiūt medij sapores: sed p̄incipia debent manere formaliter in cōposito: ergo ista cōtraria secunda, cū non maneant formaliter in qualitatibus medijs, nō p̄prie habent rationē primorū p̄incipiorū: & per q̄s non omnia p̄incipia cōtraria sunt p̄ima p̄incipia: sed illa certa & determinata ex quibus alia p̄ducunt: atq; adeo nō sunt infinita p̄ima p̄incipia. ¶ Q̄d si quęras quomodo hic dicit cōtraria p̄incipia fieri ex alterutris, cū superius in diffinitiōe cōtrariorū id negauerit: facilis est p̄ima frōte respōsio, vti iam semel dictū est, q̄ supra loquebat de contrarijs in abstracto, & manifestū est q̄ albedo nō fit ex nigredine: hic vero loquit de subiecto q̄ successiue est sub diuersis cōtrarijs qualitatibus. Sed profecto expositio hęc nō plene vt satisfacere textui: nā hic vult ponere dr̄iam inter qualitates secūdas & p̄imas, & in hoc nulla est dr̄ia: q̄m pariter ex calido fit frigidū, & ecōuerso. Itē q̄ hic loquit de p̄incipijs, & p̄incipia formalia in genere qualitatis sunt accidētia ipa in abstracto. ¶ Aliter ergo dicendū est forte, hanc. s. esse dr̄iam inter p̄imas & scōas qualitates, q̄ p̄imę sunt causa secundarū, taliter vt formaliter maneāt in subiecto earū: fit. n. albedo ex temperamēto quatuor qualitatū manentiū formaliter in mixto: sed tm̄ q̄si ex mixtione cōtrariarū qualitatū secundarū fit qualitas media, nō manēt formaliter illę extremę. In rubore em̄ nec est formaliter albedo, nec formaliter nigredo: neq; in sapore medio est formaliter amaritudo aut formaliter dulcedo. Unde licet ista cōtraria fiant quodāmodo ex alterutris. i. colores mediī, qui extremis cōtrariant, fiant ex illorū mixtione (q̄ medij participant rōnem extremorū) nihilominus

1. Ratio.

2. Ratio.

Prima cōtraria.

3. Ratio.

4. Ratio.

Alterutris.

minus illi extremi non habent rationē principiorū: quia non manent formaliter in subiecto, medio colore colorato: sed quatuor primę qualitates, eo ꝙ formaliter manent in mixto, dicūtur prima principia secundarum qualitatum. ¶Qua ratione nō solum probat ꝙ prima principia sint determinata et non infinita, verum acute alludit ad principia substantialia: materia enim ⁊ forma, eo sunt principia cōpositi, quia manent illic formaliter. Est nanque artificium Arist. per accidentia quę sunt sensui prouia, occulte principia substantię patefacere.

Text. lij. Quoniam aūt finita: non facere duo tantum, habet quandam rationem, dubitabit enim aliquis, qualiter densitas raritatē facere apta natura sit, aut hæc dēsitatē. Similiter aūt, & alia quæcunq; contrarietas: non enim cōcordia, discordiā congregat, & facit aliquid ex ipsa: neq; discordia, ex illa: sed vtraque, alterum quiddam tertium. Quidam autē & plura recipiunt: ex quibus concinnant eorum quæ sunt, naturam.

¶In textu. 51. suppositō ꝙ principia nec sunt tantum vnum, nec rursus infinita: incipit probare ꝙ sunt tantum tria. Idcirco probat primo quod non sunt tantum duo, tribus rationibus: ⁊ postea ostendit non esse plura q̄ tria. ¶Prima ratio est hęc. Si tantum duo sunt principia, illa sunt contraria, vt probatum est: sed ex duobus principijs contrarijs nihil fieri potest: ergo non sunt tātū duo. ¶Probatur minor: quia illa tunc vel generāt vnū tertiū per hoc quod vnū transmutat aliud, vel p hoc qō operantur circa idem subiectum, vnde vnum expellit aliud: primus modus non est possibilis, ergo secūdus est verus: vnde sequitur tria esse principia. s. duo contraria ⁊ vnū subsm̄. Minorē probat Aris. qr non est intelligibile qualiter vnū cōtrariū transmutet aliud. i. qualiter densitas nata sit facere raritatē: aut raritas dēsitatē, aut qualiter discordia faciat concordiā: sed vtraq; operabitur circa vnum tertiū. Nō. n. calor potest facere frigus, aut pōt ex frigore facere calorē: sed ignis ex aqua frigida faciet calidā, expellendo frigus ⁊ introducendo calorē: ⁊ pariter forma ignis non faciet formā aquę, nec ex forma aquę faciet formā ignis: sed pulsa forma aquę a subiecto, ⁊ introducta forma ignis, faciet ex aqua ignem. ¶Colligitur ergo ꝙ in generatione nō sunt trēs duo principia, sed est subiectū manens sub vtraq; forma. Unde cōcludit ꝙ hac de causa quidā plura recipiunt ex quibus concinnant et conficiūt naturā rerū. Alludit ad Thaletē ⁊ alios antiquos, qui nō ponebant solū raritatē ⁊ densitatem, sed vnū tertiū subiectū. puta aquā vel aliquid aliud, ex quo per successionem raritatis ⁊ densitatis fierent omnia.

Text. lij. Ad hęc aūt, adhuc & hoc aliquis dubitauerit: nisi quis aliā supposuerit cōtrarijs naturā. Nullius enim videmus eorū quæ sunt, substantiæ, cōtraria. Principiū aūt, nō de subiecto oportet dici aliquo. Erit enim: principium, principij. subiectū enim principiū, & prius videtur esse, prædicato. ¶Amplius: non esse dicimus substātiā contrariā substātiæ. Quomodo igitur ex nō substātijs substantia vtiq; erit? aut quomō prius, non substātia q̄ substantia erit? Quocirca si quis & priorem veram putabit esse rationē: & hanc: necessariū est, si debet saluare vtraq; rationes subijcere quoddā tertiū: quēadmodū dicunt, vnā quādā naturā dicentes esse Vniuersum vt aquam, aut ignem, aut medium horum.

¶Subsequūtur in his duobus textibus secūda et tertia ratio: quę adeo sunt trūcatę ⁊ pressę, vt apud neminē eas interpretū plane quiverim intelligere. Narrabo prius literā vt iacet: moxq; eā sub forma redigā. Sit ergo, ꝙ nisi tertiū principiū pręter duo cōtraria adhibeatur, dubitabit aliquis hoc mō. (Nullius substātię, eorum que sunt aliquid est contrarium) i. substantię nihil est contrariū: sed cōtrarietas propie est in qualitatibus. (¶Principiū aūt non de subiecto oportet dici aliquo) id est, principium non potest esse accidēs, quod subiecto inest, alias principij esset pri⁹ principiū: (nā substm̄ pri⁹ est prędicato) id est, substantia prior est accidente, ⁊ principium eius (supple) ¶Quomodo ergo principia substantię erunt contraria, quod superiori cap. determinatum est? ¶Amplius (est. n. ratio secunda q̄ fere est eadē, substātię nō contrariatur substantia: at vero ex non substantijs. i. accidentibus quomodo substantia erit? id est, nullo modo (aut quomō nō substantia. i. accidens erit prius q̄ substantia) quod tū esset necessariū si accidēs esset principiū substātię. ¶Quasi dicat nullo mō. Si ergo substantię nihil est propie cōtrariū: ⁊ accidens non pōt esse principium, quomō verum habet, ꝙ principia substantię debent esse contraria? ¶Subiungit in tex. 35. solutionē dicēs. (Quocirca si quis ⁊ priorē veram putabit rōnē) illā. s. qua probatum est principia esse cōtraria, ⁊ hāc ite: qua probatur oppositū. s. principia non esse contraria, necessariū est subijcere tertium esse aliquod principium. ¶Quomodo autē hoc sequatur apparere nō potest, nisi alia conclusio supleatur. Disponatur ergo totus syllogismus sub hac forma. ¶Principia rerum naturalium sunt aliquo modo contraria, vt superiori cap. dictum est: ⁊ non sunt propie ⁊ per se cōtraria: quia talia principia non possunt esse accidentia in quibus propie est contrarietas, sed sunt partes substantię quibus nihil propie est contrarium: ergo necesse est vt sint contraria eo modo quo habitus et priuatio dicuntur contraria (et ita est in rei veritate) priuatio autem ⁊ habitus sunt circa aliquod determinatum subiectum, sicuti visus ⁊ cęcitas circa oculum: ergo pręter principia cōtraria, quę sunt forma ⁊ priuatio, necesse est ponere tertiū principiū: puta subiectum vtriusque, quod est materia. Unde ingeniose Aristoteles cum hactenus probabiliter disputauerit de principijs: inde iam nunc concludit veritatem. Unde non citat antiquos vt in integrum eos approbet (ponebant enim principia rerum naturalium esse accidentia) sed in hoc tantum eos laudat quod posuerūt vnū substm̄ contrarietatis:

rietatis,puta aquam aut aliud huiusmodi. Quapropter in textu statim.54.

Textus. liiij. Videtur autem:medium magis. ignis enim, & terra,& aer,& aqua:contrarietatibus connexa sunt.Ideo non irrationabiliter faciunt: subiectum,alterum ex his, facientes:aliorum autē: quidam,aerem.Aer enim: minimè aliorum, habet differentias sensibiles. consequens autem est,aqua.

¶Magis commendat eorum sententiam,qui ponebant illud subiectum esse quoddam medium inter elementa,scilicet inter ignem ⁊ aerem,aut inter aerem ⁊ aquā,ꝙ opinionē aliorum qui ponebant aliquod purum elementum esse subiectum. Enimuero subiectum contrariorū debet esse nudum ab vtroq; cōtrario, vt ambo vicissim possit recipere: ignis vero ⁊ aqua suapte natura habēt qualitates contrarias ⁊ pariter aer ⁊ terra.Est enim ignis calidus ⁊ siccus,aqua vero frigida ⁊ humida: sed aer est calidus ⁊ humidus,⁊ terra frigida ⁊ sicca:vnde nullum eorum est subiectū aptū vt maneat sub vtroq; extremo contrarietatis:qz aqua conseruatur frigore ⁊ corrumpitur calore:ignis vero econuerso. Quare melius ponetur vnū subiectum mediū. Quemadmodum materia est vnum medium quod potest esse ⁊ sub quacunq; forma,⁊ sub cōtraria priuatione illius.Inter eos tamen,qui posuerunt purum elementum esse subiectū, melius dixerūt qui posuerunt aerem, q̄ illi qui posuerunt aquam: nā principium habet rationē insensibilis, ⁊ aer est inter elementa magis insensibilis. Unde insinuat, ꝙ qui dixerunt esse ignem, pessime omnium opinati sunt:hac saltem de causa,ꝙ ignis habet contrarietatem maxime sensibilem ad omnia alia: licet propter eius subtilitatem et actiuitatem, melius forsan senserunt.

Textus. lv. Sed omnes:vnum hoc contrarijs figurāt, vt densitate & raritate,& eo ꝙ magis & minùs. Hæc autem:omninò sunt superabundantia vi delicet & defectus,sicut dictum est priùs. Et videtur antiqua esse etiam hæc opinio: ꝙ vnum, & superabūdantia,& defectus,principia entiū sint.verū non eodē modo.sed antiqui, duo qui dem,agere:vnum autem, pati . Posteriorū aūt quidam,è contrario:vnum quidem agere, duo autem pati,dicunt magis.

¶In tex.55.repetit antiquorum opiniones, videlicet,ꝙ omnes saltē posuerunt vnū subiectum ⁊ duo contraria:in hoc omnes concordes ꝙ principia rerum se haberent per modum defectus ⁊ excessus. Nam dicebant densitatem ⁊ raritatem esse rerum principia:⁊ raritas dicit excessum ⁊ magnitudinē quantitatis,defectum vero materię: densitas vero econuerso dicit excessum materię ⁊ defectum quātitatis.Cum enim aqua rarefit, eandem materiam continet sub maiori quantitate : et cum condensatur, eandem continet sub minori. ¶Subdit autem ꝙ hęc opinio antiqua fuit:differens tamen a posteriorum opinione.Antiquā vocat opinionem Thaleris ⁊ aliorum:posteriorem vero,opinionem Platonis.Inter quos vt text.32.dictum est, hoc modo differebat,ꝙ antiqui ponebant vnum principium materiale, ⁊ duo contraria quodammodo actiua.. Platonici vero econuerso dicebāt magnum ⁊ paruum esse conditiones materiales, vt patet in individuis eiusdē speciei,quę differunt magno ⁊ paruo solum ex parte materię. Principium autem actiuum esse vnam primam causam: ⁊ formale ideā cuiusque speciei.

Tria igitur dicere elementa esse: & ex his, & ex huiusmodi alijs, considerantibus videbitur vtique habere quandam rationem, sicut prædiximus.plura autem tribus:non amplius. adpatiendum enim:sufficiens est vnum.Si autem quatuor existentibus, duæ erunt contrarietates:oportebit seorsum ab vtraque,esse alteram quandam naturam mediam.Si autem ex se inuicem possint generare:ociosa vtiq; altera contrarietatum erit. ¶Simul autem & impossibile est,plures esse contrarietates primas.Substātia enim:vnum quoddam genus est entis. quare eo ꝙ prius & posterius differūt solùm abinuicem principia:sed non genere. semper enim in vno genere : cōtrarietas vna est. omnes autē contrarietates:reduci videntur ad vnā.¶Quòd igitur neq; vnū sit elementū , neq; plura duobus vel tribus:manifestum est. Horum autem, vtrum:quemadmodum diximus, dubitationē habent multam. Textus. lvj.

¶Prima conclusione probabiliter disputata,videlicet,principia esse plura q̄ duo:probat secundam, nempe ꝙ non sunt plura q̄ tria. Id autem probat duabus rationibus. Resumit vero prius conclusionem superiorem,scilicet ex dictis patet tria ad minus esse principia rerum naturalium (quę est prima exponens illius exclusiuę, tantum sunt tria.) Quod vero non sunt plura q̄ tria (quę est secunda exponens)probatur primo ratione. Si essent plura q̄z tria,necesse esset vt essent duę contrarietates ⁊ duo paria contrariorum:nam pro vna contrarietate sufficit vnum subiectum. Si autem essent duo paria contrariorum : ad minus deberent esse sex principia:quoniam pro vtralibet contrarietate oporteret ponere suum subiectum. Sed non est necesse ponere duas contrarietates:quia vna sufficit circa vnum subiectū, et frustra fit per plura quod potest fieri per paucioza: ergo non opus est ponere plura q̄z tria. Quod autem duo contraria cum suo subiecto sufficiant,amplius.q.6.manifestum fecimus.¶Secunda ratio qua prima euidentius elucidatur,est hęc. Prima principia sunt prima contraria:sed prima contraria in vno genere non possunt esse nisi duo : ergo in genere substantię (quod est vnum genus)tantum est vnum par contrariorum cum suo subiecto.Probatur minor. Contrarietates eiusdem generis nō differunt genere, sed solum tanq̄z prius ⁊ posterius: sed ea quę differūt tanquā prius ⁊ posterius in eodē genere omnia reducuntur ad vnum primum,ergo. Hanc rationem expositam supra fecimus text.50.oēs. n. contrarietates substantię ⁊ cuiusq; alterius reducuntur ad hanc primā, q̄ est habitus ⁊ dispositio. ¶Attamen dubiū nihilominus restat,ꝙ quāuis in genere substantię sit vna prima cōtrarietas ,⁊ per consequēs duo prima principia contraria, nondum probatum est,esse simpliciter vnam primam contrarietatem, ad quā reducuntur oēs,tam substantiarum q̄ accidentiū. Quod tū probare oportuisset: nam prima

princi-

principia rerum naturalium debent in vniuerſum eſſe principia rerum omnium generabilium, tam ſubſtantiarum ꝙ accidentium. ¶Reſpondetur, vt ait Commentator, ꝙ cum ſubſtantia ſit primū prędicamentū ad quod alia reducuntur, quia accidentia non ſunt niſi ſubſtantię entia, manifeſtum eſt ꝙ prima contrarietas ſubſtantię eſt ſimpliciter prima ad quam oēs alię reducuntur. Quo demum fit vt omnia principia ſubſtantię ſint oīm accidentiū principia: vt enim agens generans ſubſtantiam ſimul congenerat omnia accidentia: ita principia intrinſeca ſubſtantię ſunt principia a quibus omnia accidentia pendent, a quibuſcū oīa eſſe recipiunt.

Concluſio. Unde in tex. 57. infert Ariſt. cōcluſionem intentā, ꝙ videlicet principia nec ſunt tm̄ vnum, nec plura duobus vel trib⁹. Infert ſub diſiūctione, eo ꝙ hucuſq; ſolum diſputatiue proceſſerit, ⁊ in ſequenti capit. ſit exactam veritatem oſtenſurus. Idcirco ſub iunxit (vtrum autem eorum ſit verum) duo nec ſint videlicet, an tria (dubitationis habet multum) id eſt, etiam nunc reſtat ſpeculandum. ¶Sequitur ſtatim caput ſeptimum.

QVOD PRINCIPIA, RE duo, ratione verò ſint tria. CAP. VII.

SIC igitur nos dicamus primū: de omni generatione aggrediēs. Eſt enim ſecundum naturam, communia primum dicentes: ſic circa vnumquodque propria ſpeculari.

¶Poſtꝙ ſuperiori capite ex probabilibus diſputauit tria eſſe tātum principia, in hoc ſeptimo, quod in tredecim textus ſecatur, definit ex propriis veritatem. Diuiditur tamen capitulum in duo. In ſeptem namq; prioribus textibus oſtendit in omni tranſmutatione tria inueniri: duo videlicet contraria, ⁊ vnū ſubiectū: ⁊ in ſex poſterioribus exponit concluſionem intētam principaliter in hoc libro, videlicet, principia eſſe re duo, rōne vero tria. Sed in hoc tamen primo fragmento ſuperioris textus proponit modū procedendi, dicens, ꝙ primum in genere, dicendum eſt de omni factione, ſiue ſit generatio, qua fit noua ſubſtantia, ſiue ſit alteratio, qua aliquid fit alterum, puta album aut muſicum. ⁊c. Nam prius (inquit) ordine naturę dicenda ſunt communia puta illa quę conueniunt omni gñi motus: deinde deſcendendū eſt ad ea quę ſunt generationi propria. Eſt enim ingenium Ariſt. (qō nunꝙ tibimente decidat) per alterationem accidentalē, ⁊ preſertim per artificialia, quę ſunt ſenſui manifeſta, occultam generationis naturā propalare. Uſq; ad text. 69. vbi materiam primā generationis ſubſtantię docet per analogiam ad materiam artificialium eſſe cognoſcendā. Caput hoc totum aureū eſt quippe quod, ⁊ veram philoſophiam, ⁊ phyſicū loquendi modum aperit.

Tex. lviij. Dicimus enim fieri ex alio aliud, & ex altero alterum: aut ſimplicia dicentes, aut compoſita. dico autem hoc ſic. eſt enim: fieri hominē muſicum, eſt aūt & non muſicum quippiam, fieri muſicum: aut non muſicum hominem, hominem muſicū. Simplex igitur dico quod factū eſt: hominē & non muſicū, & quod fit ſimplex muſicum. compoſitū aūt, & quod fit, & quod factum eſt: cum non muſicum hominem, dicimus fieri muſicum hominem. ¶Horum autem: hoc quidem nō ſolùm dicitur hoc aliquid fieri, ſed etiam ex hoc, vt ex non muſico, muſicus. Hoc autem: non dicitur in omnibus, non enim ex homine factus eſt muſicus: ſed homo factus eſt muſicus.

¶Proponit ergo primo in hoc text. 58. ꝙ tā aliud fieri ex alio (quod eſt ſubſtantiā fieri ex ſubſtantia, vt aquā ex aere) ꝙ alterum fieri ex altero (quod eſt tale fieri ex non tali, vt album ex nigro) vtrūq; contingit duobus modis. ſ. ⁊ in ſimplicibus ⁊ in cōpoſitis. Simplex fieri ex ſimplici, eſt qñ vtrūq; extremum eſt ſimplex. ſ. id quod fit ⁊ id ex quo fit. Ut ſi dicas, homo fit muſicus, aut ex non muſico fit muſicum. Compoſitum autem fit ex cōpoſito, qñ vtrūq; extremum continet ſimul ſubiectū ⁊ formā aut prīuationem. Ut ſi dicas, non muſicus hō fit muſicus homo, aut ex homine nō muſico fit homo muſicus. Et hoc eſt qō ait (Simplex igitur dico qō factū eſt) id eſt terminū ſimplicem a quo, vt hō, in prima locutione, ⁊ non muſicum, in ſecunda: item terminū ſimplicem ad quem, vt muſicum, in vtrūq;. Similiter cōpoſitum dicitur vtrūq;. ſ. ⁊ quod fit, puta terminus cōpoſitus ad quem, vt hō muſicus in tertia locutione: ⁊ quod factū eſt. i. terminus cōpoſitus a quo, vt non muſicus hō. ¶Subiungit differentiam quantū ad modū loquēdi, ꝙ in ſimplicibus qñ terminus a quo exprimitur per tm̄ infinitū, aut prīnatiuū, poſſumus illum explicare ⁊ per caſum nominatiui ⁊ per caſum ablatiui. Dicimus eīm ⁊ non muſicū fit muſicum, ⁊ ex non muſico fit muſicum. Qñ vero talis tm̄ us a quo exprimitur per ſubiectū formę enunciamus illū per nominatiuū, non autē per ablatiuum. Non enim dicimus, ex hoīe fit muſicum, ſed homo fit muſicus.

Eorum autē quæ vt ſimplicia dicimus fieri, aliud quidem permanens ſit aliud vero, nō per manēs. Homo enim, per manet factus muſicus homo: non muſicum autem & immuſicū, neq; ſimplex, neque compoſitum permanet. Tex. lix.

¶Secudā differentiā ponit quātum ad rem, inter terminos a quibus, tam in ſimplicibus, ꝙ in cōpoſitis, ꝙ qñ ſubiectū ponitur, ꝙ termino a quo, illud quidē manet ſub termino ad quem, cū eīm dicim⁹, hō fit muſicus, hō quidem manet factus muſicus. Sed qñ pro termino a quo ponitur contrariū termini ad quē, vt cū dicimus non muſicū fit muſicū, aut ex immuſico fit muſicū: immuſicū non manet factum muſicū. Et pariter in cōpoſitis, cū dicimus, ex nō muſico hoie fit muſicus hō, homo quidē manet, ſed non muſicum, non manet.

Determinatis aūt his, ex omnibus quæ fiūt, hoc licet accipere ſi aliquis inſpexerit ſicut dicimus: ꝙ oportet ſemper aliquid ſubijci quod fit: & hoc, & ſi numero eſt vnum: at ſpecie quidē non vnum. ſpecie enim dico & ratione: idem. non enim idem eſt homini & immuſico, eſſe. Tex. lx.

¶Et illud quidem, permanet, hoc vero, non permanet. Etenim non oppoſitum permanet. homo enim, permanet. muſicum autem & immuſicum: non permanet, neq; ex ambobus cōpoſitum, vt immuſicus homo.

¶Subsequenter in hoc text. sexagesimo supponit duo: quę quisq; (inquit) ex dictis colligere potest. Primum suppositum est, q; in omnibus quę fiunt siue fiat simpliciter substantia, siue secūdum quid, vt album, supponitur vnum subietum, quid successiue est sub vtroq; extremo contrarietatis. Alterum suppositum est q; illud subiectum, licet realiter sit vnū numero, est tñ duo specie. Et exponit se, q; duo specie intelligit ea quę sola ratiōe sunt duo. vt cum homo fit musicus, terminum ad quem, puta musicum, precessit homo qui est substām, & immusicum quę est priuatio subsequentis formę & termi nus a quo. Homo ergo & immusicum, vnū sunt: sed ratione differunt: alia namq; est ratio hominis, scilicet animal rationale, et alia ratio immusici: quę est priuatio musici in subiecto apto.

¶Probat autem primo secundum suppositum. s. q; differant ratione, duabus rōnibus. Prima est hęc. Illa differunt ratione, quorū vnum manet altero non manente: sed qñ homo immusicus fit musicus, permanet homo, & nō permanet immusicum: ergo homo & immusicum, differunt ratione. Secunda ratio est in textu sequenti.

Tex. lxj. Sed ex aliquo fieri aliquid, & non hoc fieri: magis quidem dicitur in non permanentibus. vt ex immusico: musicum fieri: ex homine aūt non. At vero: & in permanentibus, aliquando dicitur similiter. ex ęre enim, statuā dicimus fieri: non æs, statuam. Hoc tamen: ex opposito & non permanente: vtroq; modo dicit. & ex hoc, hoc: & hoc hoc: namq; ex immusico, & immusicus: fit musicus. Quocirca: & in composito similiter. etenim ex immusico homine, & immusicus homo. fieri dicitur musicus.

¶Probat secundo substām & priuationem ratione differre hoc syllogismo. Illa de quibus diuersimode in generatione loquendum est, ratione differūt (nam cum voces sint signa cōceptuum, signum est q; habent diuersos conceptus) sed aliter in generatione loquimur de subiecto, & aliter de priuatione: ergo. Probatur minor: quia priuatio exprimit per casum ablatiui: subiectū vero, non ităē: dicimus enim ex immusico fit musicum, non tamen dicim⁹, ex homine fit musicum, sed homo fit musicus. Addit vero q; nonnunq; in artificialibus id dicimus, vt ex ęre fit statua, melius dicimus, q; ęs fit statua. Hoc tamen nō est vt nomine ęris designemus subiectum, sed priuationem formę statuę: ac si diceremus, ex ęre informi fit statua. Attamen in non permanentibus, scilicet in priuatione, vtroq; modo loquimur, videlicet ex immusico fit musicum, & immusicum fit musicum. Quapropter et in compositis vtraq; etiam admittitur oratio ratione priuationis adiunctę, scilicet ex non musico homine fit musicus homo: et non musicus homo fit musicus homo.

Text. lxij. Quicquid fit ex supposito fit subiecto. Multipliciter autē cum dicatur fieri & horū quidem non simpliciter fieri, sed hoc aliquid fieri, simpliciter autem fieri substantiarum solum sit: MANIFESTVM est, quòd secūdum alia quidē necesse est subijci aliquid quod fit. Etenim quantum, & quale, & ad alterum, & quando, & vbi fiūt subiecto aliquo, propterea quòd sola substantia de nullo alio dicitur subiecto, sed alia omnia de substantia. Quod autem substantia, & quæcunque alia simpliciter entia ex subiecto quodam fiant, consideranti fiet vtique manifestū. semper enim est aliquid, quod subijcitur: ex quo fit, quod fit: vt plantæ, & animalia: ex semine.

¶Reuertitur Arist. in hoc text. 62. ad probandum primum suppositū, videlicet in omni factione supponi vnum subiectū. Hoc aūt ratione probare non pertinet ad physicum, sed. 7. meta. text. 22. id probat ea rōne quā nos. q. 6. adducimus: hic autem sola id inductione manifestat. Fit ergo q; cum fieri multipliciter dicatur id solum simpliciter dr fieri quod fit hoc aliquid. i. prima substantia in recta linea vt hō ignis. Cętera vero nō non fiunt simpliciter: sed secundū quid, cum. n. aqua calefit nihil fit simpliciter, sed fit calidū. Hinc iam notare incipe q; id qō fit simpliciter nō est forma nec substantialis nec accidentalis: sed cōpositū qō in subsequentibus palā fiet. Qō aūt in factione secundū quid, puta accidentale pręsupponatur subiectū, probat: nam sola substantia est quę non est in subiecto, reliqua vero omnia predicamenta dicuntur de substantia, & ideo cū aliquid fit maius per augmentationē aut albū per alterationē, aut simile per relationem aut mutat tēpus, aut locū, aut situm, aut habitum pręsupponitur subiectum, puta substātia quę has patitur mutationes. Quod aūt substantia, aut quę cunq; alia artificialia cū fiunt pręsuppouat subiectū manifestū est: quia plante & animalia ex semine fiunt. Non intelligas semen: sed materiam seminis fieri materiam animalis.

Tex. lxiij. Fiunt autem, quæ fiunt simpliciter: alia quidem tranfiguratione, vt statua, ex ære. Alia verò, appositione: vt quæ augmentantur. Alia vero, subtractione: vt ex lapide, Mercurius. Compositione autem alia: vt domus. Alia vero alteratione: vt quæ vertuntur secundum materiā. omnia autem quæ sic fiunt: manifestum est q; ex subiectis fiunt.

¶Prosequitur Aristo. inductionem in artificialibus: quę appellat simpliciter entia, nō q; simplicit fiant vt substantia (siquidem eorū forme accidentia sunt) sed quia formę artificialium sunt quędam dispōnes quę non veniunt ab extrinseco, sicut calor & alię qualitates: sed aliter sunt quodammodo dispositiones circa eorū substantiā, & ideo secundū antiquos dicebant simpliciter entia, lignum essi sic figuratū est Mercurius & aliter formatum est Jupiter. Redigit autē artificialia ad quinque gña. Alia enim fiunt trāsfiguratione substantię vt fusilia, vt cum ęs fusum fit aut cāpana, aut statua, aut cū virgula aurea fit annulus. Alia vero fiunt appositione, vt cū plāta, aut animal augetur per appositionem noui alimenti. Tametsi hoc exemplum ad naturalia pertineat. Fortassis Arist. alluſit ad cōglutinationē plurium metallorū, quę latine dr ferruminatio: vel sicut appositione aquę ad farinam fit massa per artē. Qñ non legendū est, augmentatur, sed augmentant. i. agglutinātur. Alia fiunt subtractione vt arte sculptoria ex lapide aut ligno subtractione fit imago. Alia fiunt simplici cōpositione sine aliqua alteratione, vt domus fit ex lapidibus & lignis. Alia denicq; fiunt per alterationē vt ex massa per decoctionem fit panis & ex luto lateres & vtcei. Hec omnia inquit manifestum est ex pręsuppositis subiectis fieri.

Quare

Textus. lxiiij.

Quare manifeſtū eſt ex dictis, ꝙ oē quod fit, ſemper compoſitum eſt, & eſt quidē aliquid quod fit: eſt autē aliquid, quod hoc fit. & hoc: duplex eſt. aut eñ ſubiectū, aut oppoſitum. Dico aūt oppoſitum eſſe, immuſicum: eſſe aūt ſubiectum, hominem: & infigurationem quidem, & informitatem vel inordinationem, oppoſitum: æs autem, vel lapidem, vel aurum, ſubiectum.

¶Concludit demū in hoc tex. 64. ex his quę dicta ſunt manifeſtū eſſe, ꝙ id qō fit ſemper eſt cōpoſitū: nō. n. vt iā mō dicebam⁹ fit forma ſubſtātialis aut accidentalis. ſed fit hō aut fit hō albus in quo quidē cōpoſito eſt aliquid quod fit tanquā terminus quo, ipſius factionis q̄ eſt forma ⁊ aliquid qō. Et hoc eſt duplex. ſ. ⁊ ſubſtūm ⁊ oppoſitū formę, cū eñ fit muſicū, vbi poſſumus ꝙ hō fit muſicus ⁊ ꝙ immuſicū fit muſicū. Et ꝓportionabiliter in alijs factionis, infiguratū es fit figuratū, ⁊ informe fit formatū, ⁊ inordinati lapides fiūt domus. ¶Ex hoc colligitur illa prima ꝓpoſitio quā in principio capituli diximus eſſe intētā in his ſeptē textibus, videlicet ꝙ in quacunq; factione ſunt tria principia: puta duo contraria ⁊ vnum ſubiectum.

Textus. lxv.

Manifeſtū igitur, ꝙ ſiquidē ſunt cauſæ & principia eorū quę natura ſunt, ex quibus primis ſunt, & facta ſunt, nō ſecūdū accidēs, ſed vnūquodq; quod dr̄ ſecūdū ſubſtantiā, oē & ex ſubiecto & forma fit, cōponitur. n. muſicus hō, ex homine & muſico quodāmō, reſolues enim rōnes in rōnes eorū. manifeſtū igitur eſt: ꝙ quæ fiunt, fient ex his.

¶Cōſtituta iā prius hac cōcluſione ꝙ in oī factiōe ſunt illa tria: pergit Ariſ. ꝓpriā exponere ſententiā de principijs rerū naturalium: ⁊ in hoc textu ꝓbat eſſe duo tm̄ principia per ſe, ⁊ in ſequēti vnū p̄terea eſſe p accidēs. ¶Primū ꝓbat hoc ſyllogiſmo. Ea ex quibus p ſe cōpoſitū fit ⁊ factū, eſt ſunt eius p ſe principia: ſed duo tantū vtpote materia ⁊ forma ſunt ex quib⁹ p ſe cōpoſitū fit ⁊ factū eſt: ergo hęc duo tm̄ ſunt p ſe principia. Maior relinquitur tanquā manifeſta ex ſignificatione huius noīs per ſe principiū. Minorē vero ꝓbat hoc mō. Ea in quę primo reſoluit cōpoſitū, ſunt pariter ex quibus p ſe cōponitur (nā vnūquodq; reſoluit in ea ex quib⁹ cōponit:) ſed hō muſicus (qui fit p alterationē) reſoluitur quodāmō in hoiem ⁊ muſicū: qui eñ diffiniret hoiē muſicū, deberet dicere ꝙ eſt animal rōnale muſicę peritū: ⁊ eadē rōne qui hominē phyſice diffiniret, diceret eſſe animal ex materia ⁊ aīa rōnali cōpoſitū. Eſt tñ adnotandū ꝙ materia ⁊ forma nō ſolū ſunt p ſe principia cōpoſiti in facto eſſe, ſed etiā in fieri: etenim vt illa ſola manēt in cōpoſito, ita ⁊ illa ſola per ſe cōcurrūt ad generationē. Idcirco enim dixit, ex quib⁹ ſunt ⁊ facta ſunt. ¶Priuatio autē non eſt principiū compoſiti in facto eſſe. An vero ſit principiū vt per ſe ad generationem. q. 5. examinatur.

Eſt aūt ſubiectū: numero quidē vnū, ſpē vero duo. hō. n. & aurū & oīno materia: nūerabilis. nā hoc aliquid magis: & qđ fit nō ſcđm accidens, ex ipſo fit. Priuatio aūt & cōtrarietas, accidēs. Vnū autem, ſpēs: vt ordinatio, aut muſica aut aliorum aliquid ſic prædicantium.

Textus. lxvj.

¶Tertiū addit p̄terea principiū ꝙ accidēs, dicēs ꝙ ſubſtūm ⁊ materia, licet ſit vnū numero, tamē ſpē (.i. rōne vt ſe ſupra expoſuit) eſt duo. ¶Perſiſtit in exēplis accidentaliū ⁊ artificialiū factionū. hō eñ (inquit) cū fit muſicus, aut aurū cū fit annul⁹, ⁊ ea dē rōne prima materia numerabilis eſt. i. ponēs in numero cū forma: vtpote a qua realiter diſtinguit. Immuſicū vero aut priuatio formę annuli, q̄ cōtrariatur formę q̄ gignitur, ⁊ eſt terminus a quo illi⁹, eſt accidēs ipſius ſubiecti: accidit nanq; homini eſſe priuatū muſica ⁊ auro eſſe informe. Et pariter priuatio eſt accidens materię non numerabile: q; nō diſtinguitur ab illa numero: ſed ſola rōne. ¶Verba illa, Materia eſt hoc aliquid magis, nōnihil habet momēti ad ꝓbandum materiam principium eſſe indiuiduationis. Enimuero vt cōditio ſingularis huius ſeminis eſt cauſa vt hęc forma numero educat̄ de eius potentia: ita conditiones ſingulares materię ſunt cauſa indiuiduationis formę. Sz de hoc alias. Et hoc mō ſubiectum eſt ratione duo. Et cum ſpecies quę generatur, vt ordinatio lapidū, cum fit domus, aut muſica, cū fit hō muſicus, ſit p̄terea vnū principiū, colligitur eſſe tria principia. Et eadē rōne in generatione ſubſtantiali ignis ex aqua, concurrunt duo principia p ſe, puta materia ⁊ forma ignis: ⁊ vnū per accidēs. vt priuatio formę ignis quę in materia p̄ceſſerat aquę. Hinc ſequitur ꝙ priuatio non eſt principiū in facto eſſe, ſed ſolum in fieri, puta in generatiōe. Dubium hic reſtat, quod videtur Ariſt. ſibi ipſe aduerſus: quippe qui tex. 43. viſus eſt ſentire vnūquodque per ſe fieri ex ſuo contrario. vt album ex p accidens fit ex muſico: ex per ſe autem ex nigro aut medio colore colorato: hic autem ait priuationem eſſe principium per accidens. Huic tamen quęſtioni. 6. reſpondimus.

Materia.

Priuatio non ponit numero.

Quo circa eſt quidē vt duo dicenda ſint principia: eſt aūt, vt tria. & eſt quidem, vt contraria. vt ſi aliquis dicat muſicum & immuſicū, aut calidum & frigidū, aut congruens & incongruens. Eſt autem: vt non. A ſe inuicem enim cōtraria pati, impoſsibile. Soluitur aūt & hoc: propterea ꝙ aliud eſt ſubiectū. hoc enim non eſt contrarium. Quare, neque plura cōtrarijs principia quodāmodo: ſed duo (vt ſi dicam) numero. Neque iterum penitus duo, propterea quòd alterum eſt eſſe ipſis: ſed tria. Alterum enim eſt homini, & non muſico eſſe: & infigurato, & æri.

Textus. lxvij.

¶Infert tandē Arist. cōclusionē principaliter intentā in hoc lib. de qua sextā nos conclusionē monimus. Et qz duo de principijs hactenus disputauerat: primū ō qualitate, an essent cōtraria, t secū dū de numero, vtriusq; cōclusio est hęc. ¶Principia rerū naturaliū sunt quodā mō duo, t quodā modo tria: quodā modo contraria, quodā modo vero nō. ¶Probat primo secundā partē exēplo. Ait em q ex tribus principijs duo sunt quodā modo inuicē cōtraria, eo q non sunt simul in eodem subiecto, sed ad productionem vnius expellitur aliud, ad modū cōtrariorū. Qō aūt quodā mō non sunt contraria, aliqui exponūt hoc mō, q forma ipsa t priuatio nō sunt simpliciter contrarię, cum sint priuatiue opposita: sed arbitror nō hoc sentire hic Arist. nā textui sequenti id reseruat. Alij exponūt q non sunt simpliciter cōtraria, si cōsiderēt seorsum sine subiecto: qz non pñt se inuicē expellere nisi circa subiectū. Hoc aūt oībus cōtrarijs est cōe. Et ideo aliud speciale voluit hic dicere Arist. vez q ex trib⁹ principijs nō ōia interse sunt cōtraria, sed tm duo: tertiū vero, puta materia, neutri illorū cōtrariat: qz simul est cū priuatiōe prius, t postmodū cū forma. Et ideo infert q quodā mō principia non sunt plura cōtrarijs. Alius textus habet contrariorū. Sed mendum est, nisi legatur, numero contrariorū. Est enim sensus q principia quodā mō non sunt plura q̄ contraria quę sunt duo numero, puta forma t priuatio: nam priuatio est idem realiter cum materia. Sed nihilomin⁹ (inquit) penitus nō sunt duo: sed quodam modo tria: propterea q materia t priuatio, vt dictū est, ratione differunt. Alia enim est ratio hominis t alia musici.

Conclusio principalis ō numero principiorū.

Textus. lxviij.

Quot igitur principia sint, rerū naturaliū quæ circa generationē, & quomodo tot dictum est. Et manifestum est, q oportet subijci aliquid contrarijs, & cōtraria duo esse, quodā aūt mō alio: non necessarium est. Sufficiens enim erit, alterum cōtrariorum: absentia & præsentia facere mutationem.

¶Repetit quę dixerat vt perspicacioza faciat. Ait nāq; quot principia sunt rerū naturaliū, quę circa gñationē sunt, t quomō sint tot satis esse dictū. Addit vero, naturaliū, q̄ sunt circa generationē, vt excludat coelestes orbes: qui cū sint entia naturalia, nō tn habēt tria principia. Mā vel nō habēt materiā t formā distinctā, sz sunt simplex ens. vt aliqui credūt eē opinionē Arist. vel (qō veri⁹ est) materia coeli ita est formę coęua, vt nō habeat priuationē adiūctā: qz nō est in potētia ad aliā formā. Quare coeli nō fuerūt geniti ex priuatione p̄cedēte in materia. ¶Subdit vero ¶Phi. q licet quodā mō vt dictū t principia cōtraria cōcurrāt ad generationē: quodā tamē alio mō nō est necessariū. Qō adiecit ad maiorē expositionē illius qō dixerat priuationē esse principiū per accidēs: nā priuatio nō dr principiū, qz sit quid positiuū, aut cōcurrēs ad gñationem, aut intrās cōpositionē rei: sz ad hunc sensum q forma q̄ fit p̄sens per generationem requiritur vt antea fuerit absens: nam fieri est esse acquirere post non esse: t illa absentia dicitur priuatio. Quocirca quinto lib. tex. 7. ait q motus est ab aliquo affirmato ad aliud affirmatum. vt ab albo in nigrū: quia motus dicit successionem a priori ad posterius: generatio vero est mutatio a negato ad affirmatum, scilicet a nō esse ad esse: sed corruptio econuerso ab affirmato ad negatum: puta ab esse ad non esse.

¶Priuatio.

Subiecta aūt natura scibilis est secūdum analogiam. vt enim ad statuā æs, aut ad lectū lignū, aut ad aliud aliquid habentium formam, materia & informe se habet priusquàm accipiat formā, sic hæc ad substantiam & hoc aliquid, & quod est, se habet. Vnum igitur principiū hæc: non sic vnum existens, neq; sic ens, vt hoc aliquid. Vnū autem: secūdum q ratio. amplius autem contrariū huic, priuatio. Hęc autē quomō duo: & quomodo plura: dictum est in præcedentibus.

Textus. lxix. Materia cog. per analogiam.

¶Hactenus de principijs substātię differēs Arist. exēplis potissimū vsus est artificialiū: q̄ nota sunt sensui: suspensumq; subinde habuit lectoris animū. Jam vero nūc mysteriū aperit, dicens q subiecta natura. i. materia prima, quę subijcitur generationi substantię, per analogiam cognoscibilis est. Ubi hoc est animaduertendum, q̄ siniſtre distorserint hanc autoritatem ex neotericis quidā. Citāt em hunc locum sub his verbis. Materia cognoscibilis est per analogiā ad formā. Cū tamē nec nomē, formā, sit apud Arist. nec analogia esse possit inter materiā t formā: neq; vllo mō p̄cedentibus aut subsequentibus verbis Arist. sensus iste cohęreat. Est ergo sensus planus, q materia prima substātię q̄ nobis est occulta, cognoscibilis est p analogiā. i. per similitudinē proportionis (hoc enim pollet analogia) ad materiā artificialiū, quę nobis est manifesta. vt enim cū ex ære fit statua aut lectus ex ligno, experimur ęs aūt lignū, qō prius erat informe fieri sub noua forma: ita cōiectari licet, cum lignū trāsmutatur in cineres, aliquā subijci materiā, q̄ prius erat sub forma ligni permanere sub forma cinerū. Nisi q in artificialibus illud ens est in actu cōpletū: sed materia prima est ens in potētia, quod simpliciter habet esse per formā. Et hoc est quod subiungit, q hoc vnum. s. principiū. s. materia nō est sic vnū existens t vnum ens, vt hoc aliquid. i. vt prima substantia in recta linea, quēadmodum lignū aūt ęs: sz est pars substātię. Scōm aūt principiū (inquit) est vnum vt rō, puta forma q̄ est terminus quo. s. qua ignis est ignis. Et tertiū est ei⁹ cōtrariū, puta priuatio. Hęc aūt puta materia et priuatio quomodo sit vnum t quomodo plura, vt iam supradictum est.

Primùm igitur dictū est, q contraria solùm principia sunt: posteriùs aūt q necesse est, & aliud quippiā subijci & esse tria. Ex ijs autē quæ nunc, manifestū est quæ sit differentia contrariorum, & quomō se habēt principia ad inuicē, & quid subiectum. Vtrùm autem substantia species aut subiectum sit: nondum mani-

Textus. lxx.

manifestum est: sed quod principia tria sint, & quomodo tria, & quis modus eorum manifestū est. Quot igitur & quæ sint principia: ex his consideretur.

¶ Colligit tandem in textu hoc septuagesimo & postremo huius capitis, eorū epilogū quę hactenus dicta sunt. Ait nanque primo dictū esse ꝙ contraria solū principia sunt. i. vnū tantūmodo par cōtrariorū, quibus tertiū principiū subijcitur. atq; adeo omnia sunt quodāmodo tria. Jtē dictū est quęnam sit differentia inter illa contraria: nā alterum, puta forma, est ens positiuum, ac subinde principiū per se: alterū vero est priuatio, & idcirco principiū per accidēs. Jtē dictū est (inquit) qūo eorū subsām non est ens in actu: sed in potētia ad esse per formā. Ait tamē vtrū species. i. forma potius habeat rōnē substantię ꝙ subsām. i. materia, nondū (inquit) manifestū est: vsq; ad initiū lib. 2. vbi videbitur tā formā ꝙ materiam esse naturā: formā tamen potius habere rōnem substantię, quā materiā. ¶ Sequitur hic quæstio quinta super textu. 67. Vtrū principia. &c. q. 6. super tex. 69. Vtrum materia. &c.

QVO OPINIONIBVS ANtiquorum respondetur, ratioq; materiæ aperitur, Cap. VIII.

Textus. lxxj.

QVOD autē vnico modo sic soluitur & antiquorum dubitatio: dicamus post hæc. quæ rentes enim Philosophi primi veritatem, & naturā entium: conuersi sunt veluti in viam quandā aliā depulsi ob inexperientiam, dicuntq;, neq; fieri eorum quæ sunt vllum, neq; corrumpi: propterea quòd necessariū est fieri quod fit aut ex eo quod est, aut ex eo quod nō est. Ex his aūt vtrisq;, impossibile esse, neq; enim quod est fieri: esse enim iam. & ex eo quod nō est: nihil vtiq; fieri. subijci enim quippiā oportet.

¶ Postq; in superioribus tribus capit. determinauit Aris. veritatē de contrarietate & numero principiorū, in his duobus sequētib⁹ rñdet veterū argumētis, ostēdens peccata ex quibus eorū errores manabāt. Et qm oēs ꝓcedebāt ex duplici ignorantia. s. & qz ignorabāt naturā materię, & qz ignorabāt naturā priuationis, in hoc cap. 8. prodit ignorātiā primā, & in postremo patefacit secūdā. Atqui caput hoc amplectit textus octo: in quorū duobus primis ꝓponit paralogismū falsamq; cōclusionē antiquorū: & in quinq; primis respōdet ad illū vno mō, et in textu postremo respōdet altero mō. ¶ Ait ergo in hoc tex. 71. ꝙ antiqui fere oēs, quęrētes veritatē & entiū naturā, cōuersi sunt in viā aliā. s. falsam: ob inexperiētiā: qz nesciebāt distinguere inter ens simpliciter, & nō ens simpliciter. ¶ Paralogizabāt nāq; sic. Quicquid fit, aut fit ex eo quod est, aut ex eo qđ nō est (intellige tanquā ex termino a quo) neutrū istorū: ergo. ¶ Probatur minor: qz qđ fit ex eo qđ est, iā antea erat (supponebāt enim quod nihil fiebat ex eo quod est, nisi id quod fit latebat in termino a quo) ex eo aūt quod nō est nihil fieri pōt, qz cū ex nihilo nihil fiat, necesse est supponi subtūm: ergo nihil simpliciter fit: sed quicquid est: fuit semper. Argyropilus vertit quicquid fit, fit ex ente aut non ente. Jdē tamē vbiq; pollet apud Aris. ens, & quod est & pariter non ens, & quod nō est, sicut idē est, legēs & qui legit, est enim ens participium ab esse.

Et sic itaq; quod consequenter accidit augentes, neque esse multa dicunt, sed tantùm ipsum quod est. Illi ergo talem acceperunt opinionem, propter ea quæ dicta sunt. Textus. lxxij.

¶ Addit in tex. 72. ꝙ inde antiqui consequēter inferebant omnia esse vnū. Alludit ad ¶ Parmenidē et Melissum & alios, qui dicebāt aut oia esse aut aquā aut aerē. &c. Enimuero cū secundū illos nulla simpliciter substātia de nouo producebatur: cōsequēs erat vt oēs quas experimur rerū transmutationes essent accidentales: atq; adeo oia essent vna substātia. s. eiusdē spēi. Tametsi, Anarag. & Democritus aliter asserebant nihil fieri de nouo, ponentes oia actu latitare in ql̄z, & gigni, nihil aliud esse, quam quod latebat apparere.

Nos autē dicimus, quod ex eo quod est, aut ex eo quod nō est, fieri, aut qđ nō est, aut quod est, facere aliquid, aut pati, aut quodcūq; hoc fieri, vno quidē mō nihil differt, aut medicū facere aliqd, aut pati, aut ex medico esse, aut fieri Textus. lxxiij.

¶ In text. 73. & quatuor sequētibus respondet vno mō. Ad cuius euidentiā supponit prius ꝙ quādo dicimus, ex eo quod est. i. ex ente, aut ex eo quod non est aliquid fieri, nihil differt, si illud claritatis causa exprimam⁹ in ijs terminis. s. ex medico & nō medico fieri aliquid: & cū dicimus, quod est, & quod nō est, facere aut pati aliquid, exprimere id possumus per hos terminos, non medicus aut medicus, facit aut patitur aliquid. Hoc supposito.

Quare cū hoc dupliciter dicatur: manifestū est ꝙ & ex eo quod est, & id qđ est aut facere aliquid, aut pati. Aedificat igitur medicus: nō secūdū ꝙ medicus, sed secundū ꝙ ædificator. & albus fit: nō quatenus medicus, sed quatenus niger. Medicat autē, & nō medicus fit quatenus est medicus. Cū aūt maximè ꝓpriè dicam⁹ medicū facere aliqd, aut pati, aut fieri ex medico, si secūdū quod medicus hęc patiatur aut faciat: manifestū quod non ex non ente fieri & hoc significat, quatenus nō est. Quod illi qui dē nō parūtēs: aberrauerūt. & propter Textus. lxxiiij.

hanc ignorantiã tantum insuper ignora uerunt: quòd nihil aliorũ opinati sunt fieri aut esse, sed auferebant omnem generationem.

¶Subdit in tex.74. ꝙ si hoc quod dicimus ex medico fit aliquid, aut ex nõ medico fit aliqd, aut medicus aut nõ medicus facit, aut patit aliquid, si hoc (inquit) dicitur dupliciter, cõsequẽs est, vt etiã dicatur dupliciter, ex eo qõ est, aut ex eo qõ nõ est, fieri aliquid. Vt vero medicũ dupliciter cõtingit facere aut pati aliquid. s. ꝙ se ꝛ per accidẽs. Cũ enim dicimus medicus ędificat, intelligitur id ꝙ accidẽs, quatenus accidit perito ędificãdi peritia simul medicinę: nã per se nõ ędificat, nisi inquãtũ ędificator: ꝛ pariter medicus nõ fit albus inquantũ medicus, ꝫ inquantũ niger: albũ enim per se fit ex eo quod nõ est albũ: ꝙ aũt illud est medicus, est ꝙ accidens: cũ aũt dicimus ꝙ medicus medicatur, aut ꝙ ex nõ medico fit medicus, illud est per se: quia medico in quãtum medicus est cõuenit medicari, ꝛ nõ medico inquãtũ est nõ medicus conuenit fieri medicũ. Ex ijs concludit manifestũ esse ꝙ cũ dicitur ex eo qõ est, aut ex nõ ente, fieri aliquid, intelligendum est per se: in quo sensu talis ꝓpositio est vera: q; id qõ fit nõ fit per se ex eo qõ nõ est: nã quod nõ est, nõ intrat cõpositionẽ rei. Vt vero id quod fit, fit per accidens ex nõ ente, puta ex eo quod nõ est: nã fit ꝙ se ex subiecto. s. ex materia, cui accidebat esse sub ꝑuatione huius formę quę gignitur. Et quia illi nõ sunt partiti hos duos sensus, aberrauerũt, dicẽtes nihil fieri simpliciter: ꝛ per consequens auferẽtes omnem generationem.

Textus. lxxv.

¶Nos aũt & ipsi dicimus fieri quidẽ nihil simpliciter ex eo quod nõ est, sed tñ fieri ex eo quod nõ est, vt secnndũ accidens: ex priuatione enim, quæ est per se non ens, non ex eo quod est: fit. Mirabile autem est hoc & impossibile sic videtur: fieri aliquid ex eo quod non est.

¶In tex. ergo. 75. applicat solutionẽ ad formã paralogismi antiquorũ. Cũ em̃ arguũt. Jd qõ fit, aut fit ex eo qõ est. aut ex eo qõ nõ est, rñdetur ꝙ neq; fit ꝙ se ex eo qõ nõ est, nec ꝙ se ex eo qõ nõ est: sed fit per accidens ex eo qõ est, ꝛ ꝙ accidẽs ex eo qõ est. Qõ fit ꝙ accidens ex eo qõ nõ est, patet: nã fit ex priuatione q̃ est ꝙ se nõ ens, ꝛ est accidẽs materię, ex qua fit gñatio. Jntẽdit ergo dicere ꝙ qñ ignis generat ex stupa, ꝙ se quidẽ fit ex materia ꝛ forma, fit tñ per accidẽs ex nõ igne, puta ex priuatione formę ignis, q̃ erat in materia. Vbi attẽte cõsiderãdũ est ꝙ non sequitur ignis fit ex priuatione formę: ꝛ priuatio est per se non ens: ergo ignis ꝙ se fit ex nõ ente: nã v: trãq; partẽ antecedentis cõcedit Aris. ꝛ negat cõsequẽs. Ænimuero, vt ca. sequẽti dicem⁹, priuatio ꝙ se est nõ ens: nã ꝙ se dicit priuationẽ entis. Cõcedimus ergo ꝙ ignis fit ex per se nõ ente, vt per se determinet nomẽ infinitũ: negamus tamẽ ꝙ ꝙ se fiat ex nõ ente: vt per se, determinet verbũ fit. Ꝫ mirabile, inquit, fuit hoc antiquis: ꝛ ideo impossibile videbatur eis aliquid fieri hoc modo ex non ente.

Textus. lxxvj.

¶Similiter aũt, neq; ex eo qđ est, neq; id quod est fieri: nisi secũdũ accidẽs: sic aũt & hoc fieri eodẽ modo, vt si ex animali, animal vtiq; fiat, & ex quodã animali quoddã animal. vt si canis. ex quo fiat. Fiet enim nõ solũ ex quodã animali canis, sed etiã ex animali, at non quatenus est animal. est enim iam hoc.

¶In tex. 76. probat pari forma ꝙ id quod fit, fiat ꝙ accidẽs ex ente. Qõ hoc exẽplo declarat. Si quod dã animal in spẽ fieret ex alio quodã animali, vt canis ex equo, tũc canis nõ fieret ex animali, in genere dicto, nã animal in cõmuni iã est, cũ sit equus: ꝛ id qõ fit tale debet fieri ex nõ esse illius (quod enim erat nõ fit.) Fit tamẽ canis per accidẽs ex animali. i. nõ inquantũ est animal, sed inquantũ hoc animal: puta inquantum canis fit ex equo.

Textus. lxxvij.

¶Si aũt aliquid debet fieri animal, nõ secundũ accidẽs, nõ ex animali erit. & si aliquid fit: nõ ex eo quod est, neq; ex eo quod nõ est, qđ em̃ ex eo qđ nõ est dictũ est nobis, quid significet, ꝙ quatenus nõ est. Amplius autẽ & esse omne aut non esse: non remouemus: vnus igitur modus hic est.

¶In tex. 77. applicãdo hoc ad ꝓpositũ, ait ꝙ eodẽmõ hõ non fit per se ex eo qõ est. i. ex ente: nã antequã hõ fit, iã est aliquod ens. s. illud ex quo fit, fit tamẽ per accidẽs ex ente: nõ quidẽ inquãtũ est ens, inquantũ hoc ens in potentia ad hominẽ puta ex semine vel ex embrione, cui accidit priuatio formę hois. vt. q. 5. exposuim⁹. Et ita cõcludit Aril. ꝙ simpliciter nec remouemus oẽ esse aut oẽ nõ esse. i. nec negamus simpliciter rẽ quodãmodo esse antequã fit, q: cõcedimus esse in potẽtia: nec negamus simpliciter nõ fuisse: q: cõcedimus quodãmõ nõ fuisse in actu. Et hic, inquit, est vnus modus respondendi.

Textus. lxxviij.

¶Alius aũt ꝙ cõtingit eadẽ dicere secũdũ potẽtiã & actũ, hoc aũt: in alijs determinatũ est cũ diligentia magis. Quare, quod quidẽ dicebamus, dubitatiões soluũtur: propter quas coacti, remouẽt dictorũ quædã: propter hoc enim: tãtũ auersi sunt priores à via in generationẽ, & corruptionẽ, & omninò mutationẽ. Hæc enim visa natura, omnẽ soluit hãc ipsorum ignorantiam.

¶In tex. 78. subiũgit aliũ modũ respõdẽdi: qui quodã mõ est superioris expositio: plenius verũtamen satisfacit intentioni ꝓsenti: nã modus superior: solũ respõdet quõ id quod fit, fit per accidẽs ex ente, ꝛ ꝙ accidẽs ex nõ ente. Jdcirco restabat docere ex quo fiat generatio ꝙ se. Et hoc est quod iã nũc edocet. Fit em̃ ꝙ materia est quodãmõ mediũ inter ens ꝛ non ens: nõ est enim per se ens actu, sed hoc habet per formã: ꝙ se aũt est ens in potẽtia. Hoc autẽ, inquit, in alijs determinatũ est maiori diligentia nẽpe. 9. meta. tex. 21. qõ nos etiã. q. 6. copiosius tractauim⁹: ꝛ ideo quicqd fit, fit ꝙ se ex materia: q̃ nec simpliciter est ens nec simpliciter est nõ ens, ꝫ ens scõm quid, puta ens in potẽtia. ¶Cõcludit ergo ꝙ isto

ísto mõ soluũtur dubitationes ꝓpter quas coacti sunt antiqui negare simpliciter gñationẽ ⁊ corruptionẽ,eo ꝙ videbant nihil fieri simpliciter ex ente nec simpliciter ex non ente inter quę ignorauerunt mediũ. ¶ Sequitur hęc quęstio septima super tex.78.Vtrum forma.ꝛc.

QVOD MATERIA ET PRIuatio ratione differant, CAP.IX.

Textus. lxxix.

TAngentes igitur & alij quidã fuerũt ipsam, sed nõ sufficienter. primũ enim confitentur simpliciter fieri aliquid ex eo qđ nõ est, quatenus Parmenidẽ rectè dicere. Posteà videtur ipsis si quidẽ est nnmero vna, & potẽtia tantũ esse. Hoc autẽ differt plurimũ. Nos em̃ materiã & priuationẽ,alterũ esse dicimus. & horũ,materiã quidẽ non ens esse secundũ accidẽs.priuationẽ autẽ,per se. & materiã quidẽ prope & quodãmõ subsẽtiã, priuationem autem nequaquàm.

¶ Cũ cap.superiori monstrauerit Aris.naturã materię,quã antiqui nõ nouerãt, quę cõsistit in medio inter ens ⁊ nõ ens,in hoc suprẽmo. c. qõ quinq; habet tex.ꝙit docere naturã priuationis rõne differẽtis a materia, q̃ fuit altera antiquorũ ignorãtia. In hoc ergo tex.qui est in ordine.79. ꝓponit veterũ errorẽ,dicẽs ꝙ antiqui vtcũq; tetigerũt naturã materię,cognoscentes materiã nõ esse simpliciter ens(qõ vere coniectabãt)sed tamẽ affirmabãt subinde simpliciter est non ens,in quo errabãt. Et mouebantur rõne ꝓparmenidis,quã sup̃ tex.25.expositã reliquimus.s. Quicquid est ꝓpter ens,est non ens:ꝫ materia nõ est simpliciter ens:ergo est simpliciter nõ ens ⁊ nihil. Quę tamẽ illatio nihil valet vt ꝙ ea quę iã mõ dicta sunt constat, cũ materia sit mediũ inter simpliciter ens ⁊ simpliciter non ens. Rursus isti credẽtes materiã simpliciter esse non ens,atq; adeo nullã esse differentiã inter materiã ⁊ priuationẽ,inferebant eo mõ aliquid fieri ex materia,quo fit ex priuatione: cuius contrariũ oppositum est. Nã ex priuatione fit res per accidens: ex materia vero,fit ꝙ se. Ob idq; Arist. ostẽdit differentiã esse rationis inter materiã ⁊ priuationẽ duplicem,non obstante ꝙ idẽ sint numero. ꝓprima ꝙ materia per accidens est non ens,priuatio vero est per se non ens. Cuius ratio est: quia materia de se nec dicit esse,qz per se nõ existit,sed per formã: nec rursus per se dicit non esse,quia non dicit merã negationem,sed potentiã vt sit per formã: ⁊ cũ ens significet esse:fit vt nec per se sit ens, sed per aliud puta per formã:nec per se sit nõ ens,sed ꝙ accidẽs. Quatenus caret hac vel illa forma. Quod aũt mẽte philosophis reponendũ est,vt intelligatur natura materię,quod fuit Arist.subtilissimũ inuentum ad prodendam veterum ignorantiã, vt.q.6.per amplius diximus. ꝓpriuatio vero ex natura sua dicit carentiam formę: ⁊ quia esse est a forma, priuatio est per se non ens:vt cęcitas:quia per se dicit carẽtiam visus per se est non ens, nisi ꝙ non dicit puram negationẽ,sed negationẽ in subiecto apto. Secunda differentia nascitur ex prima:videlicet ꝙ materia est ꝓpe substantia:qz est ꝓxima ⁊ per se potentia ad esse per formã. Ob idq; ꝙ se intrat cõpositionẽ rei naturalis:priuatio vero nequaquã. Unde fit vt res naturalis per se fiat ex materia:per accidens vero ex priuatione:quippe quę positiue non concurrit ad generationem, sed est solũ terminus a quo incipit generatio.

¶ Quidam autem quod nõ est, magnũ & paruũ similiter: aut simul vtrũq;, aut seorsum vtrũq;. Quare penitùs alter est modus hic trinitatis:& ille. hucusq; em̃ processerunt:ꝙ oportet quandã supponi naturã. hanc tamen, vnam faciũt,etenim si aliquis dualitatẽ facit, dicẽs magnũ & paruum ipsam:non minus idẽ facit. alteram enim despexit, priuationẽ. permanens em̃ cũ forma causa est eorũ quæ fiunt,sicut mater: altera verò pars cõtrarietatis,sępe per imaginationẽ vi debitur ad maleficium ipsius intendenti intellectum,neq; esse penitùs. Textus. lxxx.

¶ In tex.hoc.80.arguit philosoph⁹ opinionẽ ꝓplatonis:q̃ videtur esse contraria superiori. Quapropter non apparet vera sentẽtia quorundã dicentiũ opinionẽ mõ improbatã fuisse ꝓplatonicorũ:cũ potius appareat fuisse aliquorũ discipulorũ ꝓparmenidia. Nã illa opinio videtur huic cõtraria. Illi nãq; videntur negare materiã ⁊ solũ ponere priuationẽ,puta non ens ex qua omnia credebant fieri. Enimuero vt non negarent generationẽ, ⁊ simul sustinerent magistri sententiam. s. quicquid est ꝓpter ens,est nõ ens,concedebant materiam esse simpliciter non ens. ꝓplatonici vero ponunt materiam ⁊ non priuationẽ. Tametsi ꝓplato in dialogo illo, quem nuncupauit ꝓparmenides,laudat iliã sentẽtiam,ꝙ quicquid est ꝓpter ens non est ens. Et ideo forsan quãquã materiã appellet magnũ ⁊ paruũ,intelligit simpliciter esse non ens. At cuiuscũq; ꝓfata illa fuerit opinio, ꝓplato ponebat materiam et formam. Et quia forma est causa conuenientię et vnitatis specificę plurium indiuiduorũ eiusdẽ ꝓpeciei,materia vero est causa diuersitatis (quia ꝓpter accidentia quę se tenent ex parte materię differunt indiuidua)formã appellabat vnitatem: materiã vero dualitatẽ. Et illã explicabat his nominibus magnũ ⁊ paruũ,densum enim appellabat magnũ,ꝓpter multitudinẽ materię: ⁊ rarũ appellabat paruũ,ꝓpter paucitatẽ materię. Quadiuersitate reliquas omnes designabat. Posset ergo quis iudicare ꝓplatonẽ ponere tria principia unde atque Arist.vt paruum intelligatur esse priuatio: magnum vero materia. Hoc ait Aristo. esse falsum: nã trinitas inquit ꝓplatonis alia est quã nostra. Quoniam magnum ⁊ paruum,siue candem (inquit) numero materiã significarẽt ꝓpter aptitudinẽ quam habet vt mõ sit magna mõ parua: siue seorsum magnũ significaret materiã quę actu est magna ⁊ paruũ eã q̃ actu est parua:tamẽ vtroq; mõ significabat vnã naturã.s.materiã inquãtũ est materia ⁊ subie-

ctū. Et ideo despiciebat ꝓuationē: cū tñ lōge differat inter materiā ⁊ ꝓuationē. Quā q̄dē differentiā perspicuo exēplo explicat, dicens, quod materia permanet in cōpositō: atq; adeo habet se in generatione sicut mater: quę secundum Arist. se habet passiue in generatione respectu viri. 1. meta. tex. 9. ¶ Priuatio vero, quę est altera pars contrarietatis (quippe q̄ formę contrariatur) mētis imaginatione videtur similis intendenti ad maleficiū. i. quēadmodū adultera maleficiū molitur marito, si alium virum admittat, ita priuatio formę generandę, quę accidit materię: est causa corruptionis precedētis formę, vt alia recipiat. Sunt tñ Philoponus: ⁊ alij, qui existimāt Platonē non negasse priuationē: tametsi illam non palam, vt Arist. expressérit.

Textus. lxxxj.

Existente enim quoda diuino, & bono, & appetibili: aliud quidem, contrarium ipsi dicimus esse, aliud autē: quod natura aptum est appetere, & desidera re ipsum secundum suam ipsius naturā. Quibusdam autem accidit: contrariū appetere suā ipsius corruptionē. Attamē neq; ipsum suā ipsius possibile est appetere speciem (propterea q̄ non est indigēs) neque contrarium, corruptiua enim sunt sui inuicem, cōtraria, sed hoc est materia, sicut si fœmina masculū, & turpe pulchrū, verum non per se, turpe: sed secundum accidens: neq; fœmina: sed secundum accidens.

Forma.

¶ Subsequenter tex. 81. lucidam facit ⁊ notatu dignam cōparationem inter hęc tria principia, vt euidentius singulorū natura splēdeat. Dit enim formā esse quid diuinū ⁊ bonū. Diuinū quidē, q; deus est actus purus nihil materię habens ad mixtū, forma aūt omnis suopte nomine dicit actum, sicut materia dicit potentiam. Et ideo omnis forma ⁊ omne esse (qđ est a forma) est quidē participatio diuina. Itē forma est bonū ⁊ pfectio materię: q; materia nō habet esse, nisi p formā, sicut corpus nō habet esse albū, nisi p albedinē. Et ideo inter formā ⁊ alia

Materia.

duo principia manifesta est differētia. ¶ Materia vero differt a priuatione, q̄ materia appetit formā: sicut informe suā perfectionē: priuatio vero, cū sit cōtraria formę, nō appetit illā. Ob idq; rōne differūt. Sed illis (inquit) qui non credūt materiā ⁊ priuationē differre rōne, sed esse prorsus idē, hoc subinde accidit incōueniēs, vt cōcedāt cōtrariū appetere suā propriam corruptionē. Qđ sic ꝓbat. Materia appetit formā, vt dictū est, sed nō appetit illam speciem. i. formā quam habet, quia nihil appetit, nisi illam rem qua caret ⁊ indiget: ergo appetit formā qua caret. Tūc, vel materia appetit formā, qua tenus materia est priuatio illius, ⁊ tūc contrarium appeteret suū contrariū, ⁊ per cōsequens suā corruptionē: nā forma nō pōt aduenire materię, nisi eiecta inde priuatione. Si vero materia appetit formā, nō inquantū est priuatio, tunc materia ⁊ priuatio differunt rōne. ¶ Animaduertat lector artē prohandi aliqua duo, q̄ sunt idē numero, differre ratione ex diuersis modis loquēdi de illis. Si enim materia appetit formā, quā nō appetit priuatio, materia ⁊ priuatio differūt rōne. ¶ Concludit ingeniose Arist. q̄ materia appetit formā, sicut foemina masculū ⁊ turpe pulchrū. Hoc aliqui exponūt ꝺ appetitu foeminę, quo appetit opera viri ad gñationē. Sed hęc tamē expositio, textui nō cōsonat. Inducitur. n. simile ad declarādū qūo materia appetat formā: priuatio vero, nō. Quapropter simile est hmōi, sicut oē imperfectū appetit esse pfectū, non q̄ ipsa met ratio ⁊ forma imperfectior appetat esse forma perfectior: q; nō pōt mutari in illā: ꝫ q̄ illud subiectū cui accidit perfectio: appetit ad perfectionem ascendere. Exēpli gratia. Foemina est quid imperfectū respectu masculi: ⁊ ideo appetit esse masculꝰ. Sꝫ tamē ipsa rō foeminę, q̄ est carētia masculi, non appetit perfectionē viri: sicuti nigredo nō appetit esse albedo, alias appeteret suā corruptionem. At suppositū, cui accidit illa imperfectio, appetit esse masculus. Et pariter turpitudo appetit pulchritudinē. Simili mō priuatio formę nō appetit formā: sed materia cui accidit, ꝓuatio appetit formā. Ꝓponit exēplū in perfectionibus accidentalibus, qualis est foeminę ⁊ masculi, q̄ accidentaliter differūt: quia in essentialibus eadē est rō ꝺ natura ⁊ suppositō. Sicut enim natura hominis nō pōt appetere esse natura angeli, ita neq; hō esse angelus: q; natura hominis est de eius essentia.

Materia appetit formam.

Corrumpitur autē: & fit. Est quidem vt sic: est autem nō. Quatenùs. n. est, id in quo: secundū se corrūpitur, quod. n. corrūpitur in hoc: est priuatio, quatenùs aūt secundum potētiam: nō per se, sed incorruptibilē, & ingenitā, necesse est ipsam esse. Si. n. fiat: subijci aliquid oportet primùm, ex quo in existente fiat. hoc autem: est ipsius natura, quare erit antequàm fiat. Dico enim materiā, primū subiectū vniuscuiusq;, ex quo fit aliquid, cùm insit non secundùm accidens, & si corrūpitur aliquid, in hocabibit vltimum, quare: corrupta erit, antequàm corrumpatur.

Textus. lxxxij.

¶ Cum dixerit toties Aristo. materiā, q̄ antea fuit sub priuatione eandē manere sub forma, vnde videtur consequi materiā esse perpetuā, priuationē vero ⁊ formā tāquā principia cōtraria esse corruptibilia, in hoc text. 78. exponit quēadmodū materia sit ingenerabilis ⁊ incorruptibilis, dicēs, q̄ quodāmō est corruptibilis, quodā mō vero nō. Est. n. corruptibilis p accidēs, quatenus est id in quo (inquit) secundū se aliquid corrūpitur. i. quatenus est subiectum cui accidit priuatio, quę secūdū se corrumpitur. Attamē secundū q̄ materia est potētia ad formā: non per se corrumpitur: sed est ingenerabilis ⁊ incorruptibilis. Qđ est dicere: cū materia aquę sit idētice priuatio formę ignis, ⁊ pariter potētia ad ipsam, quādo generatur ignis desinit habere rōnem priuationis, ꝫ manet sub rōne subiecti. Qđ autē materia sit secundum se ingenerabilis, probat Philosophus sic. Si materia esset gñabilis, supponeret aliud subiectū prius ex quo fieret: sed nullū

est prius

est primus subiectū: quia hęc est ipsius materię natura, vt sit primum subiectum: ergo non est generabilis. Et pari rōne probat nō esse corruptibilē: quia in rei corruptione resolutio fit tantum vsq; ad materiam primam: quę permanet succedentis formę subiectum. Ad euidentiam minoris subiungit diffinitionem materię dicens. Materia est primum subiectum vniuscuiusq; ex quo fit aliquid cū insit, per se & non secundum accidēs. Ordina sic literam, ex quo cū insit, id est ex quo existente in cōposito fit res, nō secundū accidens. Et vtraq; particula ponitur ad excludendam priuationem: q̄ nec manet in composito: nec per se est principium rei, vt. q. 5. amplius patebit.

Textus. lxxiij.

¶De principio autem secundum speciem, vtrùm vnum an plura, & quot, aut quæ sunt: cū diligentia, primæ Philosophię opus est determinare: quapro pter: in illud tēpus reponatur. De Physicis autem & corruptibilibus speciebus: in posteriùs demonstrandis dicemus. Quòd igitur sint principia, & quę & quot numero: determinatū sic à nobis sit. Rursus autem: aliud principium capientes, dicamus.

¶In textu deniq; .83. & postremo huius libri excusat se cur hic, vbi tam longum sermonem de materia fecerit & priuatione: nō meminerit formę, quę nobilius est principium. Et respondet insinuans duplicem esse formam: aliam quę dicitur forma totius, vt natura hominis, natura equi. &c. quę dicitur forma metaphysica. Et q̄ de huiusmodi forma contentio est cum ¶Platone, hanc disputatio proprie innuit pertinere ad libros metaphysicorū, quę in cōsideratione altissimarū causarum positi sunt. Aliter accipitur forma physicę pro ea quę est altera pars compositi: de qua dicit in subsequentibus futurum esse sermonem: libro nanque proximo copiosior erit formę speculatio. ¶Concludit deniq; propositum huius libri satis esse discussum: nempe quę, & quot sint principia rei naturalis. Atq; adeo rursus aliud initium sumendū est [inquit] libri subsequentis: sane in quo de natura & alijs causis rei naturalis est disserendum. Sequitur quęstio octaua. Utrum priuatio. &c.

FINIS PRIMI LIBRI.

Reuerendi patris Fratris Dominici Soto Segobiensis, Theologi, ordinis prædicatorum, super secundum Physicorum Commentaria.

CAPVT. I.

Text°. j.

ORVM QVAE unt: alia quidē sunt natura, alia verò propter alias causas. Natura quidem sunt: & animalia, & partes iptorum, & plantæ, & simplicia corpora, vt terra, ignis, & aer. & aqua. hæc enim, & huiusmodi. natura esse dicimus. Omnia autem quæ dicta sunt, videtur differentia ab iis, quæ non natura existunt, quæ enim natura sunt omnia: videntur habere in se ipsis principiū motus, & status, hæc quidem, secundū locum: illa verò, secundum augmentum & decrementum, quædam autem: secū dum alterationem. ¶ Lectus autem, &

Text. ij. indumentū, & si quid huiusmodi aliud genus est: secundum q̄ quidem sortitū est prædicationem vnam quāq;, & qua tenus est ab arte, ne vnum quidem habet impetum mutationis innatum qua tenus autē accidit ipsis, lapidea, aut terrea esse, aut mixta ex his, eaten° habēt.

¶ Cum secundum ordinem procedendi in prologo huius libri ab Arist. statutum scientia rei alicuius a principiorum omnium ⁊ causarum cognitiōe habeat proficisci: et rei naturalis alia sunt principia intrinseca, quę propriè appellantur principia, alia vero extrinseca, quę propriè nominantur causę, vt efficiēs ⁊ finalis: ⁊ libro primo tractatū sit de principijs primi generis (eo quod principium, vt primo cap. primi libri dictum est, cōmunius est q̄ causa) subsequitur in hoc secundo de principijs secundi generis, dicere: nempe de causis efficienti ⁊ finali. Et quia causę rei sunt etiam principia scientie eiusdem, quoniam scire est rem per causas cognoscere, optimè ait S. Tho. materiam huius libri esse de principijs scientię. Non q̄ scientia hęc non demonstret etiam per materiam ⁊ formam, de quibus in superiori libro dictum est [nam vt hic videbimus] physicus quia tractat de rebus vt sunt in materia, per omnes eius causas naturales demonstrat: sed quia in hoc libro explicat, ⁊ subiectum de quo est hęc scientia, quod est ens naturale: ⁊ primū medium in quod omnes demonstrationes resoluūtur: quod est naturę definitio, et passiones quas hic appellat secundum naturam. Et prętera applicando causas rei ad demonstrationes manifestat quemadmodum hęc scientia per omnes causas naturales demonstrat. ¶ Philoponus ⁊ alij aiūt intentionem precipuam philosophi in his duob⁹ libris esse tractare ō materia ⁊ forma: sed in prima principalius de materia quam de forma: hic vero principalius de forma ⁊ eius causis efficienti ⁊ finali, quam de materia. neq; hoc certe displicet: nā ⁊ in calce primi libri dixit se statim dicturum de forma physica: ⁊ in hui⁹ initio statim proponit de natura: cuius ratio principalius cōuenit forme q̄ materie. ¶ Sunt ergo in hoc secundo libro, vt in superiori, capita nouem. Que in tria membra secari congrue possumus. Etenim in duobus primis explicat tria modo dicta, scilicet quid nam sit natura, quid ens naturale, quid ens secundum naturā. Que sunt, medium subiectum, ⁊ passiones totius physice. In quatuor sequētibus docet quatuor esse causarum genera. Et in tribus demum vltimis ostendit quo modo hec scientia demōstret per omnes causas. ¶ Sunt autem in toto libro secundum diuisionem Cōmentatoris textus. 92. Atqui primum hoc caput continet textus. 15. In primo ⁊ secundo, qui sub eodem aptius sunt contextu, premittit statim Aristo. diuisionem rerum naturaliū a rebus non naturalibus. s. que a causis non naturalibus proficiscuntur. Hec sunt tria genera. s. artificialia que sunt ab arte, moralia que sunt ex electione secundum prudentiam, fortuita que sunt a casu vel fortuna: quāuis moralis, q̄ non sunt res facte, sed operationes, non attinent ad rem presentem. Intendens enim naturam diffinire, que nobis est occulta, exorditur ex entibus naturalibus eam manifestare, que nostris sunt oculis obiecta. ¶ Cōnumerat ferme gradus omnes entium naturalium: nempe animalia ⁊ eorum partes. In quo innuit differentiam ab artificialibus. Enimuero licet domus sit quid artificiale, non tamen omnes eius partes sunt artificiales, sed naturales: vt lapides ⁊ ligna: animalium vero ⁊ partes organice, ⁊ ossa, ⁊ carnes, omnes sunt naturales. Materia vero ⁊ forma non dicuntur etiam naturalia: sed sunt nature. Item numerat plantas, que viuunt sola vita vegetatiua: ⁊ simplicia corpora que non viuunt, vt sunt quatuor elementa. Non meminit mixtorū non viuentium, vt sunt lapides: quia vt habetur. 1. celi. tex. 7. mixta non habent alium motum, quam secundum elemētum predominans. Et ideo nomine elementorum intelliguntur. Subticuit item celos, non eo q̄ sint animalia, vt ait Commentator in de substantia orbis: sed propterea, vt arbitror, quia hic non tractat nisi de generalibus ⁊ corruptibilibus. Aut forte, vt ait hic Themistius, quia celum non videtur habere naturam, que sit principiū motus ⁊ quietis: sicut ista inferiora: quia naturaliter quiescere non potest. Sed de hoc. q. 1. sermonem fecimus. ¶ Subiungit differētiam inter hec naturalia ⁊ alia non naturalia: potissimum artificialia, nēpe q̄ naturalia videntur habere in se principium sui mo-

Diuisio libri.

sui motus. Non ait, videnť, eo q̄ dubitet: sed quia ita apparet ad sensum. Et ponit tres differentias motus. Alia enim videmus moueri localiter: que vt ait Commentator, sunt tria, scilicet celum, elementa, ꝛ animalia. Celum enim mouetur circulariter: ꝛ elementa, motu recto, aut sursum, aut deorsum: ꝛ pariter mixta secundum predominationem elementi. Animalia vero mouentur trāsuersaliter in superficie terre. Sed plante non mutant ꝓprie locum: licet augeanť ad maiorem locum. Alia mouētur motu augmētationis: qualia sunt omnia viuentia. Nam augmentatio ignis per appositionē combustibilium nō est propria, vt lib. 1. q. 4. dictū est. Motus autem alterationis comprehendit, vt ait Commentator, etiam generationem, que finis est alterationis. Qui quidem motus conuenit omnibus elementis et mixtis que continētur sub sole. Utrum autem hec omnia habeant principium actiuum sui motus, an vero tantum passiuū quæſt. 1. elucidatur. ¶ In tex. 2. subiungit contrarium de artificialibus, dicens, q̄ lectus ꝛ indumentum ꝛ alia artificialia secundum q̄ habent huiusmodi predicationes, id est, rationem ꝛ nomen artificij, non habent principium motus: sed inquantum sunt lignea, aut lapidea. Quod est dicere statue Mercurij ꝓpter formam artificialem nullo competit motus localis, aut alterationis. ꝛc. sed quia est lapis, si dimittať cadit deorsum. Et ideo statue de per accidens conuenit ille motus: quia accidit lapidi qui sua natura cadit vt sit Mercurius, aut Jupiter. ꝛc.

communius est, ponitur prius: ad explicandum q̄ tam materia, q̄ forma vtrumq; est principiū ꝛ causa. Est enim vtraq; principium, ꝓpter ordinem: quia sunt prioza toto, ꝛ causa quia ex illis efficitur totum. Licet materia minus habet de ratione causę, quam forma. ꝛ ideo forma perfectiori modo est natura, vt statim patebit. ¶ Mouendi ꝛ quiescēdi, Itidem censet legendum esse disiunctiue, ꝓpter celum: quod habet quidem principium mouendi. sed non quiescendi: ꝛ terram, que secundū se totā habet econuerso principium quiescēdi: sed nō mouendi. Attamen derogat sensui textus, nisi hoc copulatiue legatur. Mens enim Arist. est q̄ natura que est principium quiescendi, ꝛ ꝓpterea q̄ est principium quiescendi, est principium mouendi. Natura enim grauis eo mouet lapidem, quia appetit quiescere in centro: ꝛ natura leuis ideo mouet leue sursum, qꝛ appetit illic quiescere, ꝛ aqua ideo reducitur ad frigiditatē, quia illa est sua perfectio, ꝛ planta ꝛ animal ideo augetur, vt sit in sua perfectione. An vero in celo quodam modo possit asseri principium quiescendi, ꝛ in terra principiū mouendi, videbiť. q. 1. ¶ Ei in quo est. i. natura est principium motus quo suppositum ipsum in quo est mouetur. Forma ergo ignis non dicitur natura, eo q̄ est principium actiuum calefaciendi aquā sed materia aque est natura eo q̄ est principiū ipsi aque vt moueatur ab alio. Et forma viuentis dicitur natura: quia est principium augmēti ipsius suppositi in quo est. ¶ Primū, Ad differentiā accidentis, quod est principium secundum, ꝛ instrumentale, vt calor naturalis est principium nutritionis eius ꝛ augmenti: ꝛ grauitas est principiū descensus grauis: nō tamen est natura, nisi sola forma substātialis, que est primū ꝛ principale principium, aut materia que est principium passiuum. ¶ Per se, ꝛ non secundum accidens, ponitur ad differentiam artis medici infirmi, qui seipsum sanat, est enim principium ipsi medico sue sanitatis: sed hoc est per accidens. Ut enim lib. 1. tex. 74. dictū est, medicus non sit albus quatenus medicus est, sed quatenus niger: fit enim albū per se ex nigro cui accidit, vt sit medicus. Eodem modo medicus non sanatur per se eo q̄ sit medicus, sed eo q̄ sit infirmus: cui accidit q̄ sit medicus. Quapropter ait Aristo. [separantur aliquādo] stat enim q̄ ille qui sanatur non sit medicus: sed tamē infirmus ꝛ qui sanatur non separantur. Necessarium enim est, vt qui sanatur, sit infirmus: sicut id quod mouet ad calorem necesse est, vt non sit perfecte calidum. ¶ Similiter [inquit] est in alijs artificijs, q̄ scilicet nō habent in se principiū sui motus: sed alia quidē ita habent in se principiū extrinsecum, vt nec per se, nec per accidens possint illud habere in seipsis: vt domus est ab arte, que nullatenus esse potest in domo. Alia vero possunt habere in se principia: ſ per accidēs, vt de sanitate medici modo dictū est. De maioribus dubijs quęstionē primā consulito.

Tex. iij. Primæ quæstio nisi sedes

¶ Tanquam natura sit principium alicui quod & causa mouendi, & quiescendi: ei in quo est primum, per se, & non secundum accidens. Dico autem non secundum accidens. quoniam fiet vtique sibi ipsi aliquis causa sanitatis, cùm sit medicus. attamen non quatenus sanatur, medicinam habet: sed accidit eundem, medicum esse & sanari, quapropter, & separantur aliquando abinuicē. Similiter autem: & aliorum quæ fiunt, vnumquodque, nullum enim ipsorū habet in seipso actionis principium: sed alia quidem in alijs & ab exteriori, vt domus, & aliorum manu factorum vnumquodq;, alia autem in seipsis quidem, sed non secundum seipsa: quæcūque secundum accidens causæ sunt ipsis. Est igitur natura: quod dictum est.

Text. 4.

¶ Naturam autem habent, quæcunque huiusmodi habent principium: & sunt hæc omnia, substantia. Subiectum enim quoddam, & in subiecto est: natura semper.

Diffinitio nature. Burleus.

¶ In tex. 3. ex dictis elicit Aristo. diffinitionem nature. Ubi loco generis ponitur, principium ꝛ causa, quod Burleus secundum Auicenam putat disiunctiue intelligi: vt principium dicatur de principio actiuo, qualis est forma, ꝛ causa de principio passiuo, qlis est materia. Sed profecto hoc nō consonat dictis in ꝓncipio primi libri. Principiū. n. ꝓprissime dicit de materia. Et ideo arbitror legēdum esse copulatiue, vt iacet. Sed quia principiū

Ens naturale.

¶ In tex. 4. subdit ens habens naturam, esse, quod cuncq; ens habēs in se principium sui motus. Una propter, vt in principio primi libri adnotauimus, idem est ens naturale, ꝛ ens mobile. Et rationem

subnectit, q̃ cũ natura semper sit in aliquo subiecto i. in aliquo supposito [est enim, aut materia, aut forma] illud suppositum in quo est natura dicitur habens naturam. i. ens naturale: veluti subiectum illud in quo est albedo est res habens albedinem, atq; adeo album.

Text. v. ¶ Secundum autem naturam sunt, & hæc, & quæcunque his insunt secundũ se, vt igni. ferri sursum, hoc enim: natura quidem non est, neque habet naturam, sed à natura, & secundum naturã est. Quid igitur est natura, dictum est, & quid, quod à natura, & secundum naturam.

¶ In tex. 5. explicat tertium nomen eorũ que proposita sunt, dicens, q̃ secundum naturam dicũtur & hęc omnia, scilicet substantia, & supposita que habent esse a natura, & prꝫterea motus & accidentia quę illis a tali natura competũt vt efferri sursum est secundum naturam ignis, & cadere deorsum est secundum naturam grauis, que sunt passiones huius scientie de quibus lib. 3. incipit philosopharí. Habetur ergo hec tria exposita, scilicet quid sit natura, quid habens naturam, id est, ens naturale, & quid ens secundum naturam.

Text. vj. ¶ Quod autem sit natura, tentare demonstrare: ridiculum est, Manifestum est enim: quòd huiusmodi entia sunt multa. Demonstrare autem manifesta per immanifesta: non potentis iudicare est quod per se ipsum, & non per se-ipsum notum est. Quod autem contingat hoc pati: non immanifestum est.

Cæcus nõ iudicat de coloribus. SYLLogizare enim quis posset de coloribus: cùm à natiuitate sit cęcus? Quare necesse est talibus de nominibus esse sermonem, nihil autem intelligere.

Auicena. ¶ Subsequenter in tex. 6. docet Aristo. & naturam esse, & quid sit natura, supponendum esse in philosophia naturali tanquam primum principium indemonstrabile. Auicena, vt refert Commentator text. 3. ait non esse per se notum in physica naturã esse, nec illud hic Aristotelem docere: sed id solum q̃ ad physicum non pertinet hoc demonstrare, sed ad metaphysicum, cuius est aliarum principia scitiarum demonstrare. Hoc sibi persuadet, quia. 7. & 8. huius probat Aristo. omne quod mouetur habere principium sui motus: & 3. celi probat grauia & leuia habere principium sui motus, puta grauitatem & leuitatem: quod est probare naturam esse.

¶ Falsa tamẽ est opinio Auicene. Enimuero cũ. 1. post. text. 2. dictum sit de subiecto scientie supponendum esse, & q̃ sit, & quid sit, mens hic Aristo. est docere vtrumq; esse per se notum de natura, que est principium motus, a qua dicitur ens naturale & mobile: qõ est physice primum subiectũ. Obijcq; volentes [inquit] demonstrare naturã esse, vtuntur hoc tanquam ignoto & indemõstrabili: cum tamen sit per se notum ad sensum & demonstrabile. Et id quidem patefacit exemplo a contrario. Etenim vt cecus natus, qui nullam de coloribus habere potest scientiam [nam deficiente sensu deficit eius obiecti scientia. 1. post tex. 32.] cum de coloribus syllogizat, sola nomina formare sine eorũ conceptibus: & ideo vtitur ignotis ac si essent sibi nota. Contrario modo contendens demonstrare naturam esse vtitur tanquam ignoto & dubio, illo q̃ est per se notum. ¶ Quod vero ad sensum sit per se notum naturam esse, patet. Nomine enim nature vniuersi intelligant id quo res naturales differũt a non naturalibus: quod est habere in tra se principium sui motus. Dicit enim natura, vt. q. 1. explicabimus, quasi nascitura: quod est principium nascentium coniunctum ipsi semini quo ab intrinseco disponitur ad generationem. Et inde vniuersaliter principium intrinsecũ, quo res mouetur appellatur natura: sed est ad sensum per se notũ multa entia a se ipsis moueri, vt manifestum est de motu progressiuo animalium, & de motu grauiũ, que cum permittuntur, sua sponte cadunt: ergo. Dicit quedam, quia de omnibus non est adeo manifestũ. Vt de celo non habemus experientiam vtrum a se an ab alio moueatur. Nec de motu alteratiõis elementorum id cõstat ad sensum: cum videamus nõ alterari: nisi ab extrinseco. ¶ Unde ad Auicenam respondetur q̃ nec est dubium id naturam esse qõ est principium motus: nec rursus q̃ natura sit: sed est de qualibet re dubitabile: quenam sit eius natura. Primum vtrum vtiliter natura sit res distincta ab eo cuius est natura. Hoc esñ negabat Plato esse necessarium, dicens, q̃ aliquid potest a seipso moueri, ita vt nullo modo distinguat pars que mouet a parte que mouetur: cuius contrarium docet Aristo. locis citatis. s. q̃ omne quod mouetur ab alio mouetur: qui nam sint huic & illi rei, naturales motus, hoc est vnicuiq; scientie propriũ perscrutari circa suum subiectum.

Diuisio tri. ¶ Videtur autem nonnullis, natura & substantia eorum quæ natura sunt: esse quod primum subiectum est vnicuiq; non formatum per seipsum, vt lecti natura, lignum: statuę autem, æs, signum autem dicit Antiphon: quoniam si aliquis defoderit lectum & accipiat potẽtiam putredo vt sit germen, non vtique fieri lectum sed lignum, tãquam quod secundum accidens est, esse dispositionem secundum legem & artem. substãtiam autem: esse illam, quæ etiam permanet, hæc patiens continuè. Tex. vij.

¶ Ex diffinitione signata nature dubiũ restat quomodo illic accipiantur principium & causa: sit ne natura principium actiuum tantum, an passiuum an vtrumq;. Quam ambiguitatem dirimit in hoc tex. 7. & sequentibus. Ubi intẽdit tres statuere cõclusiones. Prima est materia, que est principalíũ passiuum est natura. Secũda. Forma nihilominus est natura. Tertia. Forma est magis & perfectiori modo natura quam materia. Ubi ex. 1. libr. meminisse opus est illius differentie inter veteres illos philosophos & Aristotelem, q̃ illi nõ attingentes Tres conclusiones.

veram naturā principij materialis, ponebant illud esse ens in actu cōpletum, puta aquā vel aerem. &c. atque adeo formas omnes substantiarum putabāt esse accidentia. Illi ergo tantummodo appellabāt naturā rei principium illud materiale, hoc modo syllogizantes. Natura vniuscuiusq; rei [vt nomē ipsum sonat] nihil aliud est, q̄ eius substantia, substantia vero [vt nomen itidem præfert] est illud qō perpetuo manet quocunq; accidēte corrupto: sed solum principium materiale est huiusmodi: ergo. Maiorem manifestabat Antiphon exemplo artificialiū. Experimur enim in artificialib⁹ q̄ si statuam ligneā Mercurij subtus terrā defodiamus, tunc cum putrida germinauerit non pullulabit in de statua: sed lignum. Signū ergo est naturam statuę non esse figuram illā, quę repullulascit, sed tantum lignum.

Textus. viij. ¶Si autem & horum vnumquodq; ad aliud aliquid idē hoc patitur (vt æs quidem & aurum, ad aquam: ossa autem & ligna ad terram, similiter autē & aliorū quodlibet) illa, est naturam esse substātiam ipsorum.

¶Applicat in textu. 8. hoc ad naturalia, hoc modo. Sicut se habet lignum ad lectum aut statuam, ita in naturalibus aqua se habet ad ęs & aurum, & terra se habet ad ossa & ligna: sed lignū est natura ista tuę, ergo & aqua est natura aeris & auri: & terra est natura ossis & ligni. ¶Ponit duorum exemplum: q̄ metalla & omnia fusilia, dum igne liquescunt resoluuntur in liquorem, quem appellabant aquā: ossa vero & ligna & lapides non liquescunt: sed igne vertuntur in cineres, & pariter si cōterantur. Et ideo substantiam & naturam illorum appellabant aquā: horum vero, terram.

Tex. ix. ¶Quocirca sanè, hi quidem terrā, alij verò ignem, alij aerem dicunt: quidam autem aquam, quidam verò quædā horum, quidam autem omnia hæc, naturam esse eorum quæ sunt. Quod enim aliquis ipsorum existimauit huiusmodi, siue vnum, siue plura: hoc & tot dicit esse omnē substantiam: alia autem omnia: passiones istorum, habitus, & dispositiones.

¶Infert tex. 9. q̄ ex illis aliqui vicebant naturā et principium rerum esse ignem: alij vero, aquā: aut aerem: quidam vero quędam horum. i. duo, puta aquam respectu metallorum fusilium, & cerę, & aliorū liquorum: terram vero respectu siccorū. Sed reliqua puta formas auri, ossis, ligni, equi: putabant esse passiones quasdam accidentales illius substantię & naturę. ¶Contrarium huius quod hic ait Aristo. videlicet aliquos antiquos posuisse terram principium, videtur asseruisse. 1. meta. text. 14. vbi dixit neminem posuisse terram vt principium. Multa est tamen contradictio: quia illic solum dicit q̄ nemo eorum qui ponebant tantum vnum principium dicebat illud esse terram: sed tamen qui ponebant plura principia, vnum quidem eorum ponebant terrā, vt Empedocles qui ponebat omnia elemēta, & Parmenides: qui ponebat ignem & terrā, vt habetur eodem lib. cap. 3.

¶Et horum quidē: quodlibet esse perpetuum. Non enim esse mutationem ipsis ex seipsis, alia autem fieri & corrūpi infinities. Vno igitur mō: natura sic dicitur: prima vnicuiq; subiecta materia habentium in seipsis motus principium & mutationis. Text. x.

¶Rursus aiebant illam substantiam & naturā rerū, perpetuam esse, nec fieri trāsmutationes secundū ipsam, sed solum secundum formas, quę infinities generantur et corrumpuntur in eadem natura. Vt enim si statua obruatur sub terra, corrūpetur quidem & germinabit lignū: ex quo iterum potest fieri similis statua: quę iterato corrumpi potest manente ligno: & ita infinities, pariter in naturalibus lignum versum in puluerem rursus germinabit: & ita infinities, manēte terra, quę est natura ligni generabitur & corrumpetur lignum. Et simili modo manente aqua, quę natura & substantia est metallorum, infinities corrumpetur, & inde rursus generabūtur metalla. ¶Philosophus igitur illis antiquis concedit Arist. hanc conclusionē, quę apud ipsum est prima. Materia est natura. Vnde natura inquit vno quidem modo dicitur prima vnicuique subiecta materia habentium in seipsis motum & principium motus. ¶Vbi adnotandum est q̄ licet concedat illis materiam esse naturam, non tamen concedit materiam esse aliquod suppositum completum, vt censebant illi: & ideo ait q̄ natura est prima materia, ad differentiam ligni & aliorum subiectorum artificialium. Et rursus [quę subiecta est vnicuique habentium in se principium] ad differentiam itidem artificialium, quę nō habent in se principium motus, vt dictum est. Ait principium motus & mutationis, propter generationem: quę non est motus: sed mutatio. ¶Quibus verbis argute insinuat aduersus illos, q̄ lignū quod est subiectū formę artificialis, non est natura, sed habens naturā: natura vero est prima materia ligni in quam resoluitur putrefactum lignum, de cuius potentia per virtutem seminalem educitur forma arboris, quę inde pullulat. 1. Conclu.

¶Alio autem modo: forma & species, quæ secundum rationem. Vt enim ars dicitur, quod secundum artem, & artificiale: sic & natura, quod secundum naturam dicitur, & quod naturale. Neque autem illud adhuc dicimus habere secundum artem aliquid: si potentia tantùm est lectus, nondum autē habet speciem lecti: neque esse arte: neque in ijs quæ natura subsistunt. Potētia enim caro aut os: neque habet adhuc sui ipsius naturā priusquàm accipiat speciē, quæ secundum rationē, quā diffinientes dicimus qđ est caro, aut os, neq; natura est. Tex. xi.

¶Addit

¶Addit aduersus priscos in tex. hoc. 11. conclusionem secundam. Alio modo natura est forma & species quę est secundum rationem. i. forma, vnde res sumit speciem, quę exprimitur per diffintionē. Homine enim rationis, intelligit quidditatiuam diffinitionem. Ob idq; ait, alio modo, quia alia ratione materia dicitur natura, alia vero forma. Probat cōclusionem tribus rationibus. Prima est. Quemadmodum in artificialibus illud est ars, a quo res dicitur artificialis & secundum artem, ita in naturalibus illud est natura, a quo res dicitur naturalis et secundum naturam [nam sicut ars ad artificialia, ita natura ad naturalia] sed in artificialibus non dicitur aliquid lectus, aut statua eo quod sit in potentia lectus: aut statua: nam lignum informe non diciturres artificialis, aut secūdum artem: sed tūc dicitur talis, quando est sub forma artificiali: ergo neque in ijs, quę natura subsistunt, dicitur res naturalis: puta os aut caro propterea quod sit in potētia talis: nam tunc semen animalis diceretur animal: sed dicitur naturale os, quando actu habet formam ossis: & naturalis equus, quando actu habet formam equi: ergo sicut in artificialibus forma est est ars, ita & in naturalibus forma est propria natura. Non accepit artem pro habitu qui est in artifice, sed pro forma: quia effectus sortitur nomen causę: dicimus enim imaginē, optimam esse artem. Et rue medullam huius rationis, qua certe ingeniose Aris. redarguit antiquos, intendens q̄ non deberent arguere ex analogia materię artificialium ad rimandum naturalium naturam: sed potius ex analogia formę ad formam: vt sicut artificialium est id a quo res artificialis sortitur speciem & per consequens a quo dicitur artificialis, ita id a quo res dicitur naturalis est forma, & per consequens illa est perfectius natura.

Textus xij.

¶Quare: alio modo natura vtique erit habentium in seipsis motus principiū, forma & species nō separabilis existēs, nisi secundum rationē. Quod autē est ex his: natura quidem non est, sed à natura, vt homo. Et magis natura hæc est: quàm materia. Vnumquodq; enim tūc dicitur: cùm entelechia sit, magis quàm cum potentia.

Aliter forma q̄ materia est natura.

¶Concludit ergo in tex. 12. propositam conclusionē, scilicet q̄ forma & species [idē enim est] alio mō est vtiq; natura q̄ materia. Non negat quin materia suo mō sit natura: sed dicit q̄ forma est alio mō. Subdit autem q̄ forma non est a materia separabilis existens secundum rē: quia forma naturaliter sine materia esse non potest: est tamen separabilis secundum rationem. i. secundum essentiam & diffinitionem quidditatiuā. Materia enim dicitur natura, eo quod est in potētia ad formam rei naturalis: forma vero est natura, eo quod est actus quo res naturalis sortitur speciem & diffinitionem quidditatiuā. Homo autem & quodcunq; compositum non dicitur natura, sed a natura. i. ens naturale. An vero natura equiuoce significet materiam & formā quęstione. i. disputatur. ¶Hinc infert tertiam cōclusionem, scilicet q̄ forma est magis natura quā materia. i. perfectius: non solū q̄ forma est perfectior q̄ materia in genere entis, sed quod rō naturę & principij est pręstātius in forma quam in materia. Materia enim est natura eo quod est principium passiuum motus eius in quo est: forma vero eo q̄ est actus & perfectio a quo res sortitur speciem. Et hoc est quod ait formā esse entelechiam. i. actum perficientem rationem speciei.

¶Ampliùs, fit ex homine homo: sed nō lectus ex lecto. Quapropter etiam dicunt figuram non esse naturam: sed lignum, quoniam fiet vtiq; si germinabit. non lectus, sed lignum, si ergo hoc est ars: & forma est natura, fit enim: ex homine homo. Textus xiij.

¶In textu. 13. probat eandem conclusionem secundam secunda ratione: qua sane antiquos suo ipsorū pugione confodit. Illud est rei cuiuscunq; natura, quod suapte naturā reddit & permanet quacunq; alia forma corrupta: quod Antiphon confitetur, dicens, lignum esse naturam lecti, formam vero minime, eo q̄ lectus cum sub terra obruitur, germinat lignum sine forma lecti: at vero tunc non solū materia ligni reddit: sed forma ligni: ergo qua ratione dicunt lignum esse naturam: concedere subinde habent formam ligni esse naturam. Imo potius formam quam lignum: nam si ex lecto nascere tur lectus, sicut ex homine homo, & ex ligno, lignū, formam lecti merito appellassent naturā: quia natura est id secundum quod simile generat sibi simile: & forma est ratio similitudinis geniti ad generans. Itaq; qua ratione negant formam artificialem lecti esse naturam, affirmare tenentur formam ligni esse naturam.

¶Ampliùs autem: natura dicta vt generatio, via est ad naturam. Non enim vt medicatio dicitur non ad medicinam via, sed ad sanitatem (necesse enim est: ā medicina non ad medicinā, esse medicationem) sic natura se habet ad naturam, sed quod nascitur: ex quodam in quidā venit, quatenus nascitur. Ad qd igitur nascitur? non ad id ex quo: sed ad quod. Textus xiiij.

¶In tex. 14. subditur tertia eademq; arguta ratio. Ad cuius euidentiam notato: q̄ motus quando significatur per modū actionis, denominatur a principio a quo: cum vero significatur vt passio, denominatur a termino ad quē. Cuius ratio est, q̄ motus eo q̄ est vt via in fieri denominatur a suo actu: actus vero actionis est forma, vnde procedit actio: sed terminus passionis est forma ad quam terminatur passio. Exēpli gratia. Medicatio significat motum per modū actionis: & ideo denominatur a medicina, quę est principiū eius actiuum: sed sanatio est nomen passionis, quę recipitur in animali: et ideo denominatur a sanitate. Unde medicatio non est via ad medicinam, sed a medicina: neq; sanatio est via a sanitate: sed ad sanitatem. Ad propositum natura, vt hic insinuat Aris. est equiuocum, significans & viam. s. generationem, quę dicitur nascitura & natiuitas: & preterea terminum generationis, a quo generatio dicitur natiuitas. Et hoc est quod

ait. [Eodē mō] [.s.vt sanatio a sanitate] natura dī ad naturā. i. natura denoiatur a nascitura. Tūc rō cimat hoc mō, nascit a quodā in quoddā nascit. i. de potētia materie pdit in actū forme [vt equū nascies dī potētia seminis i actū forme pdire] A quo ergo illud denominabitur nasci ⁊ motus denominabitur natiuitas? Ab illo ne a quo nascitur, puta a materia, an ab illo ad quod nascitur, scilicet a forma? Quasi dicat denominabitur certe ab illo termino ad quem nascitur: q nasci significatur per modum passionis. Probe ergo colligit ꝙ forma sit magis natura ꝙ materia: vt pote cum a forma motus generationis dicatur natiuitas, ⁊ suppositum dicatur nasci. ¶ Hinc elicitur ꝙ generatio est motus ad naturam: corruptio vero motus a natura que corrumpitur.

Forma itaque, natura est: sed forma & natura dupliciter dicitur. Etenim priuatio: species quodam modo est. si autem est priuatio & contrarium aliquod circa simplicem generationem, aut non est: posterius cōsiderandū est. Textus xv.

¶ Tandem tex. 15. ⁊ postremo huius capitis ait ꝙ forma ⁊ natura dupliciter dicitur, scilicet de specie, puta de forma, ⁊ de priuatione forme. Hoc bifariam potest quis forte sentire. vno modo vt priuatio que est tertium principium rei naturalis [nempe negatio forme in subiecto apto, que est terminus a quo generationis] sit quodam modo forma ⁊ natura. Hic tamen sensus stare non potest: tum quia vt questione vltima libri primi dicebamus, priuatio nihil positiuum dicit, sed negationem ⁊ absentiam forme: quare neutiꝙ censeri potest esse forma: tum etiam quia intentio Aristo. est ex tribus principiis generationis solam materiam ⁊ formā appellare naturam. Et ideo Commentator ⁊ fere omnes dicunt ꝙ priuatio accipitur hic pro forma duarum contrariarū minus perfecta: quam. qō. 5. explicuimus virtualiter includere priuationē sue contrarie. Est enim nigredo quodam modo priuatio albedinis: ⁊ frigiditas, caloris: ⁊ forma plante, forme animalis ⁊c. ¶ Sed restat dubitatio, quam obrem Aristo. induxerit huc, distinctionem hanc, arbitror id cause fuisse, ꝙ cum proxime dixerat generationem dici natiuitatem a forma genita, que est terminus ad quem ⁊ natura: poterat quis ambigere, dum res perfecta corrumpitur in imperfectam, vt cū lignum putrefit, excidatur arbor, aut moritur animal, corruptionem huiusmodi nō esse generationem seu natiuitatem: atq; adeo formam cadaueris, aut quancunq; aliam corruptionis nō esse naturā. Ait ergo huiusmodi formas, licet sint quodam modo priuationes perfectiorum, nihilominus, esse naturas. Unde illam elicit maximam Physicam. 3. huius textu. 73. ⁊. 1. de gene. tex. 16. ꝙ semper corruptio vnius est generatio alterius. Ad que quidem loca forsan annuit hic dicēs, ꝙ posterius est considerandum an in simplici. i. substantiali generatione, semper corruptio vnius quod se habet vt priuatio, sit generatio alterius, quod se habet vt forma. Vel forte alludit ad. 5. huius text. 10. ⁊. 2. de gene. tex. 24. vbi disputat, an sicut in generatione secundum quid, puta alteratione, cōtrarium fiat ex corruptione sui contrarij, ita in generatione simplici. i. substantiali, forma que corrumpitur sit contraria forme, que gignitur.

¶ Sequitur questio. 1. super text. 3. Utrum diffinitio nature ⁊c.

QVID INTER PHYSICAM, differat, & Mathematicam.

CAPVT. II.

QVONIAM autem determinatum est quot modis natura dicitur: post hoc speculandum est, quo differt Mathematicus à Physico. Etenim plana, & solida, habent physica corpora, & lōgitudines, & puncta, de quibus considerat Mathematicus. Textus xvj.

¶ Postquam superiori cap. prīcipit Arist. ceu fūdamentum huius libri, quid est natura, que est velut medium primum demonstrationum huius scientię: quid ens naturale, quod est substantiarum: ⁊ quid secundum naturam, que sunt proprię passiones: in hoc cap. quod. 11. habet textus constituit vtiam inter scientiam hanc physicam. ⁊ mathematicas: ea de causa, quia cum tractent de eisdem fere rebus, posset quis suspicari esse eandem scientiam. Facit ergo duo argumenta ad questionem. ¶ Primum in hoc text. 16. Ille scientię que cōmunicant in subiecto, sunt eedem, aut saltem vna est pars scientię physicę: sed physicus ⁊ mathematicus communicāt in subiecto: philosophatur enim vter ꝙ de solidis. s. de corporibus, ⁊ de longitudine, puta de linea, ⁊ de punctis: nam physicus tractat de ente mobili: quod non potest esse, nisi materiale, ⁊ per consequēs trinā habens dimensionem: ⁊ tractat de lineis, nam tractat de terminis quantitatis augmenti ⁊ decrementi.

Amplius autē si Astrologia, alia est: an pars Phisicę, si enim Phisici est quid sit sol, aut luna scire, accidentium autē per se nullum: inconueniens est. & præsertim cùm videantur dicere, qui circa naturam versantur: & de figura solis, & lunæ, & vtrum spherica sit terra, & mundus, an non. Textus xvij.

¶ Secundum est in tex. 17. Ille scientię sunt eadē, quibus eadem est pars specifica: sed astrologia est pars mathematice, vt notum est: quippe que tractat de quantitatibus orbium ⁊ siderum ⁊ motuū eorum: ⁊ est itidem pars physicę: nam vna pars physicę est de sole ⁊ luna, vt pote que sunt entia naturalia: ⁊ qui tractat de rei cuiuspiam substantia, habet ⁊ de eorum omnibus accidentibus disserere: ergo physica, ⁊ mathematica in idem concidunt. ¶ Quod adhuc confirmat authoritate veterum physicorū, qui de figura solis ac lunę terręq; ⁊ totius orbis in quantū physici pertractarūt.

De his igitur negociatur & Mathematicus: sed nō quatenus Physici corporis terminus est vnum quodq;. neque accidentia speculatur: quatenus ta-

Textus xviij. Abstra-hēsium non est menda-cium.

libus existentibus accidunt. QVA propter: & abstrahit. abstracta enim sunt intellectu à motu: & nihil refert. Neque fit mendacium: cùm abstrahunt.

¶ Quæstionem diluit in tex. 18. dicens physicam diuersam esse a mathematicis scientiam: nam quāuis idem habent obiectum materiale, non tamen habent idem formale. Considerant.n. quidem de rebus eisdem, rationibus longe diuersis. Hoc iā q. 1. notum fecimus: mathematicus enim tractat de quantitate, abstrahendo a materia sensibili: puta de triangulo, aut circulo, abstrahendo alligneo, gneo, albo, nigro. &c. ¶ Physicus vero tractat de figuris vt sunt termini rerum naturalium. Vt qꝝ hęsitare quis posset: quodā modo intellectus possit abstrahere quantitatem a substantia, cūm rei veritate absque substātia naturaliter esse non possit: addit abstractionem huiusmodi non esse mendacium. Vbi vulgata est illa distinctio abstractionis duplicis. Alia enim est negatiua: qua scilicet, negatur hoc esse hoc. Et hęc falsa esset, qua negaretur quantitatem ꝛ eius figuras esse in substantia. Sed alia est abstractio pręcisiua: quę non est negatio, sed contemplatio alicuius rei, aut alicuius, rationis pręscindendo ab aliis cum quibus in re coniungitur. Sicut posset quis albedinem lactis considerare sine dulcedine: non tamen iudicando album non esse dulce. Ex hac pręcisiua abstractione potest, id quod est prius natura abstrahi ab eo quod est posterius natura. Possumus n. rationem specificam hominis abstrahere a Petro: ꝛ rationem genericam animalis, ab homine: esto petrus formaliter sit homo, ꝛ animal. Et pari ratione, cum quātitas sit velut subiectum omniū aliorum accidentium sensibilium atꝙ adeo prius: imo realiter distinctum ab illis: possumus considerare quantitatem abstrahendo ab albedine ꝛ nigredine: quin etiam abstrahendo a substātia, etiā secundum opinionem tenentium ꝙ non distinguitur realiter ab illa.

Abstractio duplex.

Textus xix.

Latent autem qui hoc faciunt: & qui ideas dicunt. Physica enim abstrahunt cùm minus sint abstracta à mathematicis. ¶ Fiet autem hoc manifestum: si aliquis vtrorumq; tentauerit dicere terminos, & ipsorum & accidentium. impar enim erit & par, & rectum & curuum, adhuc autē & numerus, & linea, & figura: sine motu: caro autem, & os, & homo: non amplius. sed hæc, sicut naris sima, sed non sicut curuum dicuntur.

¶ Vnde tex. 19. subnotat Platonem, ꝙ ex ignorātia huiusmodi abstractionis lapsus est in idearum errorem. Et hoc est quod ait [latent autem qui hoc faciunt, ꝛ qui ideas dicunt] id est hoc modo abstrahentes latent eos qui ponunt ideas. Vel dicat ponentes ideas ignorant hunc modum abstrahendi per intellectum id quod in re non est separatum. Et hac de causa ponunt species realiter separatas ab indiuiduis: quę tamen sola sunt ratione separabiles. Et hoc est quod ait, illos abstrahere physica, quę minus abstracta sunt, quā mathematica. Nam secundum Arist. quātitates, de quibus considerat mathematicus, licet non possunt esse naturaliter sine substantia, ab ea tamen realiter distinguntur: species vero, de quibus considerat physicus, non solum non possunt esse sine indiuiduis, verum nullo modo distinguntur ab illis, nisi sola ratione. Petrus nāqꝫ ꝛ realiter et formaliter est homo. ¶ Fiet autem manifesta (ait Aristo.) differentia mathematicę a physica, ꝙ mathematicus considerat par ꝛ impar, curuum ꝛ rectum, non considerando in qua materia sint: physicus autem considerat curuitatem: non quidem abstractam, sed eam quę est in naso. Diffinit enim ꝙ simitas, aut aquilitas est nasi curuitas: illa quidem causa, hęc vero, prominens. Et pariter tractat de figura ossis, de figura hominis &c.

Demonstrant autem: & quæ ex mathematicis magis physica sunt, vt Perspectiua, & Harmonica, & Astrologia: ę contrario enim quodam modo se habent ad Geometriā. Geometria enim, de physica inea cōsiderat, sed nō quatenus est physica. Perspectiua autem: mathematicam quidē lineam, sed non quatenus mathematica: sed quatenus physica est.

Textus xx.

¶ In tex. 20. perspicacius adhuc differentiā hanc manifestat argumento a maiori. Perspectiua et musica, quę sunt medię inter mere mathematicas ꝛ mere physicas, proprius tamē physicę, quāuis connumerentur inter mathematicas: istę (inquit) scientię differunt a geometria ꝛ Arithmetica, quę sunt purę mathematicę: ergo a fortiori scientia pure physica differt a mathematica. Probat antecedens, qui geometria considerat quidē lineam abstrahēdo ab omni materia sensibili: perspectiua vero considerat lineam physicam .s. visualem, quę motu procedit ab obiecto ad potentiam. Et pariter arithmetica tractat de pari ꝛ impari, abstrahendo a materia sensibili: musica vero de numero proportionali in sono, qui armoniam contemperat. Dicuntur hę scientię magis physicę, vt probe ait. S. Thom. qꝛ habitus sortitur speciē a fine: ꝛ finis istarum est speculari proportionem in re sensibili.

Scientię mediæ.

Cùm autem natura duplex sit, & species & materia, vt si de simitate quid sit consideremus, sic contemplandum est. Quare neque sine materia, neq; secūdum materiā: quæ huiusmodi sunt. Etenim iam & de hoc dupliciter dubitabit quis: cum duæ naturæ sint, de vtra est Physici, an de eo quod est ex vtriusque? sed si de eo quod est ex vtriusque: & vtraque, Vtrum igitur: eiusdē aut alius, vtramque cognoscere?

Textus xxj.

¶ In tex.

¶ In tex. 21. & in parte reliqua huius capitis, constituta differẽtia inter physicam & mathematicã, manifestare prosequitur Ph. quousq; protendatur intentio physicę scientię. Unaquęque enim scientia, vt habet propria principia a quibus proficiscatur, ita habet & proprios terminos ad quos vsq; pertingat. Et ideo, cum duplex sit natura. s. species (id est forma) & materia: quęstionẽ mouet, vtrum physicus habeat de vtraq; considerare. Et qui duobus verbis insinuat argumẽta duo ad partem affirmatiuam. Primum quia cum phisicus naturalis habeat cõsiderare de natura: & tam materia quã forma sit natura, sequitur vt vtriusq; sit eius consideratio. Secundo quia cum phisicus, vt modo dicebamus, differat a mathematico: & ille tractet de formis accidentalibus vt abstrahuntur a materia, physicus vero de substantialibus vt sunt in materia, consequens est vt physicus tractet de vtraq; natura. ¶ Duplicem ergo proponit dubitationem. Prima vtrũ physici sit considerare de vtraq; natura. Sed hanc, tanquã ex proximis verbis satis solutã, relinquit. Secũda dubitatio est vtrũ physicę sciętię sit tractare de composito ex vtraq; natura, & per consequens de vtraq; natura, vtrũ eiusdem partis physicę sit vtraq; cõsideratio, an alterius sit tractare de materia, & alterius de forma. Quod est quęrere, vtrum sit de diuersis partibus subiectiuis, id est speciebus entis mobilis, puta de celis & de animalibus, sint diuersę partiales scientię physicę, ita & de materia & forma, quę sunt partes essentiales, sint diuersę scientię.

Ad antiquos enim aspicienti: videbi
Textus. xxij. tur vtiq; esse materiæ. ad exiguam enim partem quandam Empedocles & Democritus speciem & quod quid erat esse: tetigerunt. si autem ars imitatur naturam, eiusdem autem est scientiæ cognoscere speciem & materiam vsq; ad aliquid (vt medici sanitatem, & choleram, & phlema: in quibus est sanitas. similiter autem & ædificatoris: speciem domus, & materiam, lateres scilicet & ligna. similiter autem, & in aliis) & physice vtique erit cognoscere vtrasque naturas.

¶ In tex. 22. respondet ad quęstionẽ q. s. ad eandẽ prorsus partẽ physicę pertinet tractare de materia & forma. Sit verũtamen q antiquos aspicienti videbitur q speculatio physica solum sit circa materiam: & nihil circa formam: propterea q consideratio physica solum est de natura, & illi materiale dumtaxat substantiuum censebant esse naturã. Præter Empedoclem & democritum: qui parum exiliterq; insinuarunt de ratione formę. Quippe quorum primus ponebat res fieri per commixtionem diuersorum elementorum ex quibus resultaret mixtum, quodammodo differens ab illis: alter vero dicebat compositum fieri per concursum atomorum diuersarum figurarum. ¶ Probat autem cõclusionem positam tribus rationibus. Prima.

Ars imitatur natura: ergo ex artibus possumus naturam indagare. Nam sicut natura educit formam de potentia materię, disponendo prius illam & tandem gignendo ens naturale, ita & artifex ex preparatis & dolatis lapidibus & lignis facit domum: & ex molificato ferro facit ensem: et ex preparato ligno statuã: sed ad artificẽ cuius est inducere formam pertinet etiam considerare materiã, in qua & ex qua operatur: ergo & ad philosophum naturalem pertinet, non solum formam, sed materiam considerare. Sit vero, vsq; ad aliquid, q ad medicum, cuius est sanitatem facere in corpore humano, pertinet phlegma & sanguinem alios que humores cognoscere, que sunt materia sanitatis (nam sanitas est humorum proportio) & ideo debet cognoscere an phlegma superabundet, an sanguis sit putridus &c. sed tamen inquantũ medicus non tenetur scire an sanguis sit generosus, an complexio sit apta ad scientias vel virtutes: q hęc nihil pertinent ad sanitatem. Et similiter artifex debet considerare an lateres sint bene cocti, sint ex terra bona, an ex sabulo, an vero sint albi, vel nigri, non pertinet ad ipsum. Et statuarius, considerat an lapis habeat neuos & maculas, habeat grana grossa: & lignum sit ne durum, an molle: quatenus requiritur ad artem. An vero sit calidum an salubre: an germinans dulces fructus necne: non pertinet ad ipsum. Eodem modo ad physicum pertinet cognoscere materiam quatenus est potentia & principium passionum formę: quem vero gradũ entis habeat in rebus, hoc pertinet ad metaphysicum.

Insuper eiusdem est: id cuius gratia
Textus. xxiij. & finem, & quæcunq; sunt horum gratia. natura autem: finis est, & id cuius causa. quorum enim continuo motu existente, est aliquis finis ipsius motus hic vltimũ est, & id cuius causa. Quo circa & poëta: derisorie adductꝰ est vt diceret. Habet finem, cuius quidem causa factus est. V V L T enim: non omne vltimum esse finem, sed optimum.

¶ In tex. 23. Subdit rationem secundam. Ad eãdẽ scientiã pertinet cognoscere & finẽ, & ea q̃ sunt ad finem: sed natura, id est species quę constituitur per formam, est finis ad quem materia ordinatur: ergo ad eandem scientiam pertinet cognoscere & materiam & formã. Minorem probat sic philosophus. Illud quod est finis, id est terminus alicuius motus cõtinui, est vltimum (id est optimũ) & id cuius gratia fit motus: sed id ad quod terminatur generatio, est forma per quam suppositum cõstituitur in certa specie: ergo forma est vltimũ, & id cuius gratia est generatio: & per consequens cuius gratia est materia, quę est subiectum generationis. ¶ Ad euidentiam huius textus notandum est q nomen finis æquiuocum est. Accipitur. n. vno modo, aut pro extremo alicuius rei, vt dicimus finis terrę, aut pro termino alicuius durationis, vt erit finis mundi, & mors hominis dicitur finis eius. Alio modo accipitur pro causa finali: quę est id cuius gratia res fit. Ad cuius rationem non sufficit q sit vltimum rei: sed cum hoc requiritur q sit optimum & id quod intendi-

dit in motu, aut generatiõe. ¶ Quod si quis quærat modum cognoscendi quando aliquid quod est vltimum, est etiam finis cuius gratia. Respondet hic latenter, sed ingeniose Arist. q̃ finis, id est terminus motus, quando motus est continuus, est finis optimus ꝛ cuius gratia. Motum continuũ appellat illum qui non interpollatur. Exempli gratia. In generatione animalis est emissio seminis, ꝛ alteratio eius i matrice: quę terminatur ad generationem ꝛ vitam animalis geniti. Vita ergo est finis, id est id cuius gratia: quod est causa finalis. Sed cum animal peruenit ad perfectũ statum incipit postea alius motus cõtrarius tendẽs ad corruptionem animalis: qui proinde non est cõtinuus cum precedenti. Est. n. sicut graue proiectum sursum, quod in puncto reflectionis quo incipit cadere quiescit. Mors igitur animalis est quidem finis. i. terminus vitę illius: non tamẽ est causa finalis: quia nõ est optimum, ꝛ id cuius causa genitum est animal. Ideoq; dicere (vt est in sermone vulgi) mortem esse finem ad quem homo natus est (ita. n. loquitur vulgus, vt natus sum ad moriendum, ita hoc est verum) hęc inquã falsa locutio est, laborans equiuocatione finis. ¶ Secundo notãdum est q̃ iste innominatus poeta (quem Philoponus ait fuisse Euripidem) inducitur quasi loquens de aliquo nuper defuncto. Vt si dicas de Priamo, cum animam exalauit. [Habet finem, cuius causa factus est.] Dicunt aliqui interpretes hoc dixisse irrisorie, eo q̃ videtur nugatio, cũ dicitur, finis, ꝛ id cuius causa, ac si diceretur homo animal. Attamen irrisio certe non consistit in hoc: quia nulla est nugatio, sed potius diffinitio, cum dicitur, finis est id cuius gratia. Sed irrisio consistit in equiuocatione finis: quia mortem, quę est finis. i. terminus, appellauit finem, id est causam finalem. Vel si homo propter hanc causam natus sit, vt moriatur. Et potest aduerbium, irrisorie, accipi passiue: nam si ille assertiue hoc dicebat irridẽdus est. Et hunc sensum insinuat traductio Argiropili. Si tamen illud proferebat iocose, tũc irrisorie accipitur actiue: quasi quod ipse irridebat sophisma. Et hũc sensum exprimit versio Boetij, ꝛ hęc Catabli: vt patet in verbis sequentibus [vult enim] ꝛ ita habetur Hęcce, boulete, id est: bene enim poeta intelligebat non omne vltimum esse finem: sed illud quod est optimum.) Inducit ergo Aristo. pectam ad explicandum illam particulam. [Continuo motu existente] id est finis cuius gratia, non est terminus cuiuscunq; motus: sed vltimum quod continuo motu intenditur ab agente. Vnde. 5. meta. tex. 21. mors (inquit) nõ est finis, nisi methaphorice: quia est perfecta corruptio et vltimum malorum.

Textus. xxiiij.

NOS sumus finis omnium.

Quoniam & faciunt artes materiã: aliæ quidẽ simpliciter, aliæ verò operi accommodam, & vtimur, tanquã propter nos, omnibus quę sunt. SVMVS enim quodam modo & nos, finis. dupliciter enim est, id cuius causa. dictũ est autem, in eo qui de Philosophia.

¶ Duæ igitur sunt artes quæ dominantur ipsi materiæ, & quæ sunt cognoscẽtes, ea quæ vtitur, & factiuæ quæ architectonica est. quapropter & quæ vtitur architectonica quodam modo est. differt autem quatenus hæc quidẽ quę speciem cognoscit, architectonica est, alia autem, vt effectrix materię. Gubernator enim qualis sit species aliqua temonis cognoscit, & præcipit. Alius autem, ex quo ligno, & quibus ex motibus est. In ijs igitur quæ sunt secundũ artem, nos facimus materiam, propter opus. sed in physicis est.

¶ In tex. 24. ꝛ. 25. subsequitur vel noua ratio vel explicatio eiusdem minoris, quomodo videlicet materia naturalis est propter formam, ꝛ forma est finis materię. Pro cuius intellectu notandum est quatuor hic adnotari ab Aristotele artium genera: duas quę versantur circa materiam: tertiã, circa formam: quartam, circa vsum. Est. n. ars omniũ infima, que solum facit materiam simpliciter. vt ars faciendi lateres domibus extruẽdis. Alia est paulo altior, quę præparat materiam. vt ars fabri lignarij: qui dolat ꝛ præparat ligna ad construendam nauem. Interserit tamen parenthesim, dicens, q̃ finis omnium quę arte fiunt nos sumus. Duplex enim est finis alicuius rei aut actiõis. vt habetur. 5. meta. quẽ locum hic citat. Quamuis expressior sit hęc distinctio. 2. de anima tex. 37. Alter. n. est qui dicitur finis cuius: ꝛ alter finis quo vt finis cuius respectu domus, est homo: finis vero quo, est habitatio. Et ideo dicit q̃ finis quodã modo omnium artium, id est finis cui?, est homo: fines vero quibus, sunt diuersi vsus diuersorũ artificiorum. vt finis nauis nauigatio: finis equi equitatio. Quare non solum finis rerum artificialium, verum omnium naturalium est homo: quippe qui omnibus vtitur tanquã ijs quę eius causa facta sunt. ¶ Alię duę (inquit textu. 25.) sunt artes architectonicę, id est, principantes ꝛ dominantes artibus versantibus circa materiam scilicet ars inductiua formę, vt ars construendi nauẽ ꝛ ars quę vtitur nauigandi. Scilicet ars nauigandi. Artem aliquam dominari alteri inferiori, est præcipere artifici qũo ŏbeat operari. vt ars equestris præcipit frenefactiuę, dirigendo quale debet esse frenũ: tale em debet facere frenũ faber ferrarius, quale sit ad equitationẽ accõmodati? fm iudiciũ equitis. Ait ergo q̃ tam ars inductiua formę, quam ars vsualis est architectonica. Mã ars vsualis est maxime omnium suprema: nempe que habet iudicare de specie ꝛ forma nauium. Secundũ enim iudicium nautę debet ars construendarum nauiũ facere formam nauis, ꝛ formam temonis, ꝛ aliorũ instrumentorum nauis. Sed tamen ars nauifactiua est architectonica respectu artis, que præparat ligna. Artifex enim nauium præcipit fabri lignario qua forma debeat dolare ligna. Sicut architector arcis præcipit illis qui dolant lapides, facere eos, aut quadratos, aut rotundos. Ars vero præparandi materiam habet iudicare de materia ipsa quam præparat. vt faber lignarius, an lignum sit solidum. An sit aptum dolabrę. Sicut qui construit parietem debet iudicare an lateres sint bene cocti. ¶ Applicat Aristotel. artificiose qui-

Artificum genera.

Finis duplex.

se quidem artem ad naturam, dicens, ꝙ quemadmodum in artificijs nos facimus materiam ⁊ eam ꝓparamus, vt sit apta ad talem formam artificialem, ita in operibus naturę materia ipsa, non quidem fit (quia est perpetua) sed est ꝓpter formam. Unde tandem colligitur intenta conclusio, scilicet quod ad eandem scientiam physicam pertinet considerare, ⁊ de materia ⁊ de forma.

Amplius eorum quæ ad aliquid, materia est. ad aliam enim speciem: alia materia. Quousque ergo Physicum oportet cognoscere speciem, & ipsum quid est? an quemadmodum medicū, neruum: aut fabrum, æs, vsque ad aliquid? Alicuius enim gratia: vnūquodque, & circa ea quę sunt separabilia quidem specie: in materia autem. homo enim, hominem generat: & sol. Quomodo autem se habeat hęc separabilis, & quid sit: Philosophię primę est officium determinare.

Textus xxvj.

¶ In textu veniꝫ. 26. ⁊ postremo huius capitis addit primo postremam rationem eiusdem cōclusionis. Eorum quę ad se mutuo referuntur, eadē est scientia: sed materia dicitur relatiue ad formā: ergo cognitio materię ⁊ formę ad eandem scientiam spectat. Non intelligit materiam esse relationem secundum esse: quandoquidem est pars substantię: sed ꝙ est relatiuum secundum dici. Quia natura materię non exprimit, nisi in ordine ad formam: sicut potentia diffinitur in ordine ad actū. Ut enim in artificialibus cuicunꝫ formę adaptatur sua propria materia, ita in naturalibus dispositiones materię sunt secundum naturam formę. ¶ Concludit tandem Arist. quousqꝫ extendatur scientię physicę speculatio. Dit enim ꝙ quemadmodum medicus inquantum medicus non considerat de neruo inquantum neruus est, scilicet ex tali materia ⁊ forma, sed inquantum est subm sanitatis: ⁊ faberlignarius non considerat naturā ligni inquantum est fructiferum, aut in quantū sanitatis causa (vt est lignum indicum) sed in quātum aptum ad suam artem: ita physicus debet cōsiderare de formis non simpliciter: sed quatenus sunt actus materię. De formis enim quatenus abstrahunt a materia, metaphysica est contemplatio: sane cum illa scientia tractet de substantijs separatis: physica vero tractat de formis generabilium ⁊ corruptibiliū. Ex quo sequitur ꝙ consideratio de anima rationali, quatenꝰ est actus corporis, id est secundum operationes in quibus dependet a corpore, attinet ad physicum considerare: ⁊ ita in libris de anima consideratur de sensationibus ⁊ de intellectionibus, in quibus ꝓ isto statu necesse est phantasmata speculari. Ibi autē istit physicus: incipitꝫ de anima separata speculari theologus. ¶ Sequitur quęstio secūda super tex. 7. ⁊ tex. 18. Utrum naturalia ⁊c.

DE CAVSIS. CAPVT. III.

DEterminatis autem his: considerandum est de causis, & quæ & quot numero sunt. Cum enim sciēdi gratia hoc negocium sit, scire autem non prius opinamur vnumquodq; quam vtique ceperimus propter quid circa vnumquodq;, hoc autem est accipere primā causam: manifestū quòd & nobis hoc faciendū est, & de generatione, & corruptione, & de omni Physica mutatione. vt scientes ipsorum principia: reducere ad ipsa, tentemus quæsitorum vnumquodque. Textus xxvij.

¶ Secundum membrum principale huius libri, vt in eius partitione dicebamus, est de causis rei naturalis. Quapropter in hoc. 3. cap. per. 12. textus distributo agit Philosophus de quatuor generibus causarum naturalium: ⁊ in tribus sequentibus cap. agit de fortuna: quę est causa nominalis. ¶ In. 1. textu. qui est ordine. 27. proponit ꝙ determinatis his scilicet diffinitione naturę, ⁊ quousque intentio huius scientię prosequatur, rimari oportet causas ac potissimum causam primam rei naturalis. Quod hac ratione probat. ¶ Cōsideratio rerū que est propter scire debet primas causas primum omnium statuere, ad quas suas demōstrationes reducat: sed physica est propter scire rem naturalem: ergo prenosse habet eius causas. Insinuat in maiori alias esse scientias qui nō sunt propter scire, sed propter operari vt philosophia moralis ⁊ ars mechanica: in quibus non est necessarium omnes rei causas cognoscere. Philosophus enim moralis non perscrutatur habitum virtutis, an sit quantitas vel qualitas, an intendatur per radicationem in subiecto an vero per additionem gradus: sed solum quomodo generetur ex actibus virtutis, quomodo operetur ex electione ⁊ firmiter ⁊c. Et pariter faberlignarius, vt modo dicebamus, non considerat causas naturales ligni, sed an sit mole vel durum, ad suam artem. Physicus autem considerat res naturales non ad faciendum illas: quia non est in nostra potestate eas facere: sed ad cognoscendum contemplationis gratia. Et quia, vt in primo dictum est, tūc rē cognoscimus, quando causas eius vsque ad primas cognoscimus, colligitur. vt ad philosophiam naturalem pertineat considerare causas rei naturalis. Unde illud inter philosophos prouerbium ortum habuit. Felix qui potuit rerum cognoscere causas.

Vno igitur modo causa dicitur ex quo fit aliquid cùm insit. vt æs statuæ, & argentum phialæ: & horum gene- Textus xxviij.

ra. Alio autem modo: species & exemplum. hæc autem, est ratio ipsius quod quid erat esse: & huius genera. vt ipsius Diapason: duo ad vnum, & omnino numerus, & partes quæ in ratione.

Textus. xxix. ¶Amplius: vñ principiũ mutatiõis primũ, aut quietis. vt cõsultor causa, & pater filij: & oĩno faciens facti, & transmutans transmutati. Præterea, vt finis. hic autem est: id cuius gratia, vt ambulandi, sanitas. propter quid enim ambulat? dicimus, vt sanus sit: & ita locuti, opinamur assignasse causam. Et quęcunque iam mouente alio: intermedia fiunt ipsius finis. vt sanitatis: macies, aut purgatio, aut medicamenta, aut organa. omnia namque hæc, finis gratia sunt: differunt tamen abinuicem. quia alia quidem, sunt opera: alia verò organa. Causæ igitur fere tot modis dicuntur.

Quatuor genera causarum. ¶In textu. 28. & 29. ad rem accedens proponit quatuor esse genera causarum. Quas eisdem fere verbis recenset. 5. meta. text. 2. Vt in ędium extructione lapides & ligna sunt causa materialis: figura vero est causa formalis: sed artifex est efficiẽs: & habitatio est finalis. ¶Prima ergo causa ordine generationis est materialis. Cuius repetit diffinitionem, quam in calce primi libri statuerat: nẽpe q materia est causa ex qua fit aliquid cũ insit: id est, quę intrinseca est rei & per se illi cõueniẽs. vt loco citato exposuimus. ¶Ponit exemplum in artificialibus: per quę materiam primam inuestigamus. ¶Secunda causa, quę itidem intrinseca est, est forma. Quam hic & vbiq; appellat speciem. Addit autem species & exemplum: vel (vt Argiropylus vertit) exemplar. Hoc, vt arbitror, adiecit ad refellendam opinionem Platonis: qui ponebat duas causas formales: aliam ideam separatam perpetuam, quam vocabat exemplar, aliã particularem in materia: quę erat illius participatio. Aristotel. vero aliter philosophatur. Docet enim formam quę est in agente, esse exemplar, ad cuius similitudinem producitur forma in genito. Itaq; forma, quatenus est in agente, habet rationem exemplaris: & quatenus est in genito exercet rationem formę. Subdit tamen exemplũ de specie, id est de quiditate: propterea qõ quiditas specifica rei sumitur a forma physica, vnde diffinitio quiditatiua sumit differentiam. Et ponit illud in artificialibus. Diapason enim est proportio & velut quiditas musicę. Diapason, si ad verbum Græcum reddas, idem est quod proportio ex omnibus. Et ideo authore Boetio libro. 1. musicę & hic Aristo. est proportio dupla: quã musici practici vocant, octauam inter cuius extrema mediant omnes voces. Symphonia ergo, id est consonantia, est genus, sicut animal: Diapason vero est species, sicut homo. Exemplum vero

Materia.

Forma.

Diapason.

in naturalibus est forma physica aut quiditas speciei. Addit autem q ad hoc genus causę reducitur genus diffinitionis. Non enim solum diapason, quę est proportio duorum ad vnum, sed numerus qui est genus illius, est sicut causa formalis. Et omnino partes diffinitionis scilicet differentia. Ponit exemplum numeri qui est primum et supremum genus arithmeticę, cui subalternatur musica. Nam genus proximum diapason, scilicet proportionis duple, est proportio multiplex quę diuiditur per duplam, triplam &c. Et nota quam sit hoc exemplum naturalibus aptissimum. Vt enim musicus non tractat de proportione abstrahendo a materia, sed de ꝓportiõe in materia sensibili, scilicet in numero sonoro, ita physicus non tractat de formis separatis, sed de formis constituentibus certam speciem in materia sensibili. ¶Tertia causa in textu. 29. est vnde principium mutationis aut quietis. Quod est dicere causa efficiens est principium primum: vnde procedit mutatio & quies. Ait primum, vt excludat causam instrumentalem: diffinitur enim hic causa dumtaxat principalis. Subdit exempla quatuor. Quę S. Thom. hoc modo reducit ad causam efficientem. Est inquit efficiens quadruplex scilicet consilians, perficiens, id est inducens formam, & prępparans, seu disponens materiam, & adiuuans. Et quidem partitio hęc causę efficientis optima est & physica. Cui vero verba Aristo. hoc non appareant ita manifeste exprimere, dicere potest q Aristo. posuit exemplum in moralibus, dum dixit, consultor, qui est primum mouens tanquam causa efficiens. Nam consultor mouet eum qui facturus est opus. In naturalibus vero, quantum ad factionẽ simpliciter (qualis est generatio substantię) posuit exemplum in patre: sed vt compręhenderet omnem factionem, etiam secundũ quid (quales sunt omnes alterationes naturales) adiecit tertium, scilicet facieus, facti, at de artificialibus subiecit vltimum exemplum. Vnde medicus est causa sanitatis per transmutationem materię, scilicet attenuando, aut corroborando infirmum. Et hęc quatuor repetit paulo post. ¶Postrema causa est finis: quę vt text. 23. dicebatur, est id cuius gratia res fit. vt sanitas est ambulationis causa finalis. At quia in fine occulta est ratio causę, propterea q finis est vltimum in operatione, & cum tamen causa dicat id quod præcediteffectũ, probat finem esse causam. eo q̃ dum interrogamur propter quid ambulamus, respondentes propter sanitatem, opinamur causam assignasse. ¶Præterea quia nomen finis videtur designare id quod est vltimum & postremum in operatione, addit q vbi multa media ordine quodam tendunt ad vnũ vltimum finem, tunc contingit esse plures fines intermedios. vt semper id quod est posterius in executione sit finis respectu prioris. Sicuti econuerso: quod est prius in executione est causa efficiens respectu posterioris. vt si propter sanitatẽ attenuatur infirmus, sanitas est finis attenuationis & macies. Sed quia ad extenuandum requiritur purgatio aut phlebotomia, macies est finis vtriusq; euacuationis. Et eadem ratione purgatio est finis conficiendę medicinę euacuatiuę: & phlebotomia est finis organorũ, scilicet instrumẽtorũ, vt scapelli tonsoris. Et viceuersa confectio potionis est causa efficiens euacuationis: & euacuatio, extenuationis: ac demum extenuatio, sanitatis. Ait tamen hęc differre abinuicem, q inter hęc aliqua sunt opera, vt euacuatio, alia vero, organa.

Caput tertium.

vt scapellus. Imo alia etiam sunt opera operata: vt potio ⁊ sanitas. Cõcludit ergo ꝙ causę fere tot modis dicũtur. Adiecit, fere, aut ppter alias causas non naturales (qualis est fortuna) aut quia ille est modus loquendi Aristo. ad rescindendas cauillationes sophistarum.

Textus xxx. ✶ Accidit autẽ cum multipliciter dicantur causæ: & multas eiusdem causas esse, non secundum accidens. vt statuæ, & ars statuaria, & ęs, non secundũ alterum quid, sed quatenus est statua: sed non eodem modo: sed hoc quidẽ, vt materia: illud autem, vt vnde est motus. ¶ Sunt autem quædam: & ad inuicem causæ. vt laborare: causa est bonæ habitudinis. & hæc, laborandi: sed nõ eodem modo. sed hoc quidem, vt finis: illud autem, vt principiũ motus. ¶ Amplius autem eadem causa cõtrariorũ est, Quod enim præsens, causa huius est: hoc & absens facimus aliquando causam contrarij. vt absentiã gubernatoris, nauis subuersionis: cuius erat præsentia causa salutis.

¶ In tex. 30. infert ex dictis corollaria tria. Primum ꝙ eiusdem rei possunt esse plures causę per se. Nam causę quę sunt secundũ accidens nullum est dubium quin possint esse plures (cũ non comprehendãtur sub certo numero) vt statuę (inquit) inquantũ est statua, ars est causa ⁊ ęs: ęs quidem vt materia: ⁊ ars, vt causa efficiens vnde motus. Causa enim efficiẽs est artifex: sed causa qua agit, est ars. ¶ Secũdum corollarium est, ꝙ stat aliqua duo sibi inuicem esse causas per se. s. in diuersis generibus causarum. vt bona valetudo per se est causa finalis laborandi, id est exercendi corpus: exercitium vero est causa efficiens sanitatis. Causa efficiens semper appellatur principium vnde motus: sicut finis vocatur, cuius gratia. Et pariter materia est causa materialis formę ⁊ forma causa formalis materię. ¶ Nec vlla est in hoc contradictio, quę apparere posset, propterea ꝙ causa est prior effectu, ⁊ videtur cõtradictio ꝙ. a. sit prius ⁊ posterius quã. b. Etenim finis est prior secundum rationem, id est in intentione agentis: causa vero efficiens est prior secundum rem in operatione. vt. q. 3. apertius constabit. Tertium corollarium est, ꝙ idem est quandoq; causa contrariorũ. vt gubernator, qui sua præsentia est causa seruationis nauis, absentia sua, dum dormit, est causa submersionis.

Textus xxxi. Omnes autem nunc dictæ causæ in quatuor cadunt modos manifestissimos. Elementa enim syllabarum, & materia factibilium, & ignis & hujus modi corporum, & partes totius, & vng idem q effe suppositiones conclusionis: vt id ex quo causæ sunt. Harum autem aliæ quidem sunt vt subiectum, vt partes. aliæ autem, vt quodquid erat esse: & totum, & compositio, & species. semen autem, & medicus, & consultor, & omnino ipsum faciens: omnia sunt vnde principium mutationis, aut status, aut motus. Aliæ autem: vt finis, & bonũ aliorum. Id enim cuius gratia: optimum, & finis aliorum consueuit esse. Differat autem nihil: idem dicere bonum, vel apparens bonum. Causę igitur tales, & tot sunt speciei.

¶ Subsequenter tex. 31. ⁊ sequentibus ad maiorẽ elucidationem latius explicat modos causarum. Atqui apertiora prius ponit exempla prędictorũ quatuor generum in his quę videntur habere nõ nullam differentiam. Ait enim ꝙ in genere causę materialis sunt elementa syllabarum, id est literę, ex quibus constant syllabę: ⁊ materia factibilium, vt lignum scanum. Et ignis, ⁊ huiusmodi. s. alia ex elementa. corporum, id est sunt quodam modo materia mixtorum. Et partes. s. integrales sunt materia totius, vt membra, hominis: ⁊ suppositiões, conclusionum. Hęc enim omnia, licet non nihil videantur differre, habent tamen rationem causę materialis, propterea ꝙ causa materialis exprimitur per prępositionem, ex, ⁊ hęc omnia sũt ex quibus res fit. Tametsi aliter syllaba fiat ex literis quã sunt partes eius, ⁊ aliter phiala ex ęre, quod est eius subm: ⁊ aliter mixta ex elemẽtis: quę vt dictum sumus, in lib. de generatione nõ manent in mixto formaliter, sed secũdum suas qualitates: nihilominus ex mutua in se actione fit mixtum. Et alias membra animalis sunt materia adhuc quam partes syllabę. Nam partes hominis sunt simpliciter vnum per continuationem: literę vero minime. Quod si quis arguat contradictionẽ esse in Aristo. quippe tex. 28. dixerat partes diffinitionis scilicet genus ⁊ differẽtiam esse causas formales, sicuti est diffinitio ⁊ species ipsa: hic vero generaliter dicit ꝙ partes sunt causę materiales. Bifariam responderi potest. Primum ꝙ hic solum loquitur de partibus integralibus, illic vero de partibus diffinitionis. Sed melius respondetur cum S. Thoma. ꝙ si partes diffinitionis considerentur in ordine ad suppositum, tunc sicut quiditas ipsa ⁊ natura quę exprimitur per diffinitionem significatur, vt forma respectu suppositi, vt humanitas respectu hominis, ita ⁊ vtraque pars diffinitionis se habet vt forma respectu eiusdem suppositi. Si vero considerentur in ordine ad diffinitionem cuius sunt partes, tunc censeri possunt quodam modo materia ipsius. quia diffinitio cõponitur ex genere ⁊ differentia, sicut compositũ physicum ex materia ⁊ forma. ¶ Postremũ exemplum est quod suppositiones, id est prędictę sunt materia conclusionis. In quo etiam verbo est dubium: nam prędictę potius sunt causa efficiens cõclusionis, quippe cuius assensum efficiunt, quã

sint materia. Respondetur tamen q assensus præmissarū, atq; adeo habitus inde genitus, sunt quidem causa efficiens assensus r habitus conclusionis, attamen termini ex quibus constant præmissę apprehensiuę sunt etiam materia ex quibus cōponitur conclusio apprehensiua. Sane quę conflatur ex extremitatibus præmissarum. Non tamen viceuersa cōclusio dicitur materia præmissarum: sedq; conclusio componit ex extremitatibus quę in antecedenti seorsum sunt in diuersis præmissis: coeunt in compositionem conclusionis. ¶Sequitur exemplum causę formalis. Ait enim q causa formalis est quodquid erat esse, id est quiditas speciei. Humanitas enim est forma hominis. Hic modus loquendi notandus est apud Aristotelem quem. q. 3. latius aperimus. Et generaliter (inquit) omne totum r compositio r species est sicut forma respectu suarum partium. vt compositio syllabarum, r compositio domus respectu suarū partium: compositio mixti respectu elementorum: cōpositio animalis respectu membrorum: r compositio conclusionis respectu extremitatis. vt singula formarum exempla singulis materiarum respondeant. ¶De causa efficienti subiungit in particulari r expresse quatuor illa quę in textu. 29. dixerat confuse. Quod enim illic dixerat, pater filij dicit hic semen (quod est virtus patris) quod dixerat, transmutans, transmutati, dicit hic medicus: quod dixerat, cōsultor, r quod dixerat, faciēs, facti, eisdem nominibus refert. ¶Quarto deinq; loco subijcit exemplum causę finalis. Ait enim q causa finalis est bonum r optimum vniuscuiusque, cuius gratia aliquid est. Et quia in moralibus non semper actiones fiunt propter id quod apparet bonum, addit, nihil referre ad rationem finis bonum ne sit in re, an apparens bonum. Est enim finis auari vtilitas, r finis voluptuosi delectatio, quę sensibus apparent bona.

Textus. xxxij.

Modi autē causarum, numero quidem sunt multi: in capita verò contracti, & hi pauciores. dicuntur enim causæ multipliciter: & ipsarum que similium specierum sunt, prior ac posterior alia, alia. vt sanitatis, medicus & artifex. & ipso diapason, duplum, & numerus. & semper quæ continent: ad singulares.

Diuisiões quatuor.

¶In tex. 32. pergit exprimere varios modos causę in vnoquoq; genere. Qui si reducātur (inquit) ad capita, id est ad aliquas rationes magis vniuersales, pauciores erunt vt textu statim. 36. explicabimus. Diuisiones, præter iam positam, sunt quatuor. Prima. Unumquodq; genus causę diuiditur in particularem r vniuersalem. Seu, in proximam, r remotam. Quę quidem diuisio est secūdum modum significandi superiorem r inferiorē. vt in causis efficientibus. Sanitatis causa proxima r particularis est, medicus: remota vero et vniuersalis est, artifex. Et adhuc remotior est, agens. Hęc enim tria se habent: sicut superius r inferius. Et in causis formalibus. Ipsius diapason (quę est proportio dupla in numero sonoro) causa formalis, id est proximum genus, est proportio dupla numerorum, abstrahendo a materia sensibili: remotior autem est proportio: abstrahendo adupla vel tripla. ¶Facile potest quisq; exempla hęc naturalibus accommodare. Hominis cā causa proxima r particularis est homo: remotior vero et vniuersalis est animal: r adhuc remotissima, corpus. Non q hę causę dicant distinctas res: sed distinctas rōnes. Homo. n. generat hoiem: nō in quantū animal, sed inquantum homo: quia ratio animalis non sufficeret ad generationem hominis: sed quia homo per se est animal, sicuti medicus per se est artifex, animal per se est causa hominis: remota tamen, r vniuersalis. ¶Dubium est hic quomodo intelligit hic Philosophus, particulare r vniuersale, vtrum in prędicando solum, vt apparet in eius exemplis, an etiam per hęc intelligat particulare r vniuersale in causando. Generationis enim hominis proxima causa est homo vniuersalis vero est sol: qui non solum hominem, sed res alias producit: non tamen est vniuersalis in prędicando: quoniam homo non est sol: sicut medicus est artifex, r diapason est proportio numerorum. ¶Ad hoc tamen, quia res est maioris notę. q. 3. respōdetur. Ubi r exempla, quę hic prętermissa videntur, in causis finalibus r materialibus adhibentur.

Textus. xxxiij.

Amplius autem vt accidens. & horum genera, vt statuæ, aliter Polycletus, & aliter statuarius. quoniam accidit statuario, Polycletum esse. & continentes etiam accidens, vt si homo causa sit statuæ, aut omnino animal. Sunt autem accidentium alia alijs remotius & propinquius, vt si albus & musicus, causa dicantur statuæ.

¶Secūda diuisio est in tex. 33. Causarum alia est per se, alia per accidens. Causa per se est illa quę necessario requiritur ad effectum, seu quę se habet, vt proprium principium illius. vt statuarius est causa statuę. Causa vero per accidens est illa quę accidit, aut causę per se, aut effectui intento a causa per se, vt Polycletus aut musicus: quę accidunt statuario (potest enim esse statuarius, qui nec sit Polyclet⁹, nec musicus: r fossio sepulchri est causa per accidens inuentionis thesauri: cum fodiens non intendebat, nisi mortuum sepelire. Sed hęc. q. 3. amplius explanantur. Ob idq; sicut causarum per se, alia (vt dictum est) est particularis, r alia vniuersalis, ita (inquit) est in causis per accidens. Est enim r inter has alia propinquior r alia remotior. ¶Et vterq; motus combinatur cū vtroq; modo per accidens. Causa enim per accidens contingit dupliciter. Primo ex parte subiecti cui accidit ars. Et inter has aliqua est propinqua r alia remotior. vt Polycletus est causa per accidēs propinqua statuę. sed homo, est causa per accidens remotior: r animal adhuc remotior. Nam cum formę non sint, nisi in singulari in diuiduo, homo est statuari⁹, quia Polycletus est statuarius: r non econuerso, quia homo est statuarius. Polycletus est statuarius: poterat enim esse homo statuarius, licet non esset Polycletus. Et eadē ratione: q; homo est statuarius animal est statuariū. Et ideo quāto prędicatū est vniuersali⁹, tanto, est causa per accidens remotior statuę.

Causa per accidēs dupliciter.

¶Sed cōtra licet Polycletus sit causa per accidens sta

dens statuę videtur tamen ꝙ hō sit causa perse: nā ars per se est in homine quia brutum non potest esse artifex. ¶ Respōdetur dupliciter. Primo ꝙ quāuis ars soli homini possit competere, non tamen conuenit omni: quin etiam possibile esset nullum hominē habere artem: ꝛ ideo hō est causa per accidens. Et preterea quia solū hō pōt esse causa artificij, sed ꝛ brutum: boues. n. quodam mō faciunt dominum vehendo materiam. ¶ Alio mō contingit causa per accidens: quia accidit subiecto artis, vt albꝰ aut musicus est causa statuę. Et inter has adhuc aliqua est propinquior ꝛ aliqua remotior, vt musicū ꝛ albū. Musica videtur esse accidens propinquius respectu statuarij: quam albedo: propterea ꝙ musica est in anima rationali, vbi est ars statuaria. Et ideo qui aptus est ad musicam, videtur esse ingeniosus, quod pariter requiritur ad hoc vt sit artifex. Albedo vero est in corpore, ꝛ ideo nullam dicit aptitudinem ad artem. Et vero subiū, puta Polycletus, propinquior causa est quā musicus, ꝛ quodcunque accidens. Nam musicus non est causa statuę, nisi ratione Polycleti, in quo ꝛ musica ꝛ ars statuaria simul sunt. ¶ Et hanc itidem distinctionē ad naturalia facile est applicare. Hō. n. est causa p se hominis: ꝛ equus, equi: petrus autē per se causa hominis, sed per accidens: quia pōt hō generari ab alio quā petro. Et a fortiori albꝰ, aut niger, christianus, aut sarracenus est causa per accidēs hois. Tametsi hoc. q. 3. exactius examinamus.

Textus. xxxiiij. Præter omnes autem & propriè dicitas & secundum accidens: alię quidē vt potentes dicuntur aliæ verò vt operantes veluti ædificandæ domus, ædificator. aut ædificans ædificator.

¶ Tertia diuisio est, in tex. 34. ſ. causarū, siue perse siue per accidens. alia est causa in potentia, vt statuarius, ędificator, que solū dicunt habitū: alia vero in actu, vt ędificans, statuam faciens, quę dicit actum operandi, ac si dicas, sciēs ꝛ doctus, qualis est dormiens, ꝛ, cōsiderans, seu scientia vtens.

Textus. xxxv. Perinde autem dicetur vt in ijs quorum causæ sunt ipsę causæ: atque in ijs quę dicta sunt. vt huius statuæ, aut statuæ aut etiā omnino imaginis, & æris, huius, aut æris, aut omnino materiæ & in accidentibus similiter.

¶ Addit in tex. 35. ꝙ diuisiones omnes quę posite sunt ex parte causę, possunt etiam intelligi ex parte effectuum. Sicut enim dicimus ꝙ huius effectus, puta huius statuę, causa per accidens proxima est Polycletus, ꝛ causa perse proxima est statuarius. ꝛ causa remota ꝛ vniuersalis est artifex, ita ex parte effectus dicendum est ꝙ Polycletus est causa huius statuę. ſ. Mercurij, ꝛ causa statuę, ꝛ adhuc causa imaginis: quę est vniuersalior effectus. Imago enim etiam dicitur de imagine sigilli, licet non sit statua. Et similiter in accidentibus Polycletus est causa statuę: ꝛ causa magni ꝛ parui: quę sunt accidētia statuę, quatenus artifex magnum lignum, dedolando facit paruum: paruum vero coaugmentando facit magnum.

Amplius autem: connexæ & hæ & illæ dicentur. vt non Policletus neque statuarius: sed Polycletus statuarius. ¶ Attamen omnes hæ, sunt multitudine quidem sex: dictę autem dupliciter Aut enim vt singulare, aut vt genus aut vt quod secundum accidens, aut vt accidentis genus, aut vt cōnexæ hę: aut vt simpliciter dictæ: omnes autem aut actu existentes, aut secundū potentiā. Textus. xxxvj.

¶ Textus hic trigesimus sextus, habet duas particulas. In prima est postrema diuisio causarū. Ait enim ꝙ causa per se ꝛ per accidens accipi possunt, aut seorsum perse, aut complexe ꝛ coniūctim vt Polycletus seorsum est causa per accidens statuę: statuarij vero est causa per se: sed si dicas Polycletus statuarius, hęc est causa complexa ꝛ per accidens, ꝛ perse. ¶ In secunda particula reducit hoc modos ad certum numerum. Ait. n. duodecim esse modos causarum. ſ. singularis, ꝛ vniuersalis, ꝙ se, ꝛ per accidēs, cōnexa. i. complexa, ꝛ simplex. Et quęlibet istarum sex distinguitur in potentiam ꝛ actum: ꝛ ita resultant duodecim modi. Et hoc est quod supra dixerat, ꝙ scilicet plurimi sint modi: ſꝛ si reducātur ad certa capita sunt pauciores. Duodecim enim reducuntur ad quatuor

Differunt autem tantum, quod actu quidem existentes & singulares, & ea quorum sunt causę, simul sunt & non sunt. vt hic medens cum hoc qui sanatur: & hic ædificator cū hoc quod ædificatur. Quæ autem sunt secundum potentiam: non semper. corrūpitur enim non simul: domus, & ædificator. Textus. xxxvij.

¶ Consequenter in textu. 37. statuit differentiam inter causam in potentia ꝛ causam in actu, dicens ꝙ causa in actu dicitur adconuertentiam cū suo effectu: ita vt ad positionem vnius sequatur positio alterius ꝛ viceuersa. Hoc tñ (ait) intelligitur qñ est causa perse ꝛ proxima singularis. Sequitur enim hic medicans est: ergo hic, cui medetur, est, ꝛ econuerso: vt hic sanatur: ergo hic sanans est, tamē causa in potentia non conuertitur cum suo effectu: non. n. sequitur ędificator est: ergo ędificiū fit aut est, quia ędificator non dicit actum, sed habitum ędificandi: nec sequitur viceuersa, ędificium est: ergo ędificator est, Imo nec in causis in actu sequitur si sunt communes ꝛ remotę. Non enim sequitur, ędificans est: ergo hoc ędificatur: potuit enim ędificans aliud ędificare: nec sequitur aliquid ędificatur: ergo hoc ędificans est, quia potest aliquid ędificari ab alio. Sequitur autem si causa ꝛ effectus accipiantur proportionabiliter ꝛ proxime. vt sequitur ędificans est ergo aliquid ędificat ꝛ econuerso. vt enim hoc ędificans est causa proxima huius ędificij, ita ędificans in communi

est causa,edificij.¶Sed dubium est contra exēplū Arist.non enim sequitur hic medicās est:ergò hic infirmus curatur:nec ecōuerso:quia potest hic medicans alium modo sanare:ꝛ hic qui sanatur ab alio medicante modo sanari.¶Respondetur ꝙ hec medicatio numero fieri non potest,nisi ab hoc medicante ꝛ in hoc medicato:quia actiones singulares sunt perse circa talia singularia:scriptio.n.hęc numero non est,nisi huius numero literę,ꝛ ab hoc scribente:neꝙ hęc numero litera, potuit alia numero scriptione fieri. Et hęc doctrina maxime in naturalibus est obseruanda:vtpotè qua docetur ꝙ hic numero ignis cum his dispositionibus.s.hic ꝛ nunc non potest,nisi hunc numero ignem producere.¶Alterum dubium est maius in naturalibus non.n.sequitur,hoc generans est ergo hoc quod generatur est,quippe cum multo ante homo generat,quam sit filius genitus.Imo in artificialibus quando artifex facit primum lapidem fundamenti ędificat:ꝛ tñ domus nō est.Quin stat etiā vt aliquid sit actu ędificans,ꝛ tñ nunquam domus finiatur.¶Postremo cap.2.lib.posteriorum copiosè hoc tractat Arist.quo mō videlicet causa ꝛ effectus dicātur ad conuertentiam,vbi nos id late exposuimus.Sed ꝛ.q.hic.3.tractamus copiosius.

Textus. xxxviij. Oportet autē semper causam vnius cuiusque summam quærere:vt & in alijs.vt homo ædificat,quoniam ædificator est,ædificator autem:est secundum ædificandi artem.hæc igitur prior causa est:&sic in omnibus,¶Amplius,aliꝙ quidem genera sunt generum,aliæ autem,singularia singularium, vt statuarius quidem,statuæ,hic autem, huiusce.Et potentiæ quidem,posibilium.actu autem existentes, ad actu existentia.Quot igitur causę,&quomodo causæ sunt, sint nobis determinata sufficient.

¶In textu.38.ꝛ postremo huius capitis ponit Aristo.duo documenta.Primum ꝙ in omni genere causę oportet semper primam peruestigare, vt si quęratur in causis efficientibus,cur hō ędificat, respondendum,quia est ędificator. Quod si rursus quis percontetur,cur est ędificator, respondendum,quia artem habet ędificandi:ꝛ illic sistendum est, tanquam in illo quod est huius ordinis causarum primum.Notandum est hic vt ex Themistio elici pōt,tres conditiones designari nomine primę causę alicuius ordinis.Nempe ꝙ sit per se,ꝙ sit proxima,ꝙ sit causa omniū aliarum eiusdē ordinis.Prima enim causa cur medicus sanat,nō est quia est homo aut musicus,aut Policletus,qa omnes illę sunt causę per accidens : neꝙ eo ꝙ est artifex,aut agens:nam illę sunt causę,per se quidem,sed tamen remotę. Rursus prima causa non est,quia est medicus:licet illa sit causa perse ꝛ proxima:sed quia habet artem medicinę. Nam licet esse medicum,ꝛ habere medicinam,nō sint duo realiter. tamē formaliter loquendo, non est verum quod iste habet artem medicinę, quia est medicus : sed econuerso quia habet artem medicinę, est medicus. Et ideo habere artem, non solum est causa effectus medēdi,sed est etiā causa quare iste est medicus,quę erat causa intermedia, obidque illa est prima causa.Similiter in naturalibus,si quęratur quare petrus generat paulū. illud non est quia habet vxorem:illa.n.est causa per accidens:quia potuit ex aliena generare:nec quia est animal:quia illa est causa remota : sed quia est homo.Quod si rursus quęras quare est hō,quia animal rationale:q̄ est prima causa in illo ordine. Eodem modo in causis materialibus:causa quare hoc est album est,qz est quantum:sed causa quare est quantum, est quia est corpus : corpus autē est qz habet materiū. Et pariter respectu finis,cur ignis calefacit aquam,vt generet ignem, cur generat ignē,vt spēs ignis conseruetur.Et ille est vltimus finis.Et istę causę dicuntur primę in suo cuiusque ordine causarum particularium.Nam supistas sunt causę plures, supra quas est deus:qui est alpha ꝛ omega,prima.s.causa ꝛ efficiens,ꝛ finalis omnium.De quibus omnibus quatenus sunt causę horum inferiorum incumbit physico speculari. m 2 doc.

¶Alterum documentum est notandum.ꝙ causa singularis est perse,ꝛ proxima effectus causę singularis:causa verò specifica,ꝛ effectus specifici: sed causa generica,effectus generici. vt Paulus per se ꝛ proxima causa est Dominici,homo.perse ꝛ proxima causa hominis:animal,perse ꝛ proxima causa animalis. ¶Sequuntur quęstiones .3.ꝛ.4.

Tres conditiones causę primę.

DE FORTVNA ET CASV. CAPVT. IIII.

DICVNTVR autē & fortuna, & casus de numero causarum esse.& multa esse & fieri, propter fortunam & casum. Quo igitur modo in his causis est fortuna & casus, & vtrum idem sint fortuna & casus. An diuersum,& omnino quid sit fortuna & casus, considerandum est. Textus. xxxix. 1 q 2 q 3 q.

¶Inter tractādum de causis naturalibus merito Arist.de fortuna meminit ꝛ casu:q̄ sunt causę per accidens:quarum antiqui naturam parum(vt hic inquit)attigerunt. Atquide natura ꝛ casu facit tria capitula,quibus tres disserit quęstiones.Primum hoc,quod est ordine quartum,per textus nouem distribuitur.Proponit ergo in tex.39. ꝙ cū fortuna ꝛ casus inter causas annumerētur multa ꝙ a fortuna ꝛ casu ꝛ esse ꝛ fieri sit compertum, tres sunt examinandę quęstiones. Prima an sint casus ꝛ fortuna.i.an casus ꝛ fortuna annumerētur inter causas.Secunda,nū fortuna ꝛ casus eadem res sint,an diuersę. Tertia demū,quidnā fortuna quidꝙ sit casus:ꝛ ad quod genꝰ causarū reducāt. 1 2 3

Textus. xl. Quidam enim & si sint an non,dubitant.nihil enim fieri à fortuna dicunt, sed omnium esse aliquā causam determinatam , quæcunque dicimus à casu, fieri, aut à fortuna.vt veniendi a fortuna

na in forum & reperiendi quem volebat quidem, non autem putabat, causa est, velle cum venerit emere. similiter autem & in alijs quæ à fortuna dicuntur, semper aliquam esse accipere causam, sed non fortunam.

¶ Primã aggrediens quæstionem, tres in hoc capite recitat, impugnatque opiniones, prima (inquit) opinio fuit negantium fortunã & casum, duabus rationibus. Prima: quia fortuna & casus non differunt ab alijs causis aut naturalibus aut liberis a proposito agentibus: sed quicquid dicimus fieri a casu procedit ab aliqua certa causa. Vt cũ quis emendi gratia venit in forum vbi forte reperit eum quem optabat sibi dari obuium, illius reperti hominis causa non fuit fortuna, sed necessitas veniendi in forum ad emendum victum. Et ad hunc inqt, modũ reliquis in omnibus cẽsendũ est.

Textus. xlij. Quoniam si aliquid esset fortuna, incõueniens vtique perquam verè videbitur. & dubitabit vtique aliquis, propter quid nullus antiquorum sapientũ causas de generatione & corruptione dicens de fortuna quicquam determinauit. sed (vt videtur) nihil opinabãtur illi esse à fortuna.

¶ Secunda ratio eorum erat. Quoniam si fortuna esset aliquod genus causę, dubitare tunc quis posset (& veram inquit haberet causam dubitandi) cur antiqui philosophi de causis omnibus, & vt sibi videbantur abunde differentes de fortuna & casu mẽtionem non fecerint.

Textus. xlij. Sed & hoc mirabile. multa, n. fiunt, & sunt à fortuna & casu, quem nõ ignorantes quod licet referre ad aliquã causam vnumquodque eorum quæ fiunt, vt antiquus sermo dixit destruens fortunam: horum tamen alia quidem esse dicunt omnes à fortuna alia vero non à fortuna. ¶ Quocirca & quodã modo erat faciẽda ipsi⁹ mẽtio: at vero neque illorum quidem aliquid opinabantur esse fortunam, vt amicitiam, aut litem, aut ignem, aut intellectum, aut aliquid aliud taliũ. Incõueniẽs est igit: siue nõ putauerunt esse, siue putantes reliquerunt: præsertim aliquando vtentes, vt Empedocles non semper aerem segregari superius dicit, sed vt accidit. dicit enim in Cosmopœia. i. mundi fabrica. Sæpe aliâs aliter, sed tunc sic fortè cucurrit. Et partes animalium à fortuna fieri plurimas, ait.

¶ In tex. 42. & sequenti reprobat Philosophus opinionem istam. Et quamuis aliter alij literã hãc disponant, videtur tamen Arist. prius obijcere cõtrariam conclusionem, dicens mirabile esse negari fortunam & casum: cum multa [vt hominum vulgus pro compertissimo habet] a casu & fortuna cõtingant. Et deinde respõdet ambabus rationibus opinionis. Primę quidem, vbi ait. (Quę non ignorantes &c.) Ratio enim eorum erat, q̃ cum fortuna & casus reducatur in causam per se & certã (vt exemplo cuntis ad forum monstratum est) idcirco non opus esset ponere fortunam & casum. Contra hanc solutionem replicat Aristo. q̃ quamuis homines non ignorent fortunam & casum referri. i. reduci ad aliquam certam & per se causam vt sermo suus dixit (quia vt. q. 5. exponimus causa per accidens reducitur ad causam per se) nihilominus confitentur, alia fieri ex intentione causę per se, alia vero a fortuna. Obidque non obstante tali reductione, negari non debet quominus sint casus & fortuna. ¶ In tex. 43. respondet secundę rationi sumptę ex authoritate dicens, ex eo q̃ antiqui nõ tractauerint de fortuna & casu, non valere argumẽtum fortunam & casum non esse: quin potius econuerso, eo q̃ compertissimum sit fortunam & casum esse, concluditur aduersus illos q̃ debuissent de huiusmodi causis mentionem facere: qui tñ nullam earum causam, quas asserebãt rerum naturalium dicebant esse fortuna. s. neque litem neq; amicitiã (quas Empedocles ponebat causas naturales vt in lib. 1. tex. 32. visum est) neq; ignem: quem ponebat Heraclitus esse causam. Et eadem ratione neque aquam neq; aerem (quę alij asserebãt esse principia) neque intellectũ. i. mentẽ, apud Anaxagorã. Concludit in conueniens fuisse, antiquos non fecisse mentionem de fortuna. Si. n. non crediderũt fortunam aliquo modo distingui a causis perse fuerunt quidem ignorantes, si vero id credentes nõ explicuerunt negligentię sunt arguendi (Præsertim aliquando vtentes &c.) auget argumento peculiariter aduersus Empedoclem, dicens, q̃ saltẽ Empedocles acrius est de hoc reprehendendus: nempe qui in rei veritate concesit aliqua fieri a fortuna. Vbi id cõmemorandum est quod lib. 1. super tex. 32. adnotauimus secundũ Empedoclẽ: videlicet q̃ mundum dicebat fieri per hoc quod res quę in chao per amicitiam fuerãt pmixtę & cõfusę plitẽ segregãtur. Et cum ignorasset rõnẽ causę finalis, dicebat in illa sepatione non propter finem, sed vt sors forte tulit, accidisse vt aer segregaretur super aquam, vt modo est: & aquam subtus & ignẽ esse supremũ. vnde in alia mũdi gñatione (q̃ fiet de cõsmopœia) euenire posse vt aer sit sub aqua. Aiebat. n. mũdũ infinities generari & corrũpi. vnde extat carmẽ Empedocli ꝺ̃ Themistius refert. Sic cecidit volitãs, aliter quoq; sepius aer. Itidẽ & partes animalium dicebat a fortuna fieri: nẽpe vt plãta pedis sit plana, caput vero rotundum &c. Tenebatur ergo explicare quidnam esset fortuna, & quo modo perse a causis differret.

Sunt autem quidam qui & cæli huius, & mundanorum omnium causam esse ponunt casum. à casu. n. fieri dicunt reuolutionem, & motum qui discreuit & constituit in hũc ordinẽ, vniuersum.

Textus. xliij.

In

Opinio.2. ¶In tex.44.refert secundam opinionem in alio extremo q plus nimio dilatabat fortunam: nempe que dicebat celorum elementorumque situm ⁊ motum,quibus orbis dispositio constat,esse a fortuna Que quidem opinio vt Themist. ⁊ Philo. authores sunt,erat Democriti: cuius opinionē lib.1 super tex.41.interpretatisumus. Dicebat.n.ex varia dispositione atomorum rerum diuersitatem accidere:atque adeo cum in celorum compositionem multitudo atomorum orbicularium forte coierit,celos esse ita celeriter mobiles:⁊ percōsequēs velocissimo suo motu tenere terram in medio immobilem circūque eam alia elementa: instar illi⁹ qui brachio velocissime moto phialam aqua plenā circum agens agens,non permitteret aquam cadere:velocissimo motu phialę,casum aquę preueniente.

Democritus.

Textus. xlv. Et valde hoc ipsū admiratiōe dignū est quod dicant,ipsa quidem animalia ac plantas à fortuna nec esse nec fieri: sed aut naturam aut intellectū aut quipiam tale aliud esse causam: non enim quoduis ex semine vnoquoque fit.sed ex tali quidem,olea,ex tali autem homo.Cœlum autem,& diuiniora sensibilium à casu fieri:talem autemcausam nullam esse,qualem animalium & plātarum.

¶Hanc opinionem reprobat textu.45.a maiori ad minus negatiue.¶Plantarum animaliumque(quibus plus deberet dominari fortuna)motus ⁊ generationes non fiunt a fortuna ⁊ casu ſ3 ordine naturali:ergo nec motus celorum fiunt a fortuna ⁊ casu.Maior experientia constat.non enim ex quouis semine quęuis arbor temere pullulat,aut quoduis animal nascitur:sed ex tali puta ex oliua oliua: ⁊ ex homine,homo,⁊ ex grano tritici,spica ⁊c.⁊ consequentia est etiā manifesta:quia plantę ⁊ animalia sunt minores orbis partes, vbi proinde maior apparebat ratio incertitudinis fortunę, ꝙ in celis ⁊ elementis quę cum sint dignissimę partes mundi,debent ordine magis certo ⁊ necessario moueri.

Textus. xlvj. Atqui sific se habeathoc ipsum:dignū est vt insistamus:& bene sese habet, dici aliquid de hoc ipso.Nam præterquā quod & alioqui absurdum est quod dicitur:adhuc absurdius est dicere hæc, cùm videant in cœlo nihil à casu factū in ijs autem quæ non à fortuna , multa contingere à fortuna.attamen parerat contrarium fieri.

¶In text.46.adiungit secundam rationem,cōcludens,prius ꝙ si ita res se habet,nempe ꝙ tam inepte illi loquuti sunt de fortuna dignum est vt insistamus veritatem indagare.¶Nam preterquam ꝙ absurdum est dicere precipuas partes orbis a fortuna moueri,absurdius tamen id esse comprobat experientia ipsa,qua compertum est econuerso in istis inferioribus ⁊ in motibus naturalibus aliqua nonnunquam a fortuna fieri: vt ꝙ homo vno digito mācus nascatur,aut oculis orbus,aut quo modolibet aliter monstrum. In illis autem celestibus motibus, nihil vnquam visum est a naturali cursu deficere.

Sunt autem quidā,quibus fortunavi detur quidem esse causa: immanifesta autem humano intellectui,tāquam diuinum quiddā, existēs& felicius. Quare considerandum est & quid sit vtrūque,& si idem an aliud & casus & fortuna,& quomodo in determinatascausas incidunt. Textus. xlvij.

¶In tex.47.refert opinionem tertiam eorū qui censebant,quemadmodum vna est prima causa vniuersorum , quę perse ex necessitate ⁊ certo ordine fiunt,ita esse vnam primam causam eorū omnium que fortuito accidunt. Quęquidem occulta est ⁊ a nostra cognitione semota. Quocirca in more fuit apud gentes fortunam prodea colere:cuitē pla erigere,solennes ceremonias rituſq celebres statuere pro religione ducebant. Quare(inquit Philosophus)considerandum est ⁊ quid sit vtrūque:⁊ si idem an aliud est casus ⁊ fortuna. Tres namque proposuerat quęstiones in principio huius capitis quarum primam.s.fortunam ⁊ casum esse hactenus determinauit, reliquas duas prosequitur determinare.Sequit cōtinuo cap.quintū. 3.Opinio.

DE FORTVNA. CAPVT. V.

Textus. xlviij. PRIMVM igitur cùm videamus alia quidem semper similiter fieri,alia autem frequenter manifestum est quod neutri horū casu forma dicitur: Id.n.quod à fortuna neq; eius est quod ex necessitate & semper,neq; eius qđ frequenter.sed quoniam quædam fiūt & præter necessitate hæc,& omnes hæc dicunt esse à fortuna:manifestum quod aliquid est,fortuna & casus. Talia enim à fortuna:& quæ à fortuna,talia esse scimus.

¶In quinto ergo capite:quod nouem itidem textus continet,pergit secūdam explicare quęstionē anvidelicet casus ⁊ fortuna,eadem sint res.Et primū quidē in toto capite exponit diffinitionem casus ⁊ fortunę ⁊ reliqua omnia in quibus hęc ambo conueniunt:⁊ cap.sequenti ostendit ea quibus differunt.¶Premittit autem quatuor distinctiones causarum ⁊ effectuum quibus diffinitionem fortunę venatur.¶Prima est.Eorum quę fiunt, alia qui dem semper eodem modo contingunt,vt ortus oc casusque solis,alia vero frequenter, vt homīnē decem digitis ambarum manuum nasci,solem in cancro feruere , in capricornio vero tepescere . Sed alia sunt quę raro contingunt , vt sunt Quatuor distinctiones.

sunt horum cõtraria nempe hominem sex aut quatuor penitus digitis in manu nasci, sole in cancro frigus esse ꝛc. ¶At vero diuisionẽ hanc redarguit Auicena ꝙ nõ sit completa, vt refert in presentiarum Commentator. Deest enim (inquit) membrũ quartum, quippe cum aliqua sint quę equaliter ad vtrumlibet contingunt: vt hominem sedere ꝛ ambulare, dormire ꝛ vigilare ꝛc. Quęquidem proinde Auicena existimat a casu fieri, perinde atq; illa quę raro contingunt. Quã opinionẽ. q. 5. examinamus.

Textus. xlix.

Eorum autem quę fiunt: alia quidem propter aliquid fiunt, alia verò nõ. Horum autem, alia quidem secundũ propositum, alia verò non secundum propositum. ambo autem sunt in ijs quę propter aliquid. ¶Quare manifestum est: quod & in ijs quæ sunt præter necessarium, & quod frequẽter, sunt quædam circa quæ contingit esse id quod est propter aliquid. Sunt autem propter aliquid: & quæcunque ab intellectu vtique agunt, & quecunq; à natura.

Diuisio. 2. ¶Subduntur in textu. 49. alię duę distinctiones. Secunda est. Eorum quę fiunt, alia fiunt propter aliquid. i. propter finem: vt naturales generationes ꝛ ea quę procedunt a volũtate, ex arte aut prudentia. Alia vero fiunt non propter finem. Hoc mẽbrum dupliciter exponit S. Thomas. Primo ꝙ intelligatur de ipsomet fine vltimo, qui non fit propter alium finem. Sed tamen profecto intentio ipsa vltimi finis est etiam propter finem. i. propter vltimum ipsum. Et ideo secunda expositio est quę consonat literę ꝛ intentioni Aristotelis. Illa enim fiunt non propter finem, que fiunt temere sola imaginatione sine aliqua intentione finis: vt cum meditabundus homo aut barbam fricat, aut eleuat festucam. ¶Tertia diuisio est. Horum quę fiũt pro-

Diuisio. 3. pter aliquid. i. propter finem: alia quidem fiunt secundum propositum. i. secundum electionem: alia vero, non, sed ex necessitate naturę. ¶Quod siquis hic dubitaret idem esse prorsus, fieri propter finẽ ꝛ fieri a proposito. Facere namque a proposito nihil aliud est, quam agens proposito fine agere: ꝛ per ꝛns male diuiditur, agere propter finem, in agere a proposito: ꝛ agere non a proposito: quod. n. non est a proposito, non est propter finem. Respondetur quod dupliciter agẽs aliquod, agit propter finem vt quęstione tertia dicebamus. Uno modo, quia agens ipsum particulare cognoscens finem mouet se in finem: vt homo. Et hę actiones dicũtur a proposito. Alio modo ꝙ agẽs non moueat se: sed ab alio moueatur in finẽ: sicut sagitta. Et isto modo entia naturalia mouentur in finem: non quidem a proposito. i. ex propria electione particularis agentis: sed a datore: respectu cuius etiam naturalia possunt dici a proposito: vt pote cum omnia eius prouidentia gubernentur. ¶Sed oritur hinc alterum argumentum ꝙ istę duę distinctiones repugnent. Nam isto modo omnia quę in orbe fiunt, siue voluntaria sint, siue naturalia, fiunt propter finem. Quapropter falsum est quod dixit in secũdo membro secundę distinctionis, aliquam. s. esse actionem non propter finem, vt fricatio barbę. ¶Respondetur ꝙ actiones hominis, si temere ꝛ sine electione fiant quamuis fiant propter finem: sicut actiones reliquę naturales: tamen dicũtur simpliciter non esse propter finem, eo ꝙ erant apte fieri ex propria electione particularis agentis, sicuti reliquę actiones humanę. ¶Subiungit ergo, ꝙ in ambobus. s. tam in his quę fiunt a proposito. i. ex electione particularis agentis, quam in ijs quę fiunt ex necessitate naturę, contingit aliquid fieri propter finem. Secundo subdit ꝙ non solum in his quę fiunt semper, ꝛ in his quę frequẽter, sed in his etiam quę raro contingunt: fit aliquid propter finem. Itaque fieri propter finẽ, habet locum in omnibus membris primę diuisionis ꝛ in ambobus membris tertię.

Huiusce modi igitur cum secũdum accidens fiunt: à fortuna dicimus esse. vt enim & quod est, aliud quidem per sei psum est, aliud autem secundum accidens: sic & causam contingit esse. vt ipsius domus, per se quidem causa est ædificatiuum: secundum accidens autem, album aut musicum. Itaque per se causa, definita est: quæ verò secundum accidens, indefinita infinita enim: vni accident.

Text us. l.

¶In tex. 50. subiungitur quarta distinctio: quę ex superioribus colligitur. Fit enim ꝙ quemadmodum ea que sunt (. i. entia, vt exponit Themist. ꝛ Alex. quos sequitur S. Tho.) vel effectus qui fiunt vt exponit Simplicius) alia sunt per se. i. sunt aut ex necessitate naturę, aut a proposito producta, alia vero per accidens: ita ꝛ causę alia est per se. i. quę ex propria intentione operatur, ꝛ alia per accidens. i. quam sequitur effectus non intentus a tali causa. Et hęc (inquit) causa per accidens appellatur fortuna. ¶Ubi considerãdum est, ꝙ distinctio inter causam per se, quę agit ex necessitate, aut a proposito, ꝛ causam per accidens, quę est fortuna, non est distinctio duarum diuersarum rerum: sed eiusdem rei cõsiderate sub diuersis rationibꝰ Exempli gratia. Fodiens sepulchrum, respectu illius effectus, qui est cadauer humari, est causa per se, eo ꝙ intendit illum effectum: sed respectu inuẽtionis thesauri, quem nõ intendebat, est causa per accidens, ꝛ fortuna. Quocirca nomen, fortunę, nõ significat effectũ fortuitũ, sed causam illius per se effectus cui accidit effectus fortuitus. Quamobrem adnotauit hic Aristo. ꝙ ea ratione qua effectus dicitur per accidens respectu alterius effectus per se intenti, potest ꝛ causa eiusdem effectus dici per accidens: ꝛ per consequens fortuna.

Diuisio. 4.

Fortuna est causa ꝙ accidens.

Fortuna est nomen causę.

¶Infert inde Philosophus ꝙ per se causa diffinita est: quęcũq; eñ per se causa determinata est ad certum effectum: vt homo non generat, nisi hominem: ꝛ intẽdens facere arcam, non facit nisi arcã. Causa vero per accidens, ꝛ fortuna est indeterminata: quia eidem re infinita possunt accidere. Fodiens eñ sepulchrum potest quidẽ inuenire ꝛ thesaurum quo ditescat, ꝛ viperã, a qua morsus pereat. Et rursus inuentio thesauri ex multis causis procedit. s. ab illo qui fodit terram vt sepeliat mortuum: vel qui fodit vt vineam plantet. ꝛc.

Sicut

Textus. lj. Sicut igitur dictum est, cum in ijs quæ propter aliquid fiunt, hoc fiat, tunc dicitur à casu & à fortuna. Ipsa autem, ad inuicem horum differentia posterius determinanda est, nũc verò hoc sit manifestum, quod vtraque sunt in ijs quæ propter aliquid sunt. Vt causa recipiẽdi argentum, veniſſet, reportaturus pecuniam, si sciuisset: venit autem, nõ huius gratia, sed accidit veniſſe, & feciſſe hoc, reportandi gratia. hoc autem, neque frequenter venientem ad locum, neque ex necesitate. Est autem finis reportatio, non causarum quæ in ipso sed eligibilium, & ab intellectu, & dicitur tunc á fortuna quidem veniſſe. Si autem proponens, & huius gratia, aut semper veniens, aut frequenter reportans, non à fortuna.

¶ In tex. 51. maioris explicationis gratia, subdit Philosophus ea quibus fortuna & casus conueniunt. Ait igitur q differentia inter casum & fortunam posterius determinãda est. s. capi. sequenti: mõ autem duo adnotanda sunt quibus conueniũt. Primum est q tã casus quam fortuna contingũt in his quę agunt propter finem. Et hoc sequitur ex dictis: nam fortuna sola ratione differt a causa perse, cum respectu effectus intenti dicatur perse & respectu non intenti dicatur fortuna. Vnde non est intelligendũ q effectus ipse fortuitus debet esse intentus tanquam finis: sed q debet esse præter intentionem agẽtis propter alium finẽ. ¶ Sed est hic profecto non contemnendum dubium. Videtur. n. q casus non solum contingat in his quę agunt propter finem sed etiam in actionibus hominis quę sunt indeliberate. Exempli gratia. Si aliquis cogitabundus impremeditato vt solet fricare barbam, oculum sibi erueret aliquo gladio, quẽ forte manu teneret, certe illa esset mala fortuna vel casus, & tamen actio illa no erat propter aliquem finem. ¶ Dupliciter respondeti potest iuxta duplicem sensum huius propõnis, q fortuna & casus sunt in his quę sunt propter finem. Potest enim esse vnus sensus, q illa actio quam sequitur effectus casualis, aut tũc exerceatur propter aliũ finem, aut saltem nata sit exerceri. Et tũc dicendũ est q fricatio barbe nata erat fieri propter aliquẽ finem: obidque lesio oculi nõ intenta, est illi casualis. Secundus sensus istius propositionis est secũdum Simplicium, q effectus fortuitus sit natus esse finis intentus aliquando ab aliqua causa. Et hũc sensum videtur significare exẽplum qd hic ponit Ph. & illud quod ponit infra tex. 63. Et tunc respõdetur q lesio ista oculi est casualis: quia non fuit intenta & potuit esse intenta. ¶ Sequitur ergo exemplum in litera. Ait si alia intentione quis ductus, venit in forum. s. emendi gratia & forte reperit debitorem a quo insperatam pecuniam recuperat, recuperatio illa est a fortuna: propterea (inquit) quia si ille sciuisset se recuperaturum pecuniam, iuisset quidẽ. Duo ergo requirũtur vt actio sit casualis. s. & q tũc non sit intenta & q possit esse intẽta. Et hoc certe sonat fieri præter intentionem. Vñ cõcludit q finis fortuitus. i. illa reportatio pecuniæ, nõ est causarũ quę in ipso. i. nõ est sicut motus naturalis procedens a principio intrinseco, qđ est in ipso mobili: sed est a principio extrinseco. Neq; rursus a quocunq; principio extrinseco: sed ab ijs causis quę electione & intellectu agunt, in quibus proprie inuenitur fortuna. ¶ Secunda cõditio fortunę & casus est q sit respectu effectus raro cõtingẽtis. Quapropter tria, inquit, sunt obquę aliqua causa nõ est fortuna. Primũ si sit intendens talem effectum, vt in exẽplo posito. Secundũ siquamuis effectus nõ sit intentus, nihilo⁹ semper adiũgitur effectui intẽto. Quare fur licet nõ intendat pecca re, sed solũ vtilitatem pecuniæ, nihilo⁹ intẽdens furari non peccat a casu vel a fortuna, quia peccatũ semper adiũgitur furto, & ideo imputatur illi peccatum. Tertium si tale accidens frequenter adiũgatur effectui perse. vt si podagricus compertum habet, vinum vt plurimum humorem cõcitare, licet mõ bibens nõ intendat, nisi delectationem, recipiat tamen damnum: effectus ille non est a fortuna: sed ex electione gulę.

Fortuna & casus duobus conueniunt.

Textus. lij. Manifestum itaque, quòd fortuna causa est secundum accidens, in ijs quæ secundum propositum eorum quæ propter aliquid sunt. ¶ Qua propter, circa idem, & intellectus & fortuna est. Propositum enim non sine intellectu est.

¶ Ex superioribus præiactis fundamẽtis elicit demum Ph. tex. 52. diffinitionem fortunę: dicẽs, manifestum esse, q fortuna est causa per accidẽs in ijs q̃ secundum propositum fiunt propter finem, & raro cõtingunt. Vbi quatuor sunt particulę. Prima secundum accidens, in quo differt fortuna a causis naturalibus & ab electione. Secunda, in his quę sunt propter finem, vt excludat ea quę temere fiũt. i. nec ex determinatione naturę, nec ex determinatione electionis. vt fricatio barbe. Tertia particula est secundũ propositum, in qua forma differt a casu: casus enim vt statim videbimus contingit in naturalibus quę agunt quidem propter finẽ: sed non a proposito & electione. Vnde infert corolariũ q fortuna & intellectus sunt circa idẽ, nam ijs solũ qui habent intellectũ contingit agere a proposito: atq; adeo in illis solis est ratio fortunę.

Diffinitio fortunę.

Textus. liij. In definitas igitur causas, necesse est esse, à quibus fiat quod est à fortuna. Vnde videtur fortuna, indefinita esse & immanifesta homini. Et est, vt nihil à fortuna videatur vtiq; fieri. Omnia enim hęc, recte dicuntur, quoniam rationabiliter.

¶ In textu. 53. & residuo capitis ex diffinitione colligit Ph. fortunę cõditiones, quibus eius natura fit perspicacior. Est tñ considerãdum q ex tribus supra recitatis opinionibus, secũdũ quę asserebat in celorũ motibus esse fortunam, tanquam absurdã iam supra abiecit. Tertiam vero & primã exponit in hoc textu, quandam præse ferre probabilitatem. Ait ergo id quod est a fortuna indefinitas & indeter-

indeterminatas causas habere. Inuenit enim homo thesaurum dum speluncam subit, aut pluuiam fugiens aut hostem, aut feram persequēs, & alia quauis causa. Et ideo probe dicebat tertia opinio fortunam esse causam immanifestā. i. hominibus occultam. Enimuero cum homines per effectus causas perueſtigent, vbi effectus habet certā & determinatam causam, per effectus venimus in cognitionem causarum: quia enim eclipsis lunę contingere non potest, nisi per interpositionē terrę, multis experientijs philosophi ab effectu cognouerūt causas: si vero effectus ille non haberet certā causam, non posset causa perquiri. Quidque cum effectus fortuiti non habeant certam causam, merito fortuna appellatur causa occulta: sicut si mulier plures cognosceret viros, filius non haberet manifestum patrem. Item & prima (inquit) opinio rationabiliter dicebat nihil fieri a fortuna quodammodo enim hoc est verum.

Fortunaeor culta.

Est enim, vt fiat à fortuna. secundū accidens enim, fit & est causa, vt accidēs fortuna. vt autem simpliciter, nullius. vt domus, ædificator quidem causa est secundum accidens autem, tibicen. & vt veniens referat argentum, non hui⁹ causa veniens, infinitæ sunt multitudine. Et enim videre aliquem volens, & persequens, & visurus: & fugiens.

Textus. luj.

Fortuna simpliciter non est causa.

¶Inde in text. 54. explicat quomodo fortuna est alicuius causa: & quomodo nullius est causa. Dicit enim q fortuna solum secūdum quid. i. per accidēs est causa simpliciter tamen nullius est causa. Illa causa simpliciter est illa que per se est causa: ea enim que sunt per accidens non dicuntur talia simpliciter. Subdit exemplum. Causa enim simpliciter domus, est ędificator: tibicen autem est causa domus secundum quid. i. per accidens. Eodem modo si quis venit in forum non gratia recuperādi argētū a debitore: sed tamen prēter intentionem, fit illi obuius debitor a quo reportat pecuniam: eiusmodi homo veniens in forum est quidē causa simpliciter & perse emendi merces, quas intendebat emere: recuperandi vero pecunias, est solum causa secundum quid. Et ideo effectus ille nullam habuit simpliciter causam: sed ille prouenit ex fortuito concursu duarum per se causarum: quia videlicet dum creditor iret in forum gratia emendi merces, & debitor itidem eadē veniret causa, forte coierunt. ¶Inde ait illius fortuiti effectus plurimas potuisse esse causas: nempe q creditor ille exierit in forum, aut causa visendi amicum, aut inimicum persequēs, aut ad spectaculum properans, aut hostem fugiens.

Textus. lvj.

Et dicere esse aliquid prēter rationem fortunam, recte est. ratio enim est, aut eorum quæ semper sunt, aut eorū quæ frequenter: fortuna autē, est in ijs quæ fiunt prēter hęc. Quare, cum indefinitæ sint quæ sic sunt causæ, & fortuna indefinita est. Attamen etiam in quibusdam dubitabit vtique aliquis, nūquid causę quæuis sint fortunæ vt sanitatis aut spiritus, aut calor, sed non detonderi? sunt n. aliæ alijs proximiores, eorumque secundum accidens causarum.

Fortunaeor culta. Seneca O fortuna

¶In tex. 55. prosequitur explicare qualitates, qs vulgus attribuit fortunę. Dicitur. n. fortuna ceca & sine ratione: ratiocinari enim non possumus ab effectibus ad causas, aut ecōuerso, nisi in causis certis quas certi effectus, aut semper sequuntur, aut frequenter. Arguimus enim si mulier est prægnās q pariet: & si peperit q virum cognouit: & si homo diligenter dat operam literis, doctus euadet: nam vt plurimum ita contingit. Quia tamen in his q̄ sunt per accidens: nec eadem causa semper producit eosdem effectus, nec idem effectus ex eisdem semper procedit causis, non possumus certo in illis ratiocinari, q homo mercenarius vineam ponēs, thesaurum reperit, q alter fodiens similiter fit reperturus, a fortuna non fiunt ex intentione & certa ratione: eo, fortuna dicitur ceca. &c. ¶Mouet subsequenter dubitationem vtrum videlicet omnes causę per accidens ex parte effectus, nempe quando attingunt ad productionem effectuum, sint appellandę fortunę. Et intendit affirmatiue respondere: tametsi inter huiusmodi causas alia sit propinquior & alia remotior. Exemplum est. Si quis morbo capitis laborans detonderet caput: nō quidem causa sanitatis: sed forte quia erat crispus sedos habens capillos. ¶Postmodum vero forte flauit spiritus. i. ventus salubris, aut viguit calor: quibus causis euaporat⁹ est morbidus humor per caput. Omnes iste causę (inquit ¶Ph.) sunt a fortuna: quia non sunt intentę ab infirmo, quanquam ventus & calor propinquius efficiant sanitatem: detonsio vero fuit remotior: quia fuit causa vt ventus humorem extraheret.

Fortuna ceca.

Fortuna autem, bona quidem dicitur cum bonum aliquid euenit. Mala autē cum malum aliquid. Fors fortuna vero & infortuniū: cum magnitudinem habent hæc. Quocirca, & cum parū abest vt quis malum aut bonum capiat magnum. est vel infortunatum esse vel bene fortunatum quoniam tanquam existeret: dixit intellectus.

Textus lvj. bona et mala

¶QVOD em̄ parum abest, tanquam nihil distare videtur. Amplius autem, in certa est fors fortuna rationabiliter. Fortuna enim, in certa est, neque enim semper, neque frequenter, possibile est esse, eorum quæ sunt à fortuna quicquam. ¶Sunt igitur ambo, causæ (quemadmodum dictum est) secundū accidens & fortuna & casus in ijs quæ possunt fieri non simpliciter neque frequenter, & horum, quæcūque vtique fient in ijs quæ propter aliquid.

QVOD parū distat à re.

Epilogat

Textus. lvij.

Fortuna bona.

¶ In tex. 56. ponit duas distinctiones fortunę: primam in qualitate, quia alia est bona alia vero mala. Et quia fortuna non habet rationē causę distincte a causa per se, nisi respectu effectus, propter ea diffinitur bona fortuna ab effectu: quę. s. est illa causa cui bonus accidit effectus: mala vero fortuna est illa, cui accidit malus effectus. Secunda distinctio est in quantitate. Dicit enī ꝙ fortuna aliquando est de re parua, ⁊ tunc dicitur sine addito simpliciter fortuna bona vel mala. Aliquando vero id quod accidit bonum vel malum est magnū ⁊ excellens: ⁊ tunc respectu boni grece dicitur, eutychia. Si sit respectu mali, dicit distychia. Quę ad literam latine dicitur eufortunium ⁊ infortunium: tametsi eufortunium non est vsitatum nomen: sed dicitur fors fortuna. Exempli gratia. Cū piscator iaciens rhete capit magnos ⁊ insperatos pisces, est quidem bona fortuna simpliciter: sed nō dicitur prospera, aut secunda fortuna. Sicut non est magna fortuna vnum aureum inuenire: quādo tamen piscatores illi Jonici iactu rhetis traxerūt tripodem aureā vt Laertius, refert in vita Thaletis, illa quidem fuit prospera fortuna. Aut cum quis humilibus natus parentibus, putans se in bello amicum ab hoste liberare, forte liberat regē quem non cognouerat: ⁊ inde substantia ⁊ honoribus augetur. Unde infert Arist. ꝙ cum quis liberatur ab aliquo graui malo imminenti, fortunatꝰ dicitur, quia quod parum distat a re, nihil distare videtur. Unde cum quis exiuit domum deambulandi gratia, quo exeunte, domus statim ruit, quę illum occidisset, prospera vsus est fortuna, ⁊ fortunatus merito dicitur, quia liberatus est a morte a qua parum abfuit. Si tamen post vnum annū ab egressu inde domus ruit non fuit fortuna, quia nō fuit periculo proximus. Eodem modo si cum in proximo erat, vt magnam dignitatem obtineret, forte e manibus erepta est, infortunatus dicitur.

¶ Probat denique incertam esse prosperam ⁊ magnam fortunam ⁊ infortunium: quia huiusmodi effectus nec semper nec frequenter contingunt: sed raro. Et ostendit hoc peculiariter de prospera fortuna aut infortunio, idcirco, quia alia in minoribꝰ fortuna, quę nō habet rationem prosperitatis, frequentior est: obidque minus habet de ratione fortunę. ¶ Concludit postremo in calce totius capitis (vbi Commentator signat tex. 57.) dictorum epilogum: nempe ꝙ fortuna ⁊ casus in his tribus conueniunt. ¶ Primo ꝙ vtrumque est causa per accidens. Secundo ꝙ vtrumque est in his quę non semper, aut frequenter, sed raro contingunt. Et tertio ꝙ vtrumque est in his quę agunt propter ā nē: scilicet, aut ex necessitate naturę, vt casus: aut a proposito, vt fortuna. Non ꝙ effectus fortuitus sit intentus quasi finis, sed quod accidit intento fini. ¶ Subsequitur statim cap. 6.

DE FORTVNA. CAP. VI.

DIFFERVNT autem, quoniam casus in plus est. quod enim est à fortuna: est & à casu. hoc autem non omne à fortuna est.

¶ In cap. 6. quod præter fragmentum superioris textus continet alios decem, enarrantur illa quibus fortuna ⁊ casus differunt. ¶ Proponit ergo primo inter casum ⁊ fortunam hoc interesse: ꝙ casus est superius nomen quam fortuna, quicquid enim est fortuna est casus, ⁊ non econuerso.

Textus. lviij.

¶ Fortuna enim, & quod à fortuna est, ijs ineſt, quibus & fortunatos esse, inerit, & omnino actio. Quocirca & necesse est circa agenda esse fortunam. signum autem est: quoniam videtur vel idem esse cum fœlicitate fors fortuna, aut prope. fœlicitas autem actio quædam est. est enim bona actio.

¶ Unde in textu. 58. ostendit fortunam tantum habere locū in rationalibus, eo ꝙ agunt a proposito ⁊ ex electione. Cuius rationem solum affert ex cōmuni hominum cōsensu. In his enim (inquit) pūtaxat est fortuna, quos solemus fortunatos appellare: fortunatos autem non dicimus nisi eos quia gūt ex electione, scilicet homines: ergo in illis est fortuna. Nihilominus insinuat etiam rationem a priori, quę talis est. Illos dicimus esse fortunatos quos itidem appellamus felices, felicitas autem non est, nisi in his suppositis quę habent dominiū ⁊ libertatem suorum actuum, ergo in illis tantum modo est fortuna. Maior probatur: quia prospera fortuna vel idem est quod felicitas (secundum illos qui felicitatem collocabant in bonis temporalibus, puta diuitijs aut honoribus) vel saltem fortuna proxima est felicitati, nempe secundum Aristo. qui felicitatem posuit in actione secundum virtutem, cuius bona fortunę instrumenta sunt, vt habetur. 7. ethi. cap. 13. Minor vero, scilicet, ꝙ felicitas non sit, nisi vbi est libertas, probatur: primo quia felices non sunt, nisi qui operantur secundum virtutem, vbi autem non est libertas ⁊ dominiū actionis, scilicet intellectus ⁊ voluntas, esse non potest ratio virtutis. Et ideo quibus non contingit agere id est, libere operari (actio enim in moralibus idem est quod libera operatio) non contingit felicitas: ⁊ per consequens nec fortuna.

¶ Quare quibuscunque non contingit agere, ijs neque à fortuna aliquid facere cōtinget. Obidque, neque inanimatum quippiā, neque bestia, neque puerulus quicquam facit à fortuna, quoniā nō habent propositum. neque fors fortuna, neque infortunium his ineſt, nisi secundum similitudinem. vt dixit Protarchus, fortunatos esse lapides ex quibus sunt aræ, quòd honorentur, copulati autem cum his, conculcētur. Pati autem à fortuna, ineſt quodammodo & his cum agens aliquid circa hæc, agat à fortuna aliter autem, non est.

Textus. lix.

¶ In textu. 59. rem amplius exemplo dilucidat. Infert enim cōrollarium ꝙ brutis animalibus ⁊ pueris ante vsum rationis, vt non contingit felicitas itaque

itaq; neq; fortuna: eo q; libertate carẽt ꝛ dominio suoꝝ actuũ. Ait tamẽ, q; metaphorice bruta possunt esse felicia ꝛ fortunata: vt equꝰ regis dicitur fortunatus: ꝛ equus mulionis infortunatus. Immo ꝛ lapides vt ait Protarchus ex quibus arq; cõstruuntur sunt fortunati respectu eorum qui sunt in pauimento illis cõiuncti: quippe cum arq; honorantur, pauimẽtum autem conculcatur. Ac si dicas fortunatum esse lignum ex quo signum sit Christi cenantis: infortunatum esse illud, ex quo fit Judas. ¶Unde subiungit, res istas insensibiles licet nõ participent actiue aliquid de fortuna, participant tamẽ passiue tanquã obiecta quibus homines fortunantur. vt sunt diuitiq.

Sed casus: & alijs animalibus, & in animatorum multis. vt equus casu (dicimus) venit: quoniam saluatus quidem est veniens, non salutis autẽ gratia venit. Et tripoda casu cecidit. stetit enim sedendi causa: sed non sedendi causa cecidit.

Textus lx.

¶In text. 60. explicat quomodo casus latius pateat quã fortuna. Cõuenit nãq; ꝛ animalibus brutis ꝛ rebus inanimatis. Exẽpli gratia. Si equus a bello ad fluuien fugit naturali appetitu extinguendi sitim, qui si nõ fugisset occisus esset: casu seruatus est. Item si tripoda (quę sedes est trium pedum, qua antiqui vtebantur) ceciderit apta ad sedendum. s. super pedibus erecta, tunc casus quidem, fuit. propter finẽ. s. ex naturali appetitu grauis: q; tamen illo modo ad sedendum apta ceciderit, fuit casus.

Quare manifestum est, q; in ijs quæ simpliciter propter aliquid fiunt, cum non eius quod euenit gratia fiunt, cuius extra est causa: tunc à casu dicimus. A fortuna autem: horum quæcunque à casu fiunt, eligibilium in habentibus propositum.

Textus. lxj.

¶Ex dictis infert in tex. 61. corollarium nempe q; cũ casus ꝛ fortuna conueniant in hoc q; vtrunq; accidit his quę sunt propter finẽ. s. tanquã effect⁹, non quidem intentus, sed accidens fini per se intẽto: differunt tamen q; casus est in his quę mouentur propter finem ex necessitate naturę: fortuna vero est in his quę vtũtur intellectu: nempe quę ex ꝓpria operatione ꝛ electione se mouẽt in finẽ.

Signum autẽ est ipsum frustra. quoniam dicitur: cum non fiat quod propter aliud est, illius gratia, vt ambulare purgationis gratia est. si vera non facta fuit ambulanti: frustra dicimus ambulasse, & quod ambulatio frustra fuit. tanquam hoc fit frustra, quod natum est alterius gratia, cum non perficiat illud cuius gratia erat, natumque erat. quoniam si aliquis se lotum dicat frustra, quia non defecit sol: ridiculus vtique erit. nõ enim erat hoc illi⁹ gratia.

Textus lxij.

Frustra.

¶Adducit statim rationem hui⁹ proximi asserti, videlicet, q; casus differat a fortuna in hoc q; vniuersaliter inueniatur in omnibus quę sunt propter finem. Est q; notandus text. qui obscuritatis habet aliquãtum. Ratio in virtute est hęc. Esse frustra inuenitur vniuersaliter in omnibus quę agũt propter finem: ꝛ casus, vel idem est quod frustra, aut illi proximum: ergo casus vniuersaliter reperitur in omnibus quę sunt propter finem. Minorem probat in hoc textu hac ratiõe. Illud dicitur fieri frustra quod fit aut natum est fieri propter talem finem, qualem actio illa intendit ꝛ non consequitur, vt cum quis ambulat causa purgandi ventrem, si non fiat purgatio, deambulatio illa est frustra ꝛ ociosa ꝛ vana: ergo frustra dicit carentiam finis intenti: ꝛ per consequens vniuersaliter inueniri potest in omnibus quę agunt propter finem, quę tamẽ deficere possent: nam in cęlestibus motibus nullus est casus, cum deficere non possint. Dixit quod fit aut natum est fieri. ꝛc. q; nõ omnis actio nata est fieri ꝓpter omnem finem: nam actio humana non potest ordinari ad eclipsandum solẽ. Et ideo ait q; cum quis balneo lauatur, ꝛ non statim fit solis eclipsis, ridicul⁹ esset, si diceret se frustra fuisse lotum, quia sol non obtenebratur.

Sic igitur casus iuxta nomen est, cũ ipsum frustra fit. decidit enim, nõ percutiendi gratia, lapis a casu igitur decidit lapis, quoniam cecidisse potuit vtiq; à quodam, & percutiendi gratia.

Textus. lxiij.

Frustra.

¶Minorẽ vero probat in tex. 63. scilicet casum vel idem esse q; frustra, vel illi proximum. Primo ex ethimologia nominis. Ubi notãdum est q; græce, autos, latine est, ipsum, ꝛ matin, idem est quod, frustra, automatos, ex vtroq; compositũ, idem significat quod, casus, obidq; automatos. i. casus, perinde est ac si dicas, ipsum frustra. Unde casus ꝛ frustra aut sunt idẽ aut simillima. Sed notat hic Cõment. q; frustra dicitur vnomodo actio, in qua nullus prętenditur finis, vt fricatio barbe indeliberata: ꝛ alio modo illa actio, qua prętenditur quidem aliquis finis, sed nõ attigitur: ꝛ hęc græce dicitur, matin. vnde deriuatur automatos: q; est casus.

¶Secundo id probat exemplo. Ubi colligẽda est ex his quę dicta sunt differentia inter, frustra, ꝛ casum. Frustra namq; solã dicit carentiam finis intenti, vel a volũtate, vel a natura: casus vero dicit quicquid est prꝫter intẽtionẽ agẽtis, siue sit carẽtia siue aliquid positiuũ. Quocirca stat in eadẽ actione reperiri vtrũq; .s. ꝛ frustra ꝛ casum. vt si aliquis descendat in forum causa recuperandi pecuniam a debitore: quem tamẽ non inuenit: sed forte incidens in manus hostis vapulat: illa actio fuit ꝛ frustra, q; non consequuta est finem: ꝛ prꝫterea habuit casualem effectum. Potuit item nec frustra, esse nec casualis: nempe si ille recuperaret pecuniam, ꝛ nõ obuiaret hosti. Poterat tertio esse frustra ꝛ non casualis: vt si nec recuperaret pecuniam, nec obuiaret hosti: potuitq; econuerso non esse frustra, sed esse nihilominus casualis. vt si ille recuperata pecunia vapularet ab hoste, cui nõ putarat fieri obuiũ. Ait ergo Ph. q; si forte cadens

lapis percutiat hominem, cum non fuerit ab alio proiectꝰ, sed cecidit naturaliter, percussio illa est casualis: & ꝙ illa persecussio fuerit a casu, probat quia potuit etiã esse intenta tanquã finis: potuit namq; aliquis hostis lapidem proijcere ad percutiendum hostem. Vbi animaduertẽdum est id qõ superius adnotauimus super textũ. 51. nempe qõ idcirco effectus fortuitus & casualis esse nõ potest nisi in his quę sunt propter finem, quia fortuitum duo dicit, puta ꝙ actu non intendatur vt finis, sed tamen aptitudine possit esse finis intentus ab agẽte. Et ideo dicitur prꝫter intẽtionem: quia potest fieri per intentionem.

Textus. lxiiij.

Maxime autem est separatum quod à fortuna est: in ijs quæ natura fiunt. Nam cum fit aliquid prꝫter naturam: tum non à fortuna, sed magis à casu factum esse dicimus. Est autem & hoc: alterum, huius enim, extra est causa: illius vero, intra. Quid igitur sit casus, & quid fortuna: dictum est, & quo à se inuicem differant.

¶ In tex. 64. infert ex dictis ꝙ differentia casus et fortunę maxime perspicua est in his quę a natura fiunt. In his em quę fiunt ex electione idem est casus & fortuna: sed in his q̃ fiunt a natura. s. a principio intrinseco, quãdo natura nõ cõsequitur effectum intentum. vt in mõstris, puta vbi homo nascitur cum sex digitis in manu, illud quidẽ non dicitur fortuna, sed casus. vt. q. 5. amplius explicamus. Vnde potest alia differentia constitui inter casum & fortunam. Id enim quod est a fortuna fieri non potest, nisi a principio extrinseco. vt patet in inuentione thesauri: casus vero potest fieri a principio intrinseco, vt monstrum contingit ex mala dispositione materię quę est pars ipsius monstri. ¶ Concludit ergo dicens satis dictum esse quid nam sit casus, quidq; fortuna: & quo a se inuicem differant: quę fuerat secunda. q. proposita in principio quinti capituli.

Textus. lxv.

¶ At de modis causarum, in quibus est vnde principium motus: vtrũque ipsorum est. aut enim eorum quæ sunt natura, aut ab intellectu: causa semper est sed horum multitudo inde terminata est.

¶ In textu ergo. 65. determinat quęstionẽ tertiã: puta ad quod genus per se causę reducantur scilicet ad finalem ne, an ad materialem. &c. nã omnis causa per accidens debet adiungi causę per se: ad quam proinde reducitur. Et ponit conclusionem quod reducitur ad genus causę efficientis. Quã probat ex eo quod fortuna & casus vt dictum est sunt in his quę agunt propter finem, vel ex necessitate naturę vel a proposito: moueri autẽ a fine est proprium causę efficientis.

Textus. lxvj.

¶ Quoniam autem casus atque fortuna, causæ sunt eorum quorum aut intellectus causa fit, aut natura, cum secundum accidens causa aliqua fit horum ipsorum, nihil autem secundum accidens est prius ijs, quæ per se sunt, manifestum est, quod neque causa per accidens prior est, ea quæ est perse. Posterior itaque casus est, atq; fortuna: & intellectu et natura. ¶ Quare si quã maximè cœli causa est, casus: necesse est prius intellectum & naturam esse, & aliorum multorum, & huius vniuersi causam. Textus. lxvij.

¶ In textu. 66. reuertitur ad impugnationem secundę opinionis supra positę, quę tenebat casum & fortunam esse causam motuũ cęlestium. Et ratio cinatio est hęc. Causa per accidens non potest esse prior causis perse: nam id quod est per accidẽs nascitur prꝫter intẽtionem ex causa per se: sed fortuna & casus sunt causa per accidens: & cęli per motus suos sunt causę per se horum omniũ inferiorũ: ergo fortuna & casus nõ sunt priores illis: & per cõsequens nec sunt causę illorũ. ¶ Quod demũ tex. 67. & postremo huius capitis concludit: nempe ꝙ si casus et fortuna ponantur causę cęlorum, necesse est ponere aliam primã causam quę agat per intellectũ: ad quam casus & fortuna reducantur. ¶ Sequitur hic quęstio. 5. vbi tria prꝫcedentia capita prꝫcisius examinantur.

QVOD PHYSICA PER omnes causas demonstret.

CAPVT. VII.

QVOD autem sint causæ, & qđ tot numero quot dicimꝰ: manifestum est. tot enim numero ipsum ꝓpter quid cõprehendit. aut enim ad ipsum quid est reducitur ipsum propter quid vltimũ in immobilibus, vt ī mathematicis. ad diffinitionem enim recti, aut commensurabilis, aut alius cuiusꝑiam reducitur vltimum. ¶ Aut ad mouens primũ. vt propter quid certauerunt? quoniã furati sunt. aut cuius gratia? vt dominentur. aut in ijs quæ fiunt, ad materiam. Quod igitur causæ hæ, & tot sint manifestum est. Textus. lxviij. Textus. lxix.

¶ Hęc est tertia earũ pars principalis, in quas libruꝫ hunc secundũ partiti sumus: in qua postq̃ Philosophus in duobus primis capitulis explicuit quid esset natura et in quatuor sequentibus quot essent causarũ genera, tã per se quã per accidens, ostẽdit modo per tria ca. quemadmodũ scientia hęc naturalis demõstret per oĩa genera causarum. Et qui in hoc. 7. cap. quod septẽ cõtinet tex-

tus,proponit intētam cōclusionem: prǽmittitque aliqua necessaria ad eius manifestationem. Sed in duobus prioribus textibus qui sunt. 68.ꝛ.69. repetens cōclusionem quę ex superioribus colligitur, ait, tot esse scientias numero quot dictę sunt scilicet, quatuor ꝛ non plures. ¶Quam conclusionem cōfirmat hac ratione. Tot sunt causę numero quot respondētur cum interrogatur propter quid est, aut fit hoc: sed ad huiusmodi interrogationem nō respōdetur, nisi aliquo istorum genere causarum: ergo tātum sunt quatuor causę. ¶Probat minorem exemplis in mathematicis ꝛ in ciuilibus bellis. Causę quatuor. Ad quorum euidētiam animaduertendum est illud quod. q. 3. adnotauimus, videlicet, ꝙ causa rei aut potest considerari solum quātum ad esse: ꝛ ad hoc sufficit causa formalis, quę dat esse rei: qualis est diffinitio quiditatiua. Aut consideratur quantum ad fieri: ꝛ tunc requiritur materia de cuius potentia educatur forma, ꝛ in qua recipiatur: ꝛ efficiens quod producat: ꝛ finis a quo efficiens moueatur. Et ex hoc sumitur sufficientia huius numeri causarum. ¶ Sed est secundo notandum ꝙ cum mathematice tractent de figuris quātitatis, vt abstrahunt a materia ꝛ motu, non considerant causas rei quantum ad fieri: ꝛ ideo solum demonstrant per causam formalem: vt si quęratur a mathematico propter quid angulus lapidis quadrati est rectus, non respōdebit, quia ita factus est, propter talem finem: sed quia est angulus quem constituit linea recta perpendiculariter cadēs super lineam rectam: quę est diffinitio anguli recti. Sit ergo ꝙ propter quid vltimum in immobilibus, vt in mathematicis, id est vltima earum causa reducitur ad diffinitionem anguli recti, aut lineę rectę. Dicuntur mathematicę immobiles: quia abstrahunt a materia ꝛ motu. Aut etiam reducitur ad diffinitionem commensurabilis. vt si quęratur quare diameter non est commensurabilis coste, respondebitur, quia nulla est pars aliquota vtriusque: quę est diffinitio commēsurabilium linearū. ¶ Exemplum efficientis est in tex. 69. [propter quid certauerūt? quoniam furati sunt] Alludit ad bellum Thebanorum aduersus Focēses: cuius prima causa efficiens fuit ꝙ Focēses inuaserant templum Thebanorum, illudq; spoliauerāt. Exemplū causę finalis est in alio bello quod rex Persarū intulit Grecis, illius finis gratia, vt eis dominaret. Prętterit exemplū materię: quod esse hoc potest. Propter quid ferrum densius est quā lana, quia plus habet materię. Propter quid albedo accidens est corporale, intellectio vero spirituale, quia albedo est accidens proprium corporis: intellectio vero animę.

Textus. lxx. Cum autem causæ quatuor sint, de oībus est Physici cognoscere. & ad omnes reducens ipsum propter quid: assignabit physice materiam, speciem, ipsum mouens, & id cuius gratia. Veniunt autem tres in vnam plerumque. Ipsum enim quid est, & id cuius gratia: vna est. Ipsum vero vnde motꝰ primum: specie, eadem est his. Homo enim: hominem generat. Atque omnino quæcunque mota mouent. quæcūque autem non, non amplius Physice sunt. non enim, in seipsis habentia motum, aut principiū motus, mouent, sed immobilia sunt.

¶In tex. 70. proponit cōclusionem quam intēdit, videlicet, ꝙ physici est cognoscere omnes causas. Cuius ratio est ꝙ physici est cōsiderare res naturales, ꝛ quo ad esse, ꝛ quo ad fieri. ¶Subiungit autē ꝙ ex his quatuor causis tres coīcidunt in eādem rem: cum enim ignis ex stupa generat ignē, illius generationis finis ꝛ forma sunt idem numero: efficiens autē est idem spē vtriq;: siue sermo sit de forma quę est altera pars compositi, siue de forma metaphysica quę est quiditas rei. Finis enim ignis generātis est producere formam sibi similē in spē: vnde forma geniti quę priusquā esset in ratione finis mouebat agens (qō a prima causa dirigebatur ad talem finem) eadē, cum inducitur, est causa formalis. Cui forma efficientis est similis in spē ꝛ per consequēs efficiens ipsum ꝛ eius quiditas similitudinem habet cum genito. Loquit enī Aristo. de agente particulari ꝛ vniuoco. Et hoc est quod subdit [atq; omnino quęcunq; mota mouēt] id est, quęcunq; causę habentes in se principia sui motus. Quęcunq; autem mouent ꝛ non mouētur (quales sunt intelligentię) iam non sunt physicę considerationis: quia nō habent in se principium sui motus. s. quibus moueantur. Et ideo non dicitur entia naturalia. vt. q. 1. huius adnotauimus. Et hic locus est notandus aduersus eos qui angelos appellant entia naturalia.

Quam ob rem tria sunt negocia, hoc quidem, circa immobile. Illud vero, circa mobile quidem, sed incorruptibile, aliud autem, circa corruptibilia. Textus. lxxj.

¶In text. 71. infert vnum corollarium, videlicet, tria esse negocia. i. intētiones scientiarum. Alia enī scientia est quę tractat de his quę sunt simpliciter immobilia. vt metaphysica: quę tractat de intelligentijs secundum rem separatis a materia. Cui secundo gradu adiunguntur mathematicę: quę tractant de rebus quidem mobilibus, abstractis tamen per intellectum a materia ꝛ motu. Alia est scientia circa mobile quidem localiter, sed tamen in alterabile ꝛ in corruptibile, vt scientia de cęlo: quę tamen, pars quędā est physice. Sed alia scientia est quę tractat simpliciter de corruptibili. vt in generali isti octo libri: in particulari vero libri de generatione ꝛ de metheoris ꝛ de animalibus.

Quare ipsum propter quid & ad materiam reducendi, redditur, & ad ipsū quid est, & primum mouens. De generatione enim: maxime hoc modo causas cōsiderant. quid post quid fiat, & qui primum fecit, aut quid passum est: & sic semper quod deinceps est. Textus. lxxij.

¶Reuertitur in tex. 72. ad probādam propositam cōclusionem: nempe ꝙ ad physicum pertinet suas cōclusiones in omnes causas reducere. s. ꝛ ad materiam: ꝛ ad ipsum quid est. i. ad diffinitionē: quę est forma totius: ꝛ ad primū mouēs: nā de fine statim sequitur sermo. ¶Probat cōclusionē duabus rationibus.

tionibus. ¶Prima est hęc. ¶Physicus cōsiderat res non solum inquantum sunt, sed quatenus fiunt et generantur: sed in generatione hęc tria sunt cōsideranda scilicet [quid post quid fiat] quantum ad causam formalem, id est quę substantia proxime alteri succedat: non enim quodlibet fit ex quolibet, vt supra dictum est: sed ex aqua per rarefactionē fit aer: et vicissim ex aere per condēsationem fit aqua: et ex semine dispositio animal [et qui primum fecit] scilicet quę fuerit causa efficiens [aut quid passum est] id est quę sit materia: ergo ad physicum pertinet omnes has causas reduceread ipsū ppter quid. Quinimo nō hoc solū, sed habet etiā cōsiderare ea quę cōsequuntur rem genitam. vt textu statim. 74. fit manifestum.

Textus. lxxiij.

¶ Duplicia autē sunt principia mouētia physice: quorum alterum non physicum est. non enim habet motus principium in seipso. Tale autem est, si aliquid mouet quod non mouet: vt id qđ penitus est immobile, & quod omniū primum est. Et ipsum quid est, & forma. finis enim est, & cuius gratia.

¶ Repetit iterū in tex. 73. id quod supra insinuauerat, videlicet, quod physicus in quantum physicus non habet reducere causas vsque ad primas simpliciter, quę mouēt et non mouentur (sicut sunt Deus et intelligentię) quia cum illę non habeant in se principium sui motus, non sunt entia naturalia. Sed debet resolutionem facere vsque ad prima principia particularia, quę mota mouentur scilicet cur hic nascitur homo, et hic nascit equus? quia alter genitus est ex homine, et alter ex equo. Et pariter in finibus, si quęratur cur homo generat hominem, non tenetur physicus respondere, vt ille homo genitus perueniat ad beatitudinem: sed vt generet sibi simile ad cōseruationē speciei.

Textus. lxxiiij.

Quare cum natura propter aliquid sit: & hanc cognoscere oportet, & penitus reddendū est ipsum propterquid vt qđ ex hoc, necesse est hoc fieri: hoc autem ex hoc aut simpliciter, aut frequenter. & si debet hoc fieri: vt ex propositionibus conclusio: & quia hoc erat: quodquid erat esse. & quia melius est sic, non simpliciter: sed ad vniuscuiusque substantiam.

¶ In tex. 74. et postremo subdit secundam rationē eiusdem conclusionis, quę est hęc. Natura agit ppter finē: ergo necesse est effectus naturales in omnes quatuor causas reducere. Et est notāda hęc ratio: qr si natura nō ageret intēdendo finem, tūc nec esset in naturalibus causa finalis, nec proinde causa efficiēs per se. vt. q. 3. notauimus aduersus Democritum: nam efficiens per se est quę intēdit finem. ¶ Subdit omnium causarū exempla: quę licet diuersimode a S. Tho. et aliis exponantur, credo sic euidentius explicari. Si quęrat a ¶Philosopho naturali, cur iste homo duos habeat oculos, respōdere pōt ex causa efficienti: qr genitus est ab alio homine qui habebat duos oculos. At qr posset quis obijcere illā causam nō esse sufficientē eo ꝙ nōnunquā nascitur mōstrum dissimile generanti, dicit ꝙ satis est physico reddere causam, vnde sequitur talis effectus, aut semper: sicut in perpetuis: vt cur sole existente in leone tēpus sit nobis calidū, qr sol est nobis propinquior: aut cur luminaribus existentibus in talibus punctis Sol eclipsatur, qr tūc Luna anteponit Soli. Aut frequēter. vt in exemplo posito, ꝙ iste nascitur duobus oculis: qr genitus est ab homine habente duos oculos. ¶ Pōt etiā reddere causam materialē. s. qr ex semine humano factus est, et nō ex semine oliuę. Et ponit exemplū, sicut cōclusio fit exprę missis: nam ex duabus extremitatibus prę missarū materialiter constat cōclusio. ¶ Pōt prę terea reddere causam formalē: puta diffinitionē quiditatiuā hominis, qr iste est animal rōnale cuius nature congruūt bini oculi. Et hoc est qđ ait [qr hoc est quod quid erat esse.] ¶ Potest deniq causam reddere finalem: nēpe vt duobus oculis melius dirigat motum et colores percipiat. Addit autē ꝙ cū reddit finis, non opus est reddere id quod simpliciter melius est: sed id quod huic nature melius est: nam habere oculos non est simpliciter melius: cum substantijs spiritualibus, puta Deo et angelis: nō sit melius: est tamē melius homini. Et in hoc differt physicus a mathematico: qr mathematicus considerat quidem formā, solum in quantū formā, et nō in quantū finem: vt cur linę circuli a centro vsq ad circūferentiam sunt equales, respōdebit: qr illa est diffinitio circuli. Non tamē respōdebit, quia melius est circulo vel peius habere tales lineas ad motū vel ad pulchritudinem: vel qr peritus artifex illum descripsit: vel qr ex tali materia cōstat. ¶ Illud secūdum exemplum de conclusione et prępositionibus Cōmentator, quē sequitur. S. Tho. nō intelligit de causa materiali: sed ait Aristo. illic ostendere qđ quādo ex causa efficienti sequitur effectus, nō semper, sed frequenter, tunc ex causa ad effectum nō est illatio necessaria: sed solum ex effectu ad causam. Sequitur enim ꝙ si nascitur homo ille generatur ex homine, nō tamē continuo si generatur ex homine nascit homo perfectus: qr potest nasci monstrum. Et prępterea cōparatur ad cōclusionem respectu prę missarum: in quibus necesse est ꝙ si conclusio est vera prę misse sint verę, non tamē si prę misse sunt verę conclusio est vera, vt omne animal est risibile: ergo omnis homo est risibilis. ¶ Sed certe non suspicor hanc fuisse intētionem Aristo. ¶ Primo quia satis est physico vt diximus reddere causam effectus vt plurimum. Et prętterea qr non assignātur ab Aristotele quatuor exempla quatuor causarum, nisi secundum intelligatur de causa materiali.

QVOD NATVRA AGAT propter finem.

CAPVT. VIII.

Textus. lxxv. Questionis sextę locus.

DICENDVM Igitur primum quidem, qđ natura earum causarū est, quæ sunt propter aliquid, postea de neces-

de necessario, quomodo se habet in physicis. Ad hanc enim causam reducunt omnes: quia cum calidum tale natura sit, & frigidum, & vnumquodque talium: hæc ex necessitate sunt, & fiũt, & apta natura sunt. Etenim etiam si aliam causam dicant: solum tangentes, valere sinũt. hic quidem, litem & amicitiam: ille vero, intellectum.

¶ Proposita in superiori cap. conclusione, q̃ physicus habet demonstrare per omnes causas: præiacetisq; fundamẽtis, q̃ finis ⁊ forma quandoq; coincidũt in idem: ⁊ quod nõ opus est reductionem fieri ad primas causas quę mouẽt non motę, (vt sunt intelligentię) in duobus cap. sequentibus manifestat duas conclusiones ex quibus principalis conclusio pendet. Prima ostenditur in hoc cap. 8. nẽpe q̃ natura agit propter finem: ⁊ secunda in cap. sequenti, scilicet quomodo natura agit ex necessitate. Hęc enim duo proposuerat in textu proximo tanquã fundamenta potissima: nam si natura vt illic modo dicebamus nõ ageret propter finẽ, ⁊ ex necessitate, non posset signari causa efficiens per se: immo nec proprie forma quę est per se effectus efficientis. Habet autem hoc caput textus duodecim. In primo qui est numer. 75. proponit conclusionem, scilicet natura est earum causarum quę agit propter finem. In qua potissimum conclusione merito profecto Aristo. nomẽ suum inter antiquos celebrauit: nam tametsi Plato prouidẽtiam dei vt cunq; cognouit, Aristo. tamẽ fuit qui præcipuam hanc philosophię veritatem ostẽdit ad uersus priscos philosophos. s. quicquid in natura fit, fieri propter aliquem finem, qui est prima omnium causarum. Atq; adeo hoc est testimonium diuinę prouidentię: nihil enim agere potest propter finem, nisi aut cognoscat finem, aut dirigatur ab alio cognoscẽte finem: sicut sagitta dirigitur a sagittante. Cum ergo in rerum natura multa sint agentia quę nõ cognoscunt finem, testimonium est q̃ a deo diriguntur in suos fines. ¶ Subdit autẽ Ph. antiquos hanc veritatem ignorasse: quippe qui omnia ad hanc solum causam reducebant quę ex necessitate, scilicet, ratione materię. Materiã enim appellabant necessitatẽ. Aiebant ergo ignẽ nõ esse calidum propter aliquam necessitatem aut finem humanum: nec in membris hominis alia esse frigidiora ⁊ alia calidiora, quia ita sunt necessaria ad vitam: sed quia talis est natura rei ex parte materię. vt. 1. huius super tex. 41. in opinione Democriti explicuimus. ¶ At quia posset quis obiicere q̃ Anaxagoras ⁊ Empedocles ponebant causas efficientes, in quas possent rerum naturę reduci: ille quidem intellectum ⁊ mẽtem, hic vero litem ⁊ amicitiam (vt in. 1. visum est) respondet q̃ illas dicebant esse causas solum in prima mũdi cõstitutione: nõ aũt in gnationibus particularibus. Et hoc est quodait [solũ tangentes, valere, sinũt] i. tãgebant illas in prima rerũ cõstitutione: sed in particularibus generationibus valere sinunt, id est abire permittunt: abeuntibus. enim dicimus valete.

Textus. lxxvj.

Habet autem dubitationem: quid prohibeat naturam non propter aliquid, facere, neque quod melius est, sed sicut pluit Iupiter, non vt frumentum augeat, sed ex necessitate. Quod enim sursum latum est, frigefieri oportet: & quod frigefactum est aquam factum, deorsum venire. augeri autem, cum hoc fiat: accidit frumentum. Similiter autem & si cuipiam perit frumentum in area: non huius gratia pluit, vt pereat, sed hoc accidit. Quare quid prohibet: sic & partes se habere in natura? vt dentes ex necessitate oriri: anteriores quidem acutos, aptos ad diuidendum. Maxillares autem, latos & vtiles ad terendum cibum: cum non propter hoc facti sint: sed acciderit. Similiter autem est de alijs partibus: in quibus videtur inesse ipsum propter aliquid. Vbi igitur omnia acciderint, perinde, atque si propter aliquid facta forent, ea quidem seruata sunt, à casu consistentia apte. Quæcunq; vero nõ sic, periere, pereuntq; quemadmodum Empedocles dicit ea quæ prima hominem referunt, & taurum parte secunda. ratio igitur qua dubitauerit aliquis, hæc est, & si qua talis alia est.

¶ In tex. 76. proponit dubitationem ad examinãdam veritatem, referẽs, antiquorum contrariam opinionem. Vbi notandum q̃ potissimum testimonium q̃ natura agat propter finem, est, q̃ semper agit id quod melius est ⁊ congruentius naturę rei, vt oculos aptos ad videndum, pedes ad ambulandum. ⁊c. Et ideo hoc volebãt antiqui destruere, dicentes, q̃ natura nõ intendit rerum vtilitatem ⁊ perfectionem: sed q̃ vtilitas ⁊ detrimẽtum quod prouenit ex actionibus naturalibus est per accidens præter naturę intẽtionem. Et hoc est qđ ait [habet autem dubitationem] id est, dubium est quid prohibeat, naturam nõ agere propter finem id est, quę sit ratio necessaria, qua prohibemur dicere naturam non agere propter finem. Nam possent dicere antiqui q̃ si Iupiter, id est, Deus, vel aer (quem etiam appellãt Iouem) pluit, hoc non est propter bonum arborum ⁊ segetum, vt scilicet, crescant ⁊ fructus ferant: sed ex necessitate (scilicet materię.) quia vapor leuis radiante sole ascẽdit: ⁊ cum sursum est, vbi viget frigus, propterea q̃ illuc non attingunt radij solares qui reflectũtur a terra, vapor ex necessitate materię condensatur: cõdensatus autem ex grauitate cadit: q̃ autem frumenta crescant de per accidens cõtingit pluuię: quia Iupiter pluens non intẽdebat hoc. Et q̃ hanc vtilitatem non intẽderet Iupiter, probabant: quia cum pluuia reperit frumentum in

area est in detrimentum eius: ergo vt pluuia non intendit detrimẽtum, ita nec intendit vtilitatẽ. [Quare quid prohibet. &c.] Inde sumebant simile argumẽtum ita accidere in membris hominis: vt ꝙ anteriores dentes essent acuti, & maxillares obtusi, nõ factum esset, vt illi sint apti adscindendũ cibum: hi vero ad conterendum: sed quia ex necessitate materię illi erant acuti, & isti obtusi, cõtingit prꝛeter intẽtionem illa vtilitas. Et ita in reliquis partibus scilicet ꝙ plante pedum essent plane, ꝙ hepar esset calidũ, ꝙ stomachus esset talis figurę, nõ fuit ex necessitate materię: sed ꝙ esset apta mẽbra ad digestionem fuit per accidens prꝛeter intentionem. ¶ At quia opponebatur antiquis argumẽtum, ꝙ hae dispositione & organizatione membrorum melius res conseruãtur, qua dissoluta statim res eorum puntur, vt si in homine sit excessiuus calor, aut frigus statim moritur: quapropter videtur ꝙ hęc membrorum coaptatio & temperamẽtum membrorum sit propter conseruationem vitę. Negabant consequẽtiam, dicentes, quod vbi omnia membra a casu sunt coniuncta, & coaptata, vt vnum possit aliud iuuare, tũc casu prouenit vt res possit conseruari, vt patet in animali perfecto secundum suam speciem: vbi tamen forte inepte cohierunt partes diuersarum specierũ, & partes quę non possunt se bene iuuare, vt in centauris: quę sunt monstra parte prꝛima, scilicet superiori homines, & parte secũda. s. inferiori tauri, illa (aiebãt) monstra breuis sunt durationis: quia partes ineptę coniunguntur. Vel forte adducebat Empedocles mõstra in exemplum partium animalium, videlicet, ꝙ quãdo forte membrum est lesum aut humor putridus vt non possit conseruare vitam, sequitur a casu mors.

Textus. lxxvij.

Sed impossibile est ista hoc se habere modo. Hæc enim, & omnia quę natura sunt: aut semper sic fiunt, aut frequenter. Sed eorum quæ fiunt à fortuna, & casu: nihil. Neque enim à fortuna, neque à casu videt: pluere sæpe hyeme: sed si sub cane: neq; caumata sub cane: sed si hyeme. Si igit aut à casu videt, aut propter aliqd esse, si nõ possibile est esse hæc aut à fortuna, aut à casu, ꝓpter aliquid vtiq; erunt. At vero natura sũt huiusmodi omnia. Quemadmodũ & ipsi dixerint: qui hæc dicunt. Est itaq; ipsum propter aliquid in ijs quæ natura fiunt, & sunt.

1. Ratio. ¶ In textu. 77. incipit demonstrare cõclusionem: ad quam prꝛimo adducit quinq; rationes: & deinde respondet aduersarijs. Prꝛima est hęc. Ea quę fiunt, aut semper, aut frequenter, nõ fiunt a casu vel a fortuna: sed a propposito: nam fortuna & casus vt supra dictum est sunt de his quę raro cõtingunt: sed ea que sunt a natura, aut semper, aut frequenter eueniũt: ergo fiunt a proposito. Minorem probat exemplo, quia ꝙ hyeme sit frequens pluuia, aut omnibus annis, aut pluribus contingit: rarissime tamen cõtingit oppositum: sicuti semper aut frequenter contingit ꝙ sole intrãte caniculam (fẽre pe in mense Julij) sit cauma, id est, feruentissimus calor. Contrarij autem effectus: quia raro fiunt. scilicet in hyeme non pluere, et in mense Julij non esse calorem, hoc posset dici a casu sicuti mõstrum.

Textus. lxxviij.

Amplius in quibuscunque finis aliquis est: huius gratia agitur quod prꝛi quodque consequens est. ergo vt agitur, sic aptum natura est. & vt aptum natura est, sic agitur vnumquodq;, nisi quid impediat. Agitur autem: prꝛopter aliquid. Et aptum itaque natura est: huius gratia. vt si domus, eorum quæ natura fiunt esset: sic vtique facta esset, vt nunc ab arte. Si autem quę natura, non solum natura, sed & arte fierent: similiter vtique fierent, vt apta natura sunt: propter ergo alterum, alterum.

2. Ratio. ¶ In textu. 78. subditur secunda ratio quę est ex his quę ab arte fiunt elegantissime sumpta. Supponit enim ꝙ vbicunq; est aliquis finis, omnia prꝛecedentia fiunt prꝛopter illum finem, scilicet & id quod prꝛimum, & id quod consequenter fit vsq; ad illum finem: vt quia cõstructionis domus finis est habitatio, fit, vt fundamentum & parietes & omnia ordinentur in eundem finem. Hoc supposito arguitur. Sicut vnumquodq; agitur, ita suapte natura natum est fieri: & econuerso, sicut natum est fieri, ita agitur: propterea enim in domo prꝛius iacitur fundamentum deinde eriguntur parietes & tandem superponitur tectum. quia ita nata est fieri: & aposteriori cognoscimus ita natum esse fieri, quia ita fit [si non aliquid impediat] quia quãdo producitur monstrum ex semine hominis prꝛopter impedimentum non fit res eo modo quo nata est fieri: sed id quod agitur a natura agitur ad modum eorum quę aguntur propter finem: ergo ita apta nata sunt fieri prꝛopter finem: & per consequens in rei veritate agũtur ꝓpter finẽ. Probat minor per similitudinem ad artificialia. Sicut in constructione domus prꝛius iaciuntur fundamenta mox eriguntur parietes ac demum superponitur tectum: ita arbor prꝛius submittit radices tãquam sustentaculum, deinde emittit stipitem, et tanquam tectum prꝛofert frondes. Unde infert qõ si domus esset res naturalis, natura eodem modo faceret domum, sicut fit ab arte: et viceuersa, si arbor res esset artificialis, eodem ordine artifex faceret arborem quo fit a natura. Si ergo in artificialibus videmus illum ordinem seruari eo quod media ordinantur ad finem, sequitur & naturam, quę similiter operatur, agere prꝛopter finẽ.

Textus. lxxix.

Et omnino ars alia quidem perficit quæ natura non potest efficere, alia verò imitatur. Si ergo quæ secundum artem sunt, propter aliquid fiant: manifestum ꝙ & quæ secundum naturam.

Similiter

Similiter enim se habent inter sese, in ijs quæ secundum artem atque in ijs quæ secundum naturam: posteriora ad priora.

¶ In tex. 79. sequitur tertia ratio secundum Commentatorẽ quę potius est superioris expositio. Ait enim duplicem esse artem: aliam, quę facit id quod natura non potest efficere. vt ars construendarum nauium: nauis enim non potest fieri, a natura: alia vero est quę imitatur naturam, id est operatur eundem effectũ quem facit natura seruando modum naturę, vt medicina. Ut enim natura sanaret infirmum expellẽdo corruptos humores fortificãdo membrum. ꝛc. Eodem modo operatur ars medica. Si ergo ars medendi operatur ex intentione finis, sequitur ꝙ natura sanans infirmũ etiam operatur propter finem: alias ars non iuuaret naturam concurrendo ad eundem effectum, si finem quem intendit ars, non intenderet pariter natura. Et ita infert intentam conclusionem, scilicet ꝙ cum ars operetur propter finem, ꝛ natura operetur quemadmodum ars, fit vt natura itidẽ operetur propter finem.

Textus. lxxx. Maxime autem manifestum est, in cæteris animalibus: quę neq; arte, neq; inquirendo, neq; deliberando, faciũt. Quapropter dubitant quidam, vtrum intellectu, aut quodam alio operentur: & aranei, & formicæ, & huiusmodi. Paulatim autem sic procedenti: & in plantis apparent conferentia quędã fieri ad finem, vt folia propter fructus cooperimentum. Quare si & natura, & propter aliquid, hirundo nidum facit, & araneus telam, & plantæ folia gratia fructuum, & radices nõ sursum sed deorsum, gratia nutrimenti: manifestum quòd est causa talis in ijs quæ natura fiunt, & sunt.

¶ In tex. 80. sequitur quarta ratio sumpta ex animalibus brutis. Araneę texentes telas, formicę congregantes grana, hirundines construentes nidulos, hęc omnia faciunt propter finem: ꝛ tamen nõ agunt ex arte neq; apposito, cum nõ habeãt cognitionem finis: ergo reliqua omnia naturalia, quę sine ratione ꝛ arte operantur, agunt propter finem. Maiorem probat authoritate philosophorum: quam nec contrarij possunt negare. Est em̃ adeo manifestum formicas congregare frumentũ in æstate, vt sit illis alimentum in hyeme: ꝛ hirundines facere nidum gratia incubandi oua, vt etiã contrarij id non possint negare. Dicebant tamẽ qđ ab intellectu quodam dirigebantur. Contra quos ait Ph. ꝙ ista bruta, cum non cognoscant finem, nõ agunt deliberate neq; ex arte: sed instinctu diriguntur a datore naturę. Quocirca idem concedendum est in alijs sensu carentibus. Unde paulatim, inquit, ex his procedendum est ad plantas, quę habent vitam sine sensu: in quibus apparet folia produci vt sint cooperimentum fructuũ: id quod in vite est manifestum: quę propterea habet tam lata folia, vt tenerrimę vuę a tempestatibus protegantur. Et radices arboris propterea sunt subtus, vt alimentum a terra suscipiant. Si ergo ita est in his viuentibus, testimonium est elementa, ꝛ alia id genus vitę expertia etiam agere propter finem.

Et quoniam natura duplex est: alia quidem vt materia, alia verò vt forma, finis autem est hæc, propter finem autem cætera: hęc vtique erit causa cuius gratia. Textus. lxxxj.

¶ In textu veniꝭ. 81. concludit quintam postremamq; rationem. Natura ex qua ens naturale cõstat, est duplex materia, scilicet, ꝛ forma: sed ex his materia quę est pura potẽtia ordinatur ad formã quę est actus eius: ergo generatio rei naturalis est propter finem, id est propter acquirendam formam, per quam res constituitur in sua specie et quiditate.

Peccatum autem fit: & in ijs quę fiunt secundum artem. scripsit enim nõ recte grammaticus: & propinauit non recte medicus medicamentum. Quare manifestum est: qđ contingit & in ijs quæ secundum naturam fiunt. Si igitur sunt quædam secundum artem, in quibus quod rectè fit propter aliquid fit, in ijs autem quæ peccantur, alicuius quidem gratia aggreditur, sed frustratur: similiter vtique se habent & in physicis, & monstra peccata sunt illius quod propter aliquid agit. Et in ijs quę à principio vtiq; cõpositionibus bouigena, si nõ ad quẽdam terminũ ac finẽ poterãt venire: corrupto vtiq; principio aliquo (vt nunc semine) fiebant. Textus. lxxxij.

¶ In text. 82. postquã adduxerat Phil. rationes propias prosequitur diluere aduersariorum argumenta, quę duo erant potissima. Primum qđ cum naturam videbant nonnũquã deficere (nempe quando monstrum gignitur) inferebant naturam non agere ex intentione. Quare dicebat Empedocles, ꝙ sicut in prima constitutione rerum, casu facta sunt aliqua mõstra bouigena, scilicet superiori parte homines inferiori vero boues, propterea ꝙ casu diuersorum animalium membra in vnum coierunt, ita casu contigit, ꝙ fierent homines ꝛ reliquę species huius figurę quam modo habent. Contra hoc argumentum facit Aristo. quatuor rationes: quibus argute retorquet argumẽtum in eos, ostendens, ꝙ potius inde sequitur naturam agere propter finẽ. ¶ Prima ergo ratio est: quę potest sexta in ordine numerari. In ijs quę fiunt ab arte, idcirco cõtingit peccatũ, quia ars nõ cõsequitur finẽ quẽ intendebat: vt propterea grãmaticus dicitur peccare, qꝛ scribendo, aut loquendo non

do non cõsequitur finem artis: ꝛ propterea medicus peccat, qz non porrigit potionem cõmodam ad finẽ. Unde si nullus esset finis intentus artis, nullum cõtingeret peccatũ: quia peccatum nõ est, nisi quia deficit a fine: ergo peccatũ potius est signum ꝙ talis ars agit propter finem, quã ꝙ non agat propter finem. Eodem ergo modo in naturalibus, ꝙ aliquando contingat monstrũ, potius est signum, ꝙ natura intendebat finem quẽ non cõsequitur monstrũ, propter aliquod impedimẽtum.

2. Ratio. Non enim diceretur monstrũ humanũ illud quod nascitur vnico oculo, nisi natura intenderet ꝓducere duos oculos. Quocirca bouigena illa Empedoclis propterea facta sunt monstra, nõ vt fingebat Empedocles, qz membra diuersorum animalium forte coniuncta sunt: sed qz natura particularis impedita fuit ab alia causa, ne cõsequeretur suum finẽ. Cuius preterea indicii est, ꝙ monstra raro contingunt: effectus vero intenti, aut semper aut frequenter.

Textus. lxxxiij. Amplius necesse est semen fieri primum: sed non statim animalia. & ipsum natura quidem molle prius semẽ erat. Amplius & in plantis inest ipsum propter aliquid: minus autem distinctum est. Vtrum igitur & in plantis fiebant, vt bouigena viri prora, sic vitigena oleo prora, an non? Inconueniens enim est. sed tamen oportebat: siquidem & in animalibus. Amplius oportebat & in seminibus sieri, vt accidit.

3. Ratio. ¶ In tex. 83. subiunguntur duę alię rationes. Est ergo secunda. Vbi certus est ordo ꝛ series actionum non est fortuitus effectus, sed apposito intentus: nã quę sunt preter intentionem nullũ seruant ordinem certũ: at in generatione naturali, etiam vbi gignit monstrũ, est certus ordo: vt prius ponatur semẽ in loco apto ad generationẽ, nõ tamen statim fit animal, sed prius semen digestum molescit, ꝛ fit embrio: multisq; intermedijs dispositionibus venitur ad animal: ergo illa operatio est apposito. Vis rationis in hoc consistit, ꝙ quãuis nonnũquã contingat peccatum in vltimo effectu, nunquã tamen peruertitur ordo, vt ex animali fiat embrio, aut ex embrione semen: sed econuerso ¶ Tertia ratio est plantę (vt supradictũ est) agunt etiam propter finem: licet in illis non sit tã manifestum quã in animalib⁹, propterea ꝙ nõ habẽt mẽbra ita distincta ad generationẽ, nutritionẽ ꝛ alias operatiões vitales, vt animalia: ergo a fortiori in animalibus (quorum natura magis est solicita) membra ꝛ motus sunt propter finem. ¶ Interrogatio quę statim subiungitur aduersus Empedoclem, varię exponitur. Nihilominus licet appareat intricata facilis est tamen, si prius consideretur ꝙ Empedocles dicebat in prima rerum cõstitutione facta fuisse bouigena viriproza. Legenda sunt hęc nomina non copulatiuę: sed vt secundum sit adiectiuum prioris. Quę erant monstra cuius pars posterior erat bouis (ꝛ ideo dicebantur bouigena) pars vero anterior erat hominis viri: ꝛ ideo dicebantur viriproza: aproza nauis: quę est pars anterior. Quanquã Themistius non legit, nisi, viriproza, id est habẽtia priorem partem viri. Quod si monstrat illa (vt aiebat Empe.) non sunt facta ex defectu naturę nõ potentis attingere suum finẽ, sed qz ita forte coniuncta sunt membra diuersorum animaliũ, interrogat Aristo. cur nõ sunt etiam facta vitigena oleoproza, id est mõstra quorum pars posterior sit vitis ꝛ anterior sit oliua. Inconueniens (inquit) est, quia est cõtra experientiam: sed tamen consequitur ad opinionem Empedoclis. Et idem preterea inconueniens infert in seminibus, cur non factum est monstrum, vt accidit, id est a casu: nempe cuius vna pars grani esset triticum, alia vero hordeum. Quinetiã potuisset interrogare, cur non factum est mõstrum, cuius vna pars esset homo, ꝛ alia planta. Non ergo intendit hic Aristo. negare esse aliqua mõstra in plantis, aut seminibus (vt nonnulli existimant) sed ratio (quę quarta est contra istos) consistit in hoc. Si monstra fiunt illa ratione qua dicit Empedocles, contingerent tunc quidem indifferenter quęuis monstrorum genera ex plantis ꝛ animalibus: non tamen ita contingunt: sed monstrum nascitur quã proximum fieri potest fini intento a natura. vt ex homine nunquam nascitur planta: sed vel homo, vel monstrum habens aliquã effigiẽ hominis, aut quod saltem sit animal: quod est genus hominis. Et in plantis quãuis nonnunquã ex oliua nascatur oleaster, nunquã tamen cupressus. Et in seminibus, licet triticũ aliquando degeneret in siliginem. nunquã tamẽ ex tritico nascitur vitica: ergo cum natura semper faciat effectum quã potest proximum propter finem, sequitur ꝙ ipsamet ꝓductio monstri testatur, naturam agere propter finem. ¶ Unde in textu. 84.

Textus. lxxxiiij. Omnino autem destruit sic dicens: tam quæ natura sunt quã naturam. Natura enim sunt: quæcunq; ab aliquo in seipsis principio continuo motu perueniunt ad aliquem finem. Ab vnoquoque autem non idem quibusq;, neque quiuis, semper tamen ad eundem, nisi aliquid impedierit.

5. Ratio. ¶ Infert Aristo. ꝙ illi qui a natura finem auferũt, rationem ipsam naturę tollunt. Est enim natura que a certis agentibus ꝛ principijs, non quocunque, sed vsque ad certum finem progreditur. [Ab vnoquoq; autem nõ idem quibusq;, neq; quiuis] id est, quibuscunq; agentibus nõ contingit a quocunq; principio in quemcũq; finem procedere: nã ignis neq; incipit a frigiditate, neq; ꝓducit aquã: sed vnum quodq; ex certis principijs ad certũ finem peruenit: nisi impediatur. vt in monstris.

Textus. lxxxv. Id autem cuius gratia, & quod huius gratia, fient vtique à fortuna. Sicuti dicim⁹ quòd à fortuna venit hospes, lotusque abiuit, cum tanquàm gratia huius veniens egerit, non autem gratia huius venerit. & hoc secundum accidens. Fortuna enim, est earum quæ sunt secundum accidens causarũ, quẽadmodum

admodum & prius diximus. Sed cum hoc semper, aut frequenter fiat, non secundum accidens, neque à fortuna est. In physicis autem semper sic, nisi quid impedierit.

¶In textu. 85. respondet cuidam tacitę obiectioni, quę posset fieri aduersus ea que dicta sunt. Atqui textus (licet hanc expositionem nusquam viderim) hoc modo videtur inducendus. Fecerat consequentiam Aristot. q si effectus naturales sua pte natura possunt fieri propter finem, de facto natura faciat illos propter finem. Quam consequentiam posset quispiam negare, dicēs, id quod suapte natura est factibile a proposito, fieri aliquā do pręter intentionem. vt si quis vadat in domum amici solum salutandi eum gratia, & forte illic balneo lauatur, tūc lotio quidem illa est a fortuna, si non fuerat intenta, & tamen erat factibilis a proposito: nam si ille sciuisset se lauandum, venisset, propter illud. Respondet Arist. id nōnunquam verum esse scilicet, q fiat a fortuna, id quod esset factibile a proposito: id tamen est verum quando talis effectus raro contingit: sed tamen quia natura semper, aut frequentissime eosdem consequitur effectus, signum est quod non solū effectus illi sunt factibiles ex intentione, sed quod in rei veritate fiunt ex intentione.

Textus. lxxxvj. Inconueniens autem est: non opinari propter aliquid fieri, nisi videant ipsum mouens deliberasse. Attamen etiam ars nō deliberat. namque si esset in ligno, nauis faciendę ars: haud secus atque natura faceret. Quare si in arte inest ipsum propter aliquid: & in natura inest. Maxime autem manifestum est: cū quis medetur ipse sibi ipsi. huic enim: similis est natura. Quod igitur causa sit natura, atque ita vt propter aliquid, manifestum est.

¶In textu deniq. 86. & postremo respondet Ph. ad secundum argumentum aduersariorum: quod erat huiusmodi. Natura non agit ex consilio, & deliberatione, vt patet in brutis animalib⁹ & in alijs insensibilibus: ergo non agit propter finē. Quibus respondet negando consequentiam. Et potest quidem aliam rationem reddere videlicet, q agere propter finem, stat dupliciter: vnomodo a proposito per deliberationem particularis agentis: & alio modo t āquam ea quę ab alio dirigūtur, vt sagitta. Sed tamen adhuc ostendit consequentiam non valere, etiam in artibus, quarum opera sunt a proposito. Nam artifex construendarum nauium, non deliberat an nauis debeat fieri ex ligno vel ex plumbo: nec deliberat an prius sit lignum cedendum ex arbore, quam dolabra dedoletur. Quoniam hęc ex habitu sunt manifesta. Nec certe domificator deliberat an prius iaciat fundamēta, quam erigat parietes: nihilominus agit propter finem. ¶Et quia posset quis istam analogiam artis & naturę inficiari, dicens quod ars agit propter finem: quia est principium extrinsecum artificio, natura vero est intrinsecum enti quod mouetur: respondet quod nihil refert principium esse intrinsecum, an extrinsecum in hac parte. Et ideo concludit, quod in ea maxime arte apparet operatio naturę propter finem, quando medicus sibi ipse medetur: tunc enim medicatio fit propter finem a principio intrinseco, puta a parte: quę est in illo qui sanatur. Eodem modo quando quis a natura sanatur, natura operatur propter finem. Licet sit differentia quod quando medicus sanatur, motus est a principio quod est per accidēs intrinsecum ei qui sanatur.

Dubium.

Solutio.

QVEMADMODVM in natura sit necessarium.

CAPVT. IX.

QVOD autem ex necessitate est vtrum ex conditione sit, an & simpliciter? Nūc enim opinantur quod ex necessitate est, esse in generatione. Quēadmodum si aliquis murum ex necessitate existimaret esse factum: quoniā grauia quidem deorsum ferri apta natura sunt, leuia autem supernè. quapropter lapides quidem deorsum ac fundamenta, terra autem, sursum propter leuitatem. supra autem maxime ligna leuissima enim sunt.

Textus. lxxxvij.

¶In capitulo nono, quod sex textus continet, determinat Philosophus secūdam quęstionem propositam in principio sequentis capit. nempe illa quę in natura contingant, qua necessitate fiant. Est enim quęstio hęc cum superiori connexa. Cum enim determinatum sit naturam agere propter finem, videtur statim inde sequi omnia fieri ex necessitate finis: cum antiqui potius dixissent fieri ex necessitate materię. Et ideo proponit primo quęstionem, vtrum necessitas effectuum naturalium sit necessitas conditionalis an necessitas simpliciter. Ad cuius intelligentiam notandum est ex. 5. metaphi. text. 6. quod necessarium tot modis dicitur quot sunt causarum genera. Est enim necessarium ab intrinseco, aut ratione materię aut ratione formę, vt necesse est hominem esse mortalē quia est materialis: & esse risibilē, quia est rationalis. Et preterea est necessariū ratione causę efficientis: sicut necesse est noctē diei succedere, propter motū diurnū solis: noctesq; & dies inęquales esse in diuersis tēporibus propter maiorē aut minorē ac

Necessarium

cessum solis annos. Et iste necessitates dicuntur simpliciter, propterea quia sunt a causis intrinsecis, aut saltem a priori, ratione causę efficientis. Alia est necessitas ratione finis: ꝛ hęc dicitur conditionalis. vt cibum sumere non est simpliciter homini necessarium: sed conditionaliter propter finem, si vult viuere. Est ergo quæstio: vtrum dispositio ꝛ ordo vniuersi ꝛ dispositio ꝛ ordo membrorum animalis, sit simpliciter ex necessitate materię, an propter finem. Antiqui enim dicebant hoc fieri ex necessitate materię. vt quod terra sit deorsum ꝛ aqua desuper ꝛ adhuc superius aer, non est propter finem aliquem: sed solum quia materia est grauior ꝛ aqua leuior. Ponebant exemplum in artificialibus. vt ꝙ in constructione domus fundamentum substernatur ex lapidibus, ꝛ parietes cōstruātur ex terra (aut ex terra cocta, quales sunt lateres: aut ex terra cruda constipata) ꝛ ꝙ tectum superponatur ex lignis, hoc non prouenit, nisi quia lapides sunt grauiores quam terra, ꝛ terra quam ligna.

Textus. lxxxviij Attamen non sine his quidem factus est: non tamen propter hæc, nisi vt propter materiam, sed causa abscondendi quędam & saluandi. Similiter vero & in alijs omnibus, in quibuscunque ipsum propter aliquid est: nō sunt quidem sine ijs, quæ necessariam habent naturam. non tamen sunt propter hęc, nisi vt materia sunt. sed propter aliquid. vt propter quid: serra est talis vt hoc, & huius gratia sit. Hoc tamen cuius gratia, non potest fieri, si non ferrea sit. necesse est igitur ferream esse: si serra erit & opus ipsius, ex suppositione igitur necessarium est. Sed non vt finis. Nam in materia necessarium est. Id autem cuius gratia fit: in ratione.

¶ In text. 88. constituit hanc conclusionem aduersus antiquos. Tam in naturalibus quam in artificialibus materia est necessaria: ratio tamen necessitatis non est a materia. sed a fine. Et hoc est ꝙ ait (nō quidem factus est) scilicet murus (sine his) .i. sine lapidibus ꝛ lateribus. Non tamen murus factus est propter hęc, nisi quasi propter materiā. i. vt ly, propter dicat circunstantiam causę materialis: sed factus est causa abscōdēdi supellectilē ꝛ bona omnia mobilia, ꝛ saluandi homines a tempestatibus. Atqui id confirmat exemplum materialium quo illi vtebantur vt materia quidem necessaria serrę est ferrum tamen serra non fit propter ferrum: nisi ly propter, tantum valeat quantum ly ex, sed fit serra secandi gratia. At quia secare non potest apte, nisi sit ex ferro dentato fit vt ratio necessitatis materię ꝛ serre sit ex fine. Unde quando quęritur quomodo sit necessarium in naturalibus: respondetur ꝙ est quidē necessitas materię, sed tamen ratio necessitatis sumitur ex fine. Et sic res sunt necessarię ex suppositione. i. ex fine: qui est prima omnium causa. Et quia in naturalibus finis ꝛ forma sunt idem, idem est dicere, ꝙ necessitas materię sumitur a fine, ꝛ ꝙ sumitur a forma vt quęstione sexta peramplius explicatur.

Est autem necessarium: & in disciplinis & in ijs quæ secundum naturam fiunt, quodammodo similiter. Cum enim rectum hoc sit: necesse est triangulum duobus rectis æquales habere. sed non si hoc est illud est. sed si hoc non est, neque illud rectum est. In ijs autem quæ propter aliquid fiunt: è contrario. si finis erit, aut est: & id quod est ante, erit, aut est. Si verò nō sicut ibi non sic conclusio, principium non erit, sic & his finis, & id gratia cuius. Principium enim & hoc est, non actionis, sed cogitationis. Ibi autem cogitationis, actiones enim non sunt. Textus. lxxxix.

¶ In textu. 89. ꝛ sequenti, explicat huiusmodi necessitatem per similitudinem ad ratiocinationem intellectus. Et est profecto similitudo elegantissima. Posset enim quis hęsitare circa ea quę modo dicta sunt: quod finis non sit prima causarum naturalium vnde sumatur aliorum necessitas: propterea quod causa debeat precedere effectum, ꝛ tamē finis est vltimum ad quod terminatur actio. Ut ergo quod finis in operationibus se habet, sicut principia ꝛ premisse in ratiocinationibus: quā sententiam sub eisdem terminis profert. 7. ethi. cap. 8. In ratiocinationibus enim (vbi non arguitur ex conuertibilibus) si premisse sunt verę conclusio est vera (quia ex vero non sequitur, nisi verum) non tamen si conclusio est vera, premisse sunt verę (quia verum sequitur ex falso: vt omne animal est risibile: ergo omnis homo est risibilis.) Si tamen conclusio est falsa, premisse debēt esse false: quia falsum nō sequitur ex vero. Exēpli gratia. (Si rectū est) id est, si figura rectilinea, puta isosceles est. necesse est vt habeat tres angulos equales duobus rectis: non tamen si est figura habens tres angulos equales duobus rectis, erit isosceles: quia potest esse alia species trianguli, vt equilaterus. Et si nulla sit figura habens tres angulos ꝛc. nec erit isosceles. In actionibus autem quę fiunt propter finem cōtigit contrarium, quod si finis est, media ad illum finem sunt: non tamen si media sunt, finis erit. vt si homo perfectus omnibus membris gignitur, a gens fuit, et materia hominis fuit. puta semen humanū: nō tñ si semē humanū fuit, homo perfectus gignitur: quia potuit, aut impediri generatio, aut nasci monstrū. Attamen si non fuit semē nec fuit homo genitus. Et proportionabiliter vicendum est respectu copulę vel futuro. Ibi autem principium enim ꝛc. reddit rationē cur in agibilibus finis se habeat, vt principiū in speculabilibus: quia finis (inquit) est principium, non actionis, sed cognitionis. Ratio est acutissima. Principia enim

ꝛpꝛ

ꝛ premisse ratiocinationis non sunt principia agẽdi: sed solum principia cognoscendi: quia cognitio premissarum est causa cognitionis conclusionis. Eodem modo finis in agibilibus nõ est prima causa agendi: sed prima causa cognoscendi, id est, mouens per intentionem causam efficientem ꝛ causa vero efficiens est prima causa actionis, id est, vnde incipit motus.

Textus. xc. Quare si erit domus, hæc necesse est fieri, aut existere, aut esse, aut omnino materiam quæ propter aliquid est. vt lateres, & lapides: si domus. non tamẽ propter hæc, est finis, nisi vt materiam, neque erit propter hæc. omnino tamẽ si non sint neque domus, neque serra erit. Illa quidem si non sint lapides. Hæc verò, si non sit ferrũ. neque enim ibi principia sunt, si non triangulũ duobus rectis. Manifestum est igitur, quod necessarium est in physicis, quod vt materia dicitur, & motiones eius.

¶ In textu. 90. rem explicat per similitudinem artificiorum. In constructione enim domus, domus ipsa est finis: ꝛ ideo si domus futura est, necesse est vt lateres ꝛ lapides sint: non tamen si lateres ꝛ lapides sint parati, statim dom⁹ est. Et ideo domus non fit propter hęc tanquam propter finẽ. Quod est dicere non fit domus ex lapidibus ꝛ lateribus tanquam medium necessarium ad conseruandam naturam lapidum ꝛ laterum: sed fit propter habitationẽ. Nihilominus si non sint lapides ꝛ lateres non erit domus: quia illa sunt materia necessaria domus. Sicuti si non sit ferrum, non erit serra. Quemadmodum in syllogismo, si non est conclusio, scilicet, triangulum habere tres. ꝛc. non erit principium puta isosceles. Attamen serra non fit propter ferrum tanquam medium propter finem: quia serra non est necessaria ad conseruandũ ferrum: sed fit propter sectionem. Ad quam tamẽ necessarium est vt serra fiat ex ferro. Concludit ergo quod in physicis, necessarium, dicit materiam: nam necessarium dicitur medium quod ordinatur ad finem: ꝛ dispositiones etiam materię dicuntur necessarię eadem ratione: ratio vero harum necessitatum sumitur a fine.

Et vtręque quidem physico dicendę sunt causæ. magis autẽ: ea cuius gratia. causa enim hæc materię est. sed nõ hæc ipsius finis. ¶ Et finis is cuius gratia, & qui principium est: à diffinitione & ratione petitur, sicuti in ijs quæ secũdum artem. quoniam si domus est tale, hæc oportet fieri & esse ex necessitate & quoniam sanitas, hoc est: hæc oportet fieri ex necessitate & esse. Sic, & si homo est hoc: hęc. si vero hæc: hæc.

¶ In textu. 91. subiungit conclusionem quod tam materia quam finis est causa perse pertinẽs ad cõsiderationem physicam: magis tamen finis quam materia siquidem ratio ꝛ cõditio materię sumitur a fine. Quod enim materia oculi debet esse aquea ꝛ mollis: ꝛ materia auris debet esse aeris, sumitur a fine: puta quia ita sunt apte ad videndum vel audiendum. Subnectit autem alteram comparationem finis in operabilibus, ad principium in demõstrabilibus: qua amplius innotescat ratio finis. Ait enim ꝙ sicut in demonstrabilibus principium demonstrationis est diffinitio, ita in operabilibus finis, vnde sumenda est tota ratio mediorum, et quiditas ipsius rei: nam vt supra diximus, finis ꝛ forma in idem concidunt. Exempli gratia: quia domus est artificium quo a tempestatibus protegamur: necesse est vt fiat ex lapidib⁹, lateribꝰ ꝛ lignis. Et si sanitas est debita humorũ proportio: necesse est quod talibus medijs ad eam perueniatur. Eodem modo: quia homo est animal rationale: necesse est vt fiat ex carne ꝛ ossibus ꝛ membris talibus ꝛ sensibus.

Fortasis autem: & in ratione est necessarium. Determinãti enim opus serræ: quòd diuisio huiusmodi est. Hæc autem non erit: nisi habeat dentes tales. Hi vero non: nisi ferrea sit. Sunt enim & in definitione quædam partes: vt materia diffinitionis. Textus. xcij.

¶ In textu. 92. ꝛ postremo totius libri respondet dubitationi, quę ex verbis proximis posset oriri. Videtur enim quod si diffinitio rerum naturaliũ est finis, nunquam posset vari diffinitio per materiam. Respondet inquam nihil prohibere quo minus necessarium, id est, materia, ponatur aliquando in ratione, id est, in diffinitione. Nomine enim, necessarij, semper intelligit hic Aristo. materiam. Potest enim diffiniri serra diffinitione quę sumitur ex fine: ꝛ hęc est potissima. vt si dicamus, serra est instrumentum aptum secandis lignis. Et potest diffiniri per formam. vt si dicamus, serra est instrumentum dentatum. Et per materiam, vt si dicamus, serra est instrumentum ferreum aptum secandis lignis. Diffinitio enim materialis instrumenti: non est completa, nisi adiungatur finis: nã ex fine sumitur ratio ꝛ formę, ꝛ materię. Etenim quia est instrumentum secandi, debet habere dentes duros: ꝛ quia debet habere dentes duros, debet esse ferrea. Vt enim. 1. poster. super textu. 22. adnotauimus, per omnes causas potest res diffiniri. Materialiter namque ira est ascensus sanguinis ad cor: sed ratione finis diffinitur ꝙ sit appetitus vindictę: ꝛ vtramq; causam comprehendendo, dicitur ira, ascensus sanguinis ad cor, propter appetitum vindictę.

¶ Sequitur quęstio sexta. Vtrum natura. ꝛc.

FINIS SECVNDI LIBRI.

Reuerendi patris fratris Dominici Soto Segobiensis, Theologi, ordinis Prædicatorum, super tertium Physicorum Aristotelis Commentaria.

QVOEAQVAE DICENDA sunt, proponuntur,

CAPVT. I.

Textus. j.

QVoniam autem natura quidem est principium motus, & mutationis, scientia autem nobis de natura est, non latere nos oportet quid sit motus. Necessarium enim est, ignorato ipso, ignorari & naturam. Cum autem determinauerimus de motu, tentandum erit eodē aggredi modo de his quæ consequenter sunt. Videtur autem motus, continuorum esse. Infinitum autem apparet primum in continuo. Qua propter & diffinientibus continuū accidit vti sæpenumero ratione infiniti, cum infinitum diuisibile, continuum sit.

¶Subiectū libri huius vt ex superioribus cōstat est ens naturale, seu mobile. De cuius tribus principijs in primo, de quatuor vero causis, in secundo dictum est. Subsequitur ergo in hoc tertio de ente ipso mobili dicere: atque adeo potissimū de eius propria passione, quę est motus. ¶Partiuntur autē hunc librum tractores in octo cap. Comenta. vero in textus. 75. ¶In capite hoc primo, q̄ quinque textus complectitur, proponit ¶ h. ea quę in reliquis sex libris dicturus est: ⁊ deinde statuit tres diuisiones ad diffinitionem motus prægambulas. Continuat primo librum hunc cum superiori, dicens, q̄ cum intentio huius libri sit dicere de ente naturali, quod est habens naturam: natura autem (vt lib. 1. dictum est) sit principium motus, dicere oportet quid sit motus. Nam diffinitionis notitia pendet ex partium cognitione. Atqui cū motus sit de genere continuorum. i. pertinens ad quantitatem continuam (nam nihil physice est mobile, nisi corpus continuum vt lib. 5. erit videre) in tractatione autem ⁊ diffinitione continui ponitur infinitum, necesse subinde est, ⁊ de infinito sermonē facere. Licet vero q̄ sæpe numero indiffinitione continui ponitur infinitum: quia cū cōtinuū debeat diffiniri per partes ex quibus constat, partes vero ad totum duplicem habeant habitudinē (quippe cum ⁊ partes totum componunt, ⁊ totum in partes resoluitur) fit vt duplex sit diffinitio continui: prima quę posita est in prædicamento quantitatis. s. cōtinuum est cuius partes copulantur ad aliquem terminum communem: altera vero, continuum est diuisibile infinitum. Et quia non in prima, sed solum in secunda ponitur infinitum, idcirco dixit sæpenumero.

Diuisio libri.

Ad hęc autem: sine loco, & vacuo, & tempore, impossibile est motum esse. Manifestum igitur est: quòd & propter hæc, & propterea quòd cunctis sunt communia, & vniuersalia hęc: omnibus considerandum erit cum proposuerimus, de vno quoque istorum. Posterior enim est, de proprijs speculatio: ea quæ de communibus est. Primum autem, sicuti diximus: de motu. Textus. ij.

¶Rursus in tex. 2. subdit q̄ cum motus fieri nequeat sine loco ⁊ vacuo ⁊ tempore, operę precium etiam est de his dicere: locus namque, quia est permanens, est mensura mobilis (cum omne mobile sit quantum permanens) tēpus autem quod est mensura successiua, est mensura motus: qui est quantitas successiua. De vacuo autem necessaria est disputatio: non quia in rei veritate sit vacuum, sed quia fuerunt veteres quidam opinantes motum fieri non posse, nisi admisso vacuo. ¶De duobus prioribus. s. motu ⁊ infinito, quod intrinsece se habet ad motum, agitur in hoc. 3. lib. in tribus inquā prioribus capitulis de motu, ⁊ in quinque postremis de infinito. De reliquis vero tribus quę extrinsecę se habent ad motum disputat in quarto. Licet vero eo aliorum librorum quatuor, prętermittit hic materiam proponere, q̄ omnes sunt de motu, mobili, ⁊ motore. Subiungitur igitur tandem q̄ primum omnium dicendum est de motu.

Est igitur eorum quæ sunt: aliud quidē actu solum, aliud vero potentia. ¶Et eorum quæ sunt actu: hoc quidem hoc aliquid, illud vero tātum, aliud autem tale. & in alijs entis prędicamentis similiter. ¶Eorum autem quæ sunt ad aliquid: aliud quidem secundum superabundantiam, & defectum dicitur, aliud autem secundum actiuum & passiuum, atque omnino motiuum & mobile. Motiuum enim motiuū mobilis est. & mobile à motiuo est mobile. Textus. iij.

¶In

Tres diuisiones.

¶In text.3.premittit tres diuisiones necessarias ante diffinitionem motus. ¶Prima eorum quę sunt .i.entium aliud est in actu,ꝛ aliud inpotentia. Hęc diuisio non diuidit ens in diuersa prędicamẽta sed est diuisio cuiuscunque prędicamenti. Substantia rum.n. alia est substantia in actu : ꝛ alia inpotentia. ¶Primo loquendo de substantia totali,antichꝛistus est homo in potentia:ꝛ quãdo erit,erit homo in actu:ꝛ semen est animal in potentia.aut planta in potentia:postquam vero fuerit nata, sunt animal aut planta in actu. Si tamẽ loquamur de partibus,materia est pura potentia:ꝛ forma purus actus. Vnde intelligentię sunt puri actus:substantię vero inferiores constãt ex actu ꝛ potẽtia. ¶Secunda diuisio est entis in decem predicamenta.s. entium aliud est hoc aliquid,puta substãtia,aliud vero quantitas,aut qualitas.ꝛc. Mos.n. Aristotelicus est loqui de predicamentis in cõcreto. ¶Tertia diuisio est bimembris Eorum quę sunt ad aliquid alia quidem secundum superabundantiam ꝛ defectum .i.alia est relatio fundata super quantitatem(ꝛ aliud secundum actiuum ꝛ passiuum).i.alia fundatur super actionem ꝛ passionem. Diuisio hęc.5.meta.tex.20.latius explicatur: sed quãtum ad rem pertinet notandum est, ꝙ cum relatio sit res minime entitatis(quia non habet absolutum esse,sed suum esse est ad aliud)non potest substantię competere,nisi mediante aliquo accidente absoluto:quod est proximum eius fundamentum,vt in predicamento relationis dictum est:omnis autem relatio fundatur aut super quantitatem: potissimum super rationẽ vnitatis aut numeri quę est mensura rerum:aut super actionem ꝛ passionẽ quę est fluxus ab alia re,aut ad aliam vt duplum, triplum,equale ꝛc.fundatur in numero : nam duplum est quod bis continet aliud ꝛc. ꝛ simile non proxime fundatur in qualitate,sed in vnitate qualitatis:puta ꝙ sit eadem species aut idem gradus qualitatis. Item relatio qua aliquid dicitur calefaciens aut calefactum,fundatur in actione ꝛ passione:relatio vero paternitatis,aut filiationis, super hoc quod est generasse aut genitũ esse. Quid vero diuisiones iste conferant ad notitiam motus subiungit in textu sequenti.

Textus. 2ª c

Non est autem motus, præter res. Mutatur.n.semper id quod mutat aut secundum substantiam, aut secundum quantitatem,aut secundum qualitatẽ, aut secundum locum . Commune verò in his, nihil est accipere , sicuti dixi mus:quod neque hoc,neque quantum neque quale , neque aliorum prædica mentorumvllum sit. Quare neque motus,neque mutatio , vllius erit præter ea quæ dicta sunt,cum nihil sit præter ea quæ dicta sunt.

Secũdæ quęstionis pars.

¶Proponit aũt primum ꝙ motus non est præter res. Quod est dicere. Motus consideratus ratione termini seu formę quę acquiritur non pertinet ad aliud distinctum prędicamentum,quam ad prędicamentum sui termini. ¶Id.n. quod non habet perfectam entitatem non ponitur directe in prędicamento:sed reducitur ad genus suę perfectionis, sicuti materia ꝛ manus reducitur ad predicamentum substãstię : ꝛ cum motus dicat quid imperfectum(est enim sicut via ꝛ acquisitio rei)fit vt motus.v.g.augmentationis reducatur ad predicamẽtum quantitatis:ꝛ motus alterationis,ad prędicamentum qualitatis:ꝛ generatio,ad prędicamentũ substantię. Tametsi generatio vt videbimus in.5. huius non est motus sed mutatio: nihilominus vsque ad illum locum semper motus accipitur communiter,vt includat generationem. Vnde rursus infert,ꝙ quemadmodum nihil est vniuocum substantię,quantitati,ꝛ qualitati: sed ens analogice dicitur de illis,ita nihil est commune vniuocũ omnibus motibus:sed analogice motus dicitur de suis speciebus:si modo motus consideretur inquãtum est quedam forma imperfecta. Mã vt dicit respectum ab alio vel in alio pertinet ad predicamẽtum actionis:vel passionis:vt.q.1.per amplius explicatur . Sequitur ergo quod motus eodem modo diuiditur vt ens:ꝛ ad eadem prorsus prędicamenta reducitur tanquam quid imperfectum ꝛ medium inter actum ꝛ potentiã. Et hac de causa premiserat duas priores diuisiones. Tertiã vero adhibuit ne quis falleretur credens ꝙ motus pertinet ad prędicamentum relationis: motus.n. nõ est relatio:sed est actio vel passio:quę est fundamentum relationis. Et preterea quia inde dependet intelligentia motus,vt statim apparebit.

Vnumquoque autem:dupliciter in Textus. v.
est omnibus,vt hoc.aliud enim est forma ipsius:aliud verò,priuatio. Et secũdum qualitatem.Hoc enim est album: illud autem,nigrum.Et secundum quãtitatem.Aliud enim perfectũ est: aliud verò , imperfectum. Similiter autem & secundum loci mutationem. Hoc enim sursum,illud verò deorsum : aut aliud quidem leue , aliud verò graue. Quare motus & mutationis species: tot sunt,quod entis.

¶In textu.5.soluit dubitationem quę posset hinc oriri. Sunt enim motus contrarij:quorum alter tẽdit ad perfectionem,sicut generatio:alter vero ad imperfectionem, sicut corruptio. videtur ergo ꝙ isti motus non pertineant ad idem prędicamentũ Respondet ꝙ omne genus prędicamẽtale tam generalissimũ quam subalternũ diuiditur per differẽtias quę opponũtur sicut habitus ꝛ priuatio ꝙ est inter oppositiones prima:vt habetur.10.meta. tex.15.sicuti,animal,diuiditur per rationale ꝛ irrationale:ꝛ quale,per album ꝛ nigrum . Atqui ꝛ nigrum est priuatio albedinis , propterea ꝙ lux est quodam modo forma extrinseca coloris,ꝛ nigredo est minus capax lucis.quam albedo:ꝛ in quantitate est magnũ ꝛ parũ:parũ est quodã modo priuatio magni:ꝛ inloco est sursum ꝛ deorsum:ꝛ sursum est dignior differentia quam deorsum . In summa differentię diuidentes genus non possunt esse ęq perfectę:ꝛ ideo perfectior se habet vt habitus : ꝛ imperfectior,vt eius priuatio. Quapropter motus contrarij,sicuti ꝛ termini ipsi motus,ad idem genus pertinent. ¶Sequitur continuo caput secundum.

QVID NAM SIT motus.

CAPVT. II.

Textus. vj. Questionis primę loc°.

DIVISO autem secũdum vnumquodque genus hoc quidem esse actu, aliud autem potentia eius qđ potentia existit actus, quatenus huiusmodi, motus est vt alterabilis quidem quatenus alterabile est alteratio. Augmentabilis autem, & oppositi decrescibilis (nullum enim est: commune nomen in vtrisque) augmentum & decrementum. Generabilis autem & corruptibilis, generatio & corruptio. Loco mutabilis vero: loci mutatio.

Diffinitio. motus.

¶His prętactis, in cap. secundo per textus duodecim distributo, descendit ad diffinitionem motus: dicens, ꝙ motus est actus entis inpotentia secundum quod est in potentia. Ad cuius expositionem considerandum est ꝙ aliquid est impotentia tantum. vt aqua frigida: quę est impotentia calida: aliud in actu tantum. vt si aqua haberet summum colorem ineſſe quieto (quod non posset esse nisi fa etaignis) aliud est partim in potentia partim in actu. vt cum aqua actu calefit. Unde cum aqua est in puta potentia ad calorem non mouetur: quia nihil habet de actu illius caloris: nec quando esset summe calida moueretur ad calorem quia cum sit in summo actu, nihil tunc habet de potentia: sed tunc mouetur quando medio se habet modo. s. quando habet partem actus, & adhuc est inpotentia ad reliquam partem. Itaque motus dicit ordinẽ. Dicit enim actuum respectu prętęritę potentię, & impotentiam respectu futuri actus. Neque id sufficit: sed requiritur ꝙ talis ordo sit cõtinuus & non interpoletur. Cum enim aqua calefit: si acquisito vno gradu caloris, cessaret actio, iam non esset motus: motus enim est de genere continuorum: vt supra dictum est. Optime ergo exprimitur natura motus cum dicitur ꝙ motus est actus (ad differentiam illius quod est in mera potentia) entis in potentia (ad differentiam illius, qđ iam est in vltimo actu) secundum quod in potentia (.i. ea ratione qua tale ens est in potentia) nam cum aqua calefit non mouetur in quantum est actu aqua sed in quantum potentia calida: & ideo forma aquę non est motus: sed actus ille quo calefit. Hinc sequitur ꝙ motus est dispositio mobilis. s. actus imperfectus rei quę mouet. Unde actus (qui grece dicitur entelechia) quando est in facto esse dicitur forma: quando vero in fieri est motus. Subdit exempla. vt alteratio (inquit) est actus alterabilis, in quantum est alterabile: augmentatio est actus augmentabilis in quantum est augmentabile: diminutio, est actus minuibilis in quantũ minuibile. Posuit seorsum vtrumque motum augmenti & decrementi: quia non est vnum nomen commune illis, sicut in alteratione. Enimuero tã motus a calido in frigidum, quam contrarius. & ter ꝙ dicitur alteratio: motus vero ad magnitudinem & paruitatem, non habet idem nomẽ. Ponit etiam exemplum de generatione: quamuis nõ sit proprie motus. s. ꝙ generatio est actus generabilis inquantum generabile. Hinc apparet cur prętmisit tertiam diuisionem: nempe quia motus diffinitur per respectum ad mobile. Ut. n. forma est id quo aliquid est actu, ita motus est actus quo mobile mouetur.

Quod autem hoc sit motus: hinc manifestum. Cùm enim ædificabile, quatenus tale ipsum dicimus esse, actu fuerit: ędificatur. & hoc est ædificatio. Similiter autem & medicatio, & voluTextus. vij. tatio, & saltatio, & adolescẽtia & senescentia.

¶Subsequenter in tex. 7. & quatuor sequentibus explicat tres particulas diffinitionis, & postea probat diffinitionem per comparationem ad aliorum insufficientes diffinitiones. ¶Primo ostendit quod motus est actus. Ad cuius euidentiam notandum est, quod id quod est in pura potentia [si factibile est per motum] est in potentia ad duo. s. & ad fieri, & ad factum esse: quorum primus est actus imperfectus: secundus vero perfectus. Ut domus antequam incipiat ędificari est in potentia ad ędificari, & ad ędificatum esse. Fit ergo ꝙ quando ędificabile in quantum ędificabile actu fuerit tunc ędificatur: nam antequam ędificetur non est in actu: sed in mera potentia: ergo ędificatio dicit aliqualem actum: & similiter, medicatio dicit ꝙ medicabile sit sub tali ratione, i. ꝙ medicetur. Et adolescẽtia est quando quis est in actu inperfecto augmenti: puta quando nondum acquisiuit ętatem perfectam: & senescentia quãdo declinat in senium. Motus ergo actus est

Quoniam autem quędam eadem & Textus. viij. potentia, & actu sunt, at non simul, aut non secundum idem, sed vt calidum quidem potentia, frigidum autem actu: multa iam agent & patientur à se inuicem. Omne enim erit simul actium & passiuum. Quare & mouens physice mobile est. Omne enim huiusmodi mouet cum & ipsum mouetur. Videtur igitur quibusdam omne quod mouet, moueri. sed de his quidẽ ex alijs erit manifestum, quomodo se habent. est enim quoddam mouens: & immobile.

¶In tex. 8. probat secũdam particulam. i. entis in potentia, dicens, ꝙ nihil est in actu & potentia eadem ratione licet diuersis nihil prohibeat. Cum enim aqua est summe frigida, est quidem in actu respectu frigiditatis: sed est in potentia respectu caloris. Et ideo stat ꝙ aliquid simul agat in quantum est in actu: & patiatur inquantum est in potẽtia

tia. vt cum ferrum calidum immittitur in aquam frigidam. ferrum in quantum actu calidum calefacit aquam: & inquantum potentia frigidum, vtcunque frigefit ab aqua. Vnde actio prouenit a forma qua agēs est in actu: pati vero prouenit a materia, qua est in potentia ad recipiendum aliam formam. Quare omne, inquit, mouens physicum dū mouet mouetur: mouens enim physicum est quod in se habet principium intrinsecum, aut actiuum, aut passiuū. vt in. 2. lib. 20. q. 1. dictum est. Atqui vbi est principium actiuum intrinsecum, vt in animali, manifestum est quō calor naturalis nutriēdo debilitatur: & vbi principium actiuum est extrinsecum, alterutrum agūt & patiuntur. vt dictum est de ferro calido & aqua frigida. Subdit autē ꝙ propterea quibusdam visum est, vniuersaliter omne quod mouet simul moueri. Hoc tñ (inquit) alibi determinandum est: nempe. 8. huius. 2. 12. meta. vbi determinatur intelligentias mouere: neutiquam tamen moueri motu physico.

Textus. Eius autē quod potētia existit actus: cum actu existens agit, aut idem aut aliud quatenus mobile, motus est: dico autem quatenus sic, est enim æs, potentia statua: attamen æris actus quatenus sit, motus non est. Non enim idem est æri esse: & potentia quadā mobili: quoniā si idem esset simpliciter, & secundum rationem: esset vtique æris quatenus æs actus, motus. non est autem idē quemadmodum dictum est.

¶ facta ergo suppōne ꝙ stat simul aliquando esse in actu & potentia, concludit in tex. 9. ꝙ motus est actus entis non in quantum est in actu, sed inquātum est in potentia. vt calefactio aquę est actus aquę non in quantum est aqua [nam talis actus est forma aquę] sed quatenus est in potentia calida. Et ideo qñ fuerit perfectissime calida, quia nō erit amplius in tali potentia, non mouebitur. ¶ Explicat id amplius exēplo (dico autem quatenus. &c.) nam ęs (inquit) simul est in actu & in potentia. Est em actu ęs per formam substantialem, & est in potentia statua antequā ex illo fiat statua. Vnde quādo actu fit ex illo statua, illa acquisitio formę est motus: quia est actus ęris, non in quantum est actu ens, sed in quantū est in potentia statua: obidꝫ facta statua, quia tunc iam nō est ens in tali potentia, forma statuę non erit motus.

Textus. x. Manifestum est autem & in contrarijs. posse enim valere ac posse egrotare, alterum est, namque egrotare, quidē & valere idem esset. subm autem & id quod valet atque agrotat, siue humiditas siue sanguis: vnum & idem est. Quoniam autem non est idē (quemadmodum neque color idem & visibile) possibilis quatenus possibile actus manifestum quo motus est.

¶ In tex. 10. rem adhuc perspicacius aperit vbi in vno subō sunt potentia duo contraria. Vnū em ẓ idē subiectū, vt sanguis, vel humor, vel hō ipse, est in potētia ad duas contrarias formas: puta ad sanitatē & ęgritudinē. Vnde quanꝯ idem sit subm, potentia tamen sunt saltem ratione diuersę: nā potentię distinguntur per obiecta, & sanitas & ęgritudo sunt res diuersę: sicuti etiā color & visibile sunt ratione diuersa: quia se habent, sicut subm & passio. Si ergo idem subm est duę potentię rōne distincte, sequitur ꝙ & subm ipsum, in quantum eius actū, ratione differt a se ipso in quantum est in potentia. Atqꝫ adeo necessariū fuit reduplicatiue dicere ꝙ motus est actus entis in potentia in quantum est in potentia: nam alias sequeretur ꝙ forma substantialis ęris esset motus, qm est actus entis existentis in potentia ad statuam. Excluditur tñ a rōne motus: qz non est actus eius in quātum est in potentia: sed inquantum est in actu perfecto.

Quod igitur est hic, & qđ accidit tūc moueri cū actus iste est, & neq; prius neque posterius: clarum est. Cōtingit enim vnumquodque quandoquidem operari, quandoque autem non. vt ædificabile quatenus ædificabile: & ædificabilis actus quatenus est ædificabile ædificatio est: aut enim ædificatio, aut domus, actus est ædificabilis. sed cum domus est: non amplius ędificabile est ædificatur autem ædificabile. necesse est ergo: ædificationem actū esse, ædificatio autē motus quidā est. At vero: eadē cōueniet ratio & in alijs motibus.

Textus. xi

¶ In tex. 11. cōcludit ex dictis diffinitionē illā motus significāter exprimere naturā motꝰ: qua tex. 6 dictū est, ꝙ motus est actus augmētabilis in quantū augmētabile: alterabilis, in quantū alterabile. &c. Et intēdit docere ꝙ actus ędificabilis inquantū ędificabile, nō est, nisi cū ędificabile incipit ędificari: & durat ꝙ diu ędificatur. Itaqꝫ talis actus, nec est prius ędificabile incipiat actu ędificari, nec postea ꝙ est perfecte ędificatū. Et ille actus est motus. Operari in textu accipitur passiue. Exēplī gratia. Domus antequā incipiat ędificari, est quidē ędificabilis: attamē, quia nihil habet de actu, nō mouetur: sed quā primū incipit ędificari, quia habet aliquid de actu, ille actꝰ quo ędificatur est motꝰ: qui est actus ędificabilis inquātū ędificabile, idcirco ꝙ adhuc semper est in potētia ędificari. At vero cū forma domꝰ pfecta est inducta, illa quidē est actus: sed nō erit motus: qz domꝰ ędificata desinit iā esse ędificabilis: & p ꝯns illa forma nō est actꝰ ędificabilis: sed ędificati. Argutissime ergo cōcludit ꝙ entelechia. i. actus, est genus ad formā in actu perfecto & ad formā in fieri, & quando est forma rei factę dicitur entelechia: sednō motus at quā diu est rei factibilis, ille actus est motus.

Quod autem benedictum sit manifestum & ex ijs quæ alij de ipso dicunt & ex eo quod non facile est definire, aliter ipsum, neque enim motum atq; muta

Textus. xij.

mutationē ponere in alio genere potē rit vtique aliquis: neque qui aliter dixerunt de ipso, rectè faciunt. Manifestum autem est considerantibus: quod ponunt non nulli ipsum, alteritatem, inæqualitatemque, & quod non est dicentes esse motum. quorum nullum necessarium est moueri: siue altera sint, siue inequalia, siue non existentia,

¶ In tex. 12. postquam probauerat ex propriis diffinitionem motus comprobat eam comparando suā diffinitionē ad diffinitionē aliorū, dicens, q hāc esse bonam diffinitionem inde cōstat, q nō potest aliter bene diffiniri. Id quod manifestum est ex his quę alij dicunt. Ubi notandum est q Pythagorici. vt Themis. & Philopo. referunt dicebant motū esse alteritatem quandam & inequalitatem, & non ens. Alteritatem inquam. i. variationē formę aut substantialis (vt in generatione) aut accidentalis vt in alteratione. Inequalitatem aūt vt in augmē tatione. Quoniam omne quod mouetur est dissimile illi a quo mouetur: & quam primum est simile, desinit moueri. Non ens denique: quia quod mouet nōdum est in actu sub illa forma adquā mouetur. Reprobatio huius opinionis consistit in duabus rationibus. Prima non omnis alteritas & equalitas & non ens habet rationem motus, nisi addatur q sit alteritas & inequalitas entis in potentia ergo. Probat añs, hoc syllogismo. Omne illud in quo est motus, mouetur, sed non omne quod est alterum, aut inequale, aut non ens mouetur: ergo id non sufficit ad rationem motus. minor patet: qr quando alteritas & inequalitas est in facto esse, res non mouetur: aqua.n. est altera ab igne in substantia & qualitate: & formica est inequalis elephāti: & vnus homo inequalis alteri: & tamen non mouetur. Item antichristus est mō non ens: & nō mouetur. Requiritur ergo ad rōnē motus q sit medium inter actum & potentiam modo supra dicto.

Pythagorici.

Textus. xiij.

¶ Sed neque mutatio: aut ad hæc, aut ex his magis est, quàm ex oppositis. Causa autem cur in his ponant illi: est quoniam indeterminatum quiddam videtur esse motus. Alterius tamen coordinationis principia: ex eo, quia sunt priuatiua, indeterminata sunt neque enim hoc, neque tale, vllum ipsorum est quoniam neque aliorum quicquā prædicamentorum.

¶ Secunda ratio est in tex. 13. Motus indifferēter est vel ab inequalitate ad equalitatē [vt quādo vn⁹ augetur ad quantitatem alterius] vel ab equalitate ad inequalitatem (vt quando decrescit) & ab alteritate ad similitudinem (vt qñ quid per motū fit simile alteri) vel a similitudine ad alteritatem (vt quando fit dissimile) & a non ente ad ens (vt qñ fit generatio) vel ab ente ad nō ens (vt qñ fit corruptio,) ergo motus non magis ē alteritas quam similitudo: neq; inequalitas quā equalitas: neq; nō ens q; ens. Uis rōnis huius consistit in hoc, q illi appellabāt motū id quod, est principiū, aut terminus motꝰ. Unde manifeste sequit q cū terminus & principiū motus sint diuersa, nulla est rō cur potius principiū quā tus dicatur motus. ¶ Subdit sequenter Aris. rōnē cur illi ita loquebantur de motu: qr Pythagorici omnia entia diuidebāt per habitū & priuationē: q, vt paulo ante dicebamus, est prima oppō diuidēs oē genus: obidq; faciebant duas coordinationes inquarū altera ponebant de cē positiua. s. finitū, impar, vnū, dextrū masculum quiescēs, rectum lumē, bonū, triangulū, equilaterū. In altera vero alia. 10. opposita priuatiua quę sunt infinitū, par, multitudo, sinistrū, fęmina, motū obliquū, tenebra: malū, altera pars lōgius. Finitū .n. dicit determinatā specie, infinitum vero indeterminatā. Themist. & Philop. collocāt par, inter positiua: & impar, inter priuatiua. Sed chalcographorū existimo mēdū esse: nā, vt infra tex. 26. liquido cōstat, par dicebāt habere rationē infiniti: impar vero rōnem finiti. Et ideo, impar, licet nomen videatur priuatiuū, ponitur tñ in ea serie vbi ponitur, finitū, & par: vbi ponitur infinitū. Et eadem rōne, quiescēs, appellabant ens & simile & equale, motum vero appellabāt alterū & inęquale & non ens. Et hoc est q ait Aristo. q secundū Pythagoricos, motus (sicut nec cętera priuatiua) non determinatur per certam formam aut substantiale, aut qualitatis, aut alicuius aliorū predicamētorū.

Predicamēta Pythagorę.

Textus. xiiij.

Cur autē videatur indeterminatus esse motus: causa est, quod neque in potentia eorum quę sunt, neque in actu: licet ponere ipsum simpliciter. neque enim id quod potest esse quantum mouetur ex necessitate, neque id quod actu quantum est.

¶ Subsequēter in tex. 14. dicit q rō ob quā videbatur illis motū esse quid indeterminatū, est qr motus nec simpliciter est potētia, nec simpliciter actus. Enimuero ęs qñ est in pura potentia ad statuam, non mouetur ad illam: neque mouetur ad illam quando est sub perfecta forma illius, nec parum quando est pura potētia vt sit maius, nec rursus quando est sub perfecta quantitate, quam potest habere, mouetur.

Et motus, actus quidem aliquis esse videtur imperfectus tamen: causa autem est quoniam imperfectū est, ipsum posibile cuius est actus, motus. Et ob hoc ergo difficile est accipere, quid ipsum sit. Aut enim in priuatione necesse est ponere, aut in potētia, aut in actu simplici. horum autē nullum videtur esse posse, Relinquit igitur dictus modus: actū quidem quēdam esse, talem tamen actū qualem diximus difficilē quidem cognitu, sed qui esse posit.

Textus. xv.

¶ Hinc ergo concludit in tex. 15. q motus necesse est vt sit actus quidā imperfectus tñ, & medius inter actū & potētiam, propterea q motus est actus entis.

entis possibilis.i.existētis in potētia ꝛ nōdū perfecti actu completo. Et ꝓpterea (inquit) difficile est assignare quid est motus: aut enim motus est pura ꝛ mera potentia, aut simpliciter actus: nullum autem istorum: qz tenebrę ꝛ cecitas sunt priuationes: ꝛ tñ non sunt motus: ꝛ aurū in visceribus terrę est in potentia statua: ꝛ tamē nō mouetur ad illam: ꝛ forma statuę est simpliciter actus: ꝛ tamen nō est motus. Restat ergo motū esse (quemadmodum diffinitū est) actum entis in potentia secundum ꝙ in potentia.

Textus. xvj. 8. Mouetur autem & mouens (sicut dictum est) omne: cùm sit potentia mobile, et cuius immobilitas quies est. cui enim motus ineſt: huic immobilitas quies est. Nam adhoc agere, quatenus huiusmodi: idipsum mouere est. hoc autem faciunt, tactu. quare simul et patitur.

¶ In tex. 16. ꝛ sequenti soluit dubitationē quandā quę ex diffinitione restat. Dubitatio vero est hęc. Dictū est ꝙ motus est actus entis in potētia: potētia autē est duplex. s. actiua mouentis ꝛ passiua mobilis, rursus dictum est supra ꝙ omne mouens physicum simul mouetur. Dubiū ergo est vtrū motus sit actus mouētis inquātū est potētia mouēs, an vero actus mobilis inq̄tū est potētia mobile. Ad aperiendū autē punctū quęstionis probat ꝙ omne mouens physicū. i. qđ habet in se principiū sui motus, etiā mouet. Et vtitur hac rōne. Omne illud qđ prius est in potentia ad aliquid, ꝛ postea quādo illud habet quiescit, mouet (nam a potētia ad quietē nō venit: nisi per motū quo acquirit locū, vel formā) sed omne agēs physicum antequā agat est in potentia ad agēdum: ꝛ postquam egit quiescit ab illa actione: ergo quādo agit mouet. i. ab alio applicatur ad agēdum. v. g. equus prius est in potentia generans: ꝛ postquā genuit, quiescit a generatione: ergo qñ generat mouetur. Ita inducunt aliqui hanc rationē, quos sequitur S. Thom. At vero forsan Arist. nō intelligit hic aliquid noui, quā ꝙ paulo ante dixerat. s. ꝙ cum mouens physicū constet ex materia ꝛ forma, agit rōne formę, ꝛ patitur ratione materię. vt patet in ferro calido immerso aquę frigidę: quod quidē est in potētia vt frigefiat: ꝛ postquā frigefit ab aqua quiescit frigidū. Et id est argumētum ꝙ quando mouet aquā calefaciendo illam simul etiā mouet abilla. Et hoc cōsonat sequentibus verbis [nā ad hoc agere quatenus huiusmodi hoc ipsum mouere est ꝛc.]. i. mouere aquā ad calorē hoc est calefacere: sed qz contactus hoc facit per contactū, vicissim frigefit ab aqua. Ām intelligit vt ait S. Tho. de contactu per cōmunicationē in materia. Etem qz corruptibilia ꝛ generabilia cōmunicant in materia, dum agens tangit passum, tāgitur vicissim ab illo. Corpora vero cęlestia. vt habetur. 1. de generatione, qz non communicāt in materia cum istis inferioribus tangunt quidem ista, sed tamen ab istis non tanguntur. Dubium ergo est vtrum motus ferri sit ille calor, quem producit in aqua: an frigus potius quod in se recipit ab aqua.

Textus. xvij. Idcirco motus, est actus mobilis, quatenus mobile existit. accidit autē hoc, tactu motiui. quare simul & patitur. Speciem autem semper afferet aliquā, id quod mouet, aut hanc, aut talem aut tantum, quæ principium atque causa motus erit, cùm mouet. vt actu homo facit ex eo quod potētia existit homo, hominem.

¶ Ad quod respōdet in tex. 17. ꝛ postremo. s. ꝙ motus est actus mobilis inquantū est mobile. Quā S. Tho. ꝛ alij dicunt esse secūdam diffinitionem. s. materialē motus. Id tamen probat hac ratione. Actus ꝓprius alicuius rei est ille qui per se rei cōuenit, nō per accidēs: sed motus per se cōuenit, mobili ꝛ per accidens mouenti (quatenus accidit ꝙ mouēs eo ꝙ agit p cōtactū simul etiā moueat) ergo motus per se est actus mobilis. Quēadmodum enim albedo est actus albi, videlicet, quo formaliter corpus est albū, ita et motus est actꝰ mobilis: nēpe quo mobile mouet. ¶ Cōfirmat deniq; ꝙ quāuis idē sit mobile ꝛ mouens, alia tñ rōne est mouēs ꝛ alia mobile. Est eñ mouēs quatenus est in actu per aliquā formā (quā hic vocat speciem) quęquidē forma, aut est substantia, aut qualitas, aut quātitas. Homo. n. eo ꝙ est actu homo per formā, agit educendo ex semine (qđ est homo in potētia) hominē in actu. Nō curat hic Arist. an forma humana educatur de potētia materię, necne: nam exempla ponit nō vt ita sint sed equus educit similem formā alterius equi de potētia materię. Et calidum per calorē (quo est actu calidū) calefacit: recipitur tñ rōne materię: qz agit per contactum. Locus hic solet citari sub his verbis, omne agēs agit inquātū est actu sub aliqua forma. ¶ Subsequitur cōsequenter caput tertium.

QVOD ACTIO ET PASSIO sint idem motus. CAPVT. III.

Textus. xviij. DVbitatum autem, manifestum est: ꝙ motus est in ipso mobili, actus enim est huius & ab ipo motiuo. Motiui autem actus, nō alius est, oportet enim, esse actum vtriusq;. Motiuum enim est, eò ꝙ potest, mouens autem, eò ꝙ agit. sed est actiuū ipsius mobilis. Quare similiter vnus est amborum actus: sicut idem spacium est vnum ad duo, & duo ad vnum, & ascendens & descendens. Hæc enim, vnum quidem sunt, ratio tamen non vna est. Similiter autem, & in mouente & in moto.

¶ In cap. 3. quod continet tex. 6. diluit dubitationem in hac materia precipuam. Videlicet vtrum, motus qui est actio ꝛ motus passio sint eadem res, an diuersę. Quando enim ignis calefacit aquam tunc ꝛ ignis dicitur calefaciens, ꝛ aqua calefie- ri. vtrū

ri. vtrum ergo idem sit motus a quo & ignis dicit calefacere: aqua calefieri: an vero sunt diuersi. Supponit vero ex dictis q̃ motus subiectatur in mobili, a quo proinde mobile denominatur moueri. Et inde videtur subsequi q̃ idem motus qui est actus mobilis, est etiam actus mouentis: et ab eodem denominatur & mouens & motũ. Exempli gratia. Calor idem quatenꝰ recipitur in aqua, est motus qui est calefactio passio: et quatenus profi ciscitur ab igne, est calefactio actio. ¶Probat autẽ cõclusionem prius ratione, quę est hęc. Quemadmodum mobile prius est potẽtia mobile & postea actu mouetur, ita agens prius est potentia motiuum, deinde actu mouẽs: ergo quẽadmodum est actus per quem id quod prius erat mobile, actu moueatur, ita oportet esse actum per quem id qõ prius erat in potentia motiuum, postea sit actu mouens, sed motiuũ & mobile dicuntur correlatiue: quia motiuũ mouet mobile, & mobile mouetur a motiuo: ergo idem penitus actus est quo motiuum mouet mobile, & quo mobile mouetur a motiuo. ¶Idem mox explicat exemplo. Sicuti (inquit) est proportio duorum ad vnum, & vnius ad duo: nisi q̃ duo respectu vnius dicuntur duplũ: & vnum respectu duorum dicitur dimidium. Et eadem est via a sursum vsq; deorsum & ecõtrario: nisi q̃ incipiendo a sursum, motus ille est descensus: & incipiendo a deorsum vsq; sursum est, est ascensus. ¶Hinc lucet natura motus quam. q. 1. amplius explicabimus: actio enim & passio non sunt relationes secundũ esse, sed secundum dici vt cap. de relatione & in sex vltimis prędicamentis explicuimus. Actio enim & passio nõ supponit pro relatione: sed si sit alteratio, supponit pro calore dũ actu recipit in aquat quiquidẽ est actio inquãtũ est ab agẽte: & passio inquantũ recipitur in aqua. Et ita actio & passio cõnotãt diuersas relationes. Sicut scientia non est relatio, quę est habitudo habitus ad obiectũ: sed est habitus ipse qui explicari nequit nisi per respectum ad obiectum.

Textus. xix.

Habet autem dubitationem rationalem: necesse enim est fortassis: esse quendam actum alium actiui, atq; passiui. illud enim, actio est: hoc vero, passio. opus autem & finis illius quidem, factum: huius autem affectus. ¶Cùm igitur vtraq; sint motus: si diuersi qui dem, in quo sunt? Aut enim vtraq;: in patienti, ac moto sunt, aut actio quidẽ in agente, passio verò in patiente. si autem oportet & hanc actionem vocare. æquiuoca vtique erit. At vero si hoc est: motus in mouente erit. eadem eñ est ratio in mouente, & in moto. Quare aut omne mouens mouebitur: aut habens motum, non mouebitur. Si autem vtraque in moto sunt & patiente, actio in quam & passio: & doctio & disciplina, quæ duo sunt, in ipso sunt discente. Primum quidem actus vniuscuiusque, non in vnoquoque erit. Deinde inconueniens est, duobus motibus simul moueri. Quædam namque erunt alterationes, duæ vnius, & ad vnam speciem. At impossibile est. ¶Sed vnus erit actus? ¶At irrationabile est, duorum specie diuersorum vnum ac eũdem esse actum. ¶Atq; erit, si quidem disciplina & actio idem sunt passioq; & actio, docere idem quod discere, & agere qđ pati. Quare omnẽ docẽtẽ, discere necesse erit, & agẽtẽ pati.

¶At vero qr conclusio hęc non est intellectu facilis, in tex. 19. arguit dialectice ad vtrãq; partẽ. Et hoc est qõ ait [dubitationẽ hoc rationalẽ. i. dialecticam habere. Et primo arguit ad partẽ negatiuam. s. q̃ motus actio & motus passio nõ sunt idẽ motus: sed q̃ alius sit actus actiui, scilicet actio: & alius passiui scilicet passio. ¶Primo ex parte subiecti: quoniã actus diuersorum videntur esse diuersi: sed agens & patiens sunt diuersa: quia actio est actus quo agens agit, passio vero actus, quo patiens patitur: ergo sunt distincti actus. Secundo id patet ex parte finis: nã finis actionis est factũ, vt finis calefactionis est calidum facere: finis autem passionis affectus. i. passum esse. vt calidum esse: ergo actus ipsi sunt diuersi: nam actus penes fines distinguntꝰ. ¶Mox arguit ad partẽ affirmatiuam. s. q̃ sunt idẽ motus. Si actio, inquit, & passio sunt diuersi actus, cũ vtraq; sit motus, quęrit an ambo illi motus sint in patiente, an actio quidem in agente, passio vero in patiente: neutrum istorum: ergo. Interserit parẽthesim. [Si aũt oportet hanc. i. actum qui est in passo actionem vocare, æquiuoca vtiq; erit nominatio] vbi Themistius, quẽ S. Thom. sequit. dicit insinuari tertium mẽbrum, quo quis posset dicere motũ qui est actio esse in patiente: & motum qui est passio, in agente. Et ideo dicit absurdũ esse, actum qui est in passo appellare actionem. Tametsi forsan Arist. hic nõ insinuat tertium membrũ: sed tanquã per se id absurdissimũ pręterit. Inserit tamẽ (id quod ego arbitror) hęc verba, eo q̃ qui alium actum poneret in agente, & alium in patiente nõ posset nihilominus negare actum qui est in patiente appellari actionem, æquiuoce tamẽ: nam ille diceret actio, qr est ab agente: actus vero agentis esset actio a quo denominaretur agens. Quartum vero membrum. s. q̃ ambo actus essent in agente, excluſum est cum ostensum fuerit, motum esse in mobili. ¶Probat subinde minorem syllogismi. Et primo quoad primũ membrum. Si inquit actus qui est actio est in agente, passio vero in patiente, sequit tunc q̃ in agente erit motus, puta actus ille: eadem enim erit tunc ratio actus producti in passo, & actus producti in agente. s. vt vterq; sit motus. Unde cõtinuo sequeretur, aut q̃ omne agẽs agendo moueret, aut q̃ aliquod subiectũ, vbi formaliter esset motus, nõ moueret: quorũ vtrumq; est absurdum. ¶Sed dicet quis quomodo habet proinde cõueniẽti, q̃ agens agẽdo repatiat? cum ad supra fuerit

fuerit assertum. ¶ Respõdetur q̃ nõ habetur pro inconuenientí q̃ agens mouendo passum, vicissim moueatur ab illo: sed incõueniens hic illatum est, q̃ agens ea ratione qua agit, & per eundẽ motum quo agit pateretur: nempe q̃ calefaciens quatenꝰ calefacit, calefieret. Aut cõcedẽdum esset (inquit) q̃ in calefaciente esset motus calefactionis, & non calefieret. ¶ Si autem detur alterum membrum. s. q̃ vterq̃ motus esset in patiente, tunc sequuntur duo incõuenientia. Primum q̃ actus nõ est in suo proprio subiecto: cum enim actio inquãtum actio sit proprius actus agentis, & passio, patientis, vt doctio est actus doctoris, & disciplina actus discipuli, sit vt si essent actus distincti, actio deberet esse in agente, & passio in patiente. Alterum incõueniens est, q̃ tũc sequeretur passum simul pati duobus motibus eiusdem speciei: nihil namq̃ prohibet vt aliquid simul moueatur pluribus motibus, vt cum aqua dum gelatur, simul frigefit, & conden satur, & albefit: sed tamen in proposito eadẽ aqua cum caleret ab igne, reciperet duos motus calefactionis, puta actionem, & passionem, & per consequens ab vtroq̃ deberet moueri: qõ est absurdũ: nam calefactio vnicus est motus. Ex his ergo interroganter concludit partem affirmatiuã: nempe vtrum propter has rationes dicẽdum sit q̃ actio & passio sint idem motus. ¶ Attamen resurgit iterum aduersus eam: inferendo quatuor inconuenientia. Primũ qz irrationabile videtur duorum distinctorũ specie (qualia sunt agens & patiens) vnum atq̃ eundem esse actum. Secundum (qõ est superioris maior explicatio) sequeretur q̃ doctio & disciplina idem omnino essent actus, & per cõsequens idem esset actio & passio: cũ tamen appareant res diuersissimę. Quę si concedant, sequit, q̃ idem itidem sit agere & pati, docere & discere, et per consequẽs q̃ docens ea ratione qua docet discereꝰ: & discẽs ea ratione qua discit, doceret. Quę omnia per se apparent manifeste falsa. Et est notandus istorum ordo. Nam primo infert pro inconuenienti q̃ idem actus sit duorum: secundo q̃ actus significati in abstracto per diuersa nomina sint idem: tertio q̃ agere ipsum & pati, vt significãtur per verba, sint idem: & quarto q̃ agens ipsum in concreto, qua ratione est agens, sit patiens.

detur debere esse in agente. Huic respõdet, nullũ esse inconueniẽs q̃ actus vnius sit in alio. Doctio enim est actus agentis: nõ quidẽ tanq̃ subiecti, sed tanquã efficientis: obidq̃ talis actus est in passo. Est enim doctio doctrina, quę est in discipulo in quantum fit a doctore. Et hoc est qõd ait [non decisus]. i. cõtinue productus sine interruptione. Nã magistro cessante docere, tunc scientia discipuli dicetur doctrina: nõ tñ doctio, vt est motus & actio. vnde ea scientia quã discipulus sine doctore suopte ingenio meditando acquirit, nõ est doctio. ¶ Alterum inconueniens erat primũ eorum quatuor quę postremo sunt illata: videlicet, q̃ idem sit actus duorũ specie diuersorũ. Cui respondet dicens [Neque enim duobus &c.]. i. nihil prohibet eundẽ esse actum duorum diuersis rationibus. Nam idẽ modus dicit actio inquãtum procedit a potentia agentis: & dicit passio, inquãtum per eum subiectũ fit actu tale, vt calefactio aquę, est actio inquantum est a potentia actiua ignis: & est passio inquantum per eum aqua fit actu calida. Vel aliter. Est actio inquantum procedit ab igne qui est actu calidus, & est passio inquantum recipitur in aqua, quę est potentia calida.

Neque necesse est docentem: discere. Atque si pati & agere idem est. non tamen vt ratio sit vna quodquid erat esse dicens, sicut tunicæ & indumẽto, sed vt via à Thebis ad Athenas, & ab Athenis ad Thebas. quemadmodum dictum est & prius. non enim eadem omnia iis insunt quæ quolibet modo eadem sunt: sed solum quibus esse idẽ est. ¶ At verò neque si doctio & disciplina sint idem: & discere & docere idẽ erunt. sicuti neque si spacium vnum distantium sit: & distare hinc illuc, & illinc huc, vnum & idem est.

Textus. An neque alterius actum in altero esse: incõueniens est? est enim doctio: actus docentis, in quodam tamen & non decisus, sed huius in hoc. ¶ Neq; enim vnum duobus, quicqua prohibet eundem esse non vt est idem: sed vt est id quod potentia est ad id quod est actu.

¶ Tertio loco in tex. 21. soluit quintũ incõueniens ibi [Neq̃ necesse est &c.]. i. esto cõcedatur idẽ esse agere & pati. i. docere & discere sint idem realiter non tamẽ inde sequitur q̃ docens sit addiscens: aut addiscens sit docens. Nam agere & pati non sunt omnino idem secundũ eandem rationẽ, sicut tunica & indumentũ: sed sunt idem diuersis rationibus. Sicut eadem est via a Thebis ad Athenas, quę est ab Athenis ad Thebas, nõ tamen est idem motus. Imo sunt cõtrarij: qz terminus aquo vnius est terminus ad quẽ alterius. Est accõmodatissimũ exemplũ: qz eodẽ modo actio & passio sũt idem calor qui recipit in aqua: sed est actio si incipiamus ab agente aquo p̃cedit: & passio si incipiamus ab aqua in qua recipit. ¶ Quarto loco soluit quartũ incõueniens qõ erat tertiũ inter illa quatuor postrema: videlicet q̃ si actio & passio, vt significant [per noia sunt idem, tunc agere & pati essent idem. Cui respõdet ibi [At vero neq̃ &c.] dicens q̃ nõ sequit, actio est passio: ergo agere est pati, qz in cõsequenti denotat applicatio actionis & passionis ad suos cuiusq̃ terminos: qualis non denotat in antecedẽti. Sicut nõ sequit. Eadẽ distãtia Thebarum ab Athenis, quę est Athenarũ a Thebis: ergo idẽ

Conclusio. In tex. 20. respondet ad quęstionẽ affirmatiue, cõclusione hac trimẽbri. Actio & passio sunt re idẽ motus: & ille existit in passo qõ mouetur, differunt tamẽ ratione: nempe q̃ actus ille, vt est ab agente, est actio: & vt in patiente, est passio. Itaq̃ diuersis relationibus distinguitur. Cõclusio hęc patet ex argumẽtis factis ad partẽ affirmatiuã. ¶ Superest nihilominus quinq̃ incõueniẽtia dissoluere, q̃ in contrarium videtur militare. Primũ est illud, q̃ etiã si actio & passio sunt idẽ motus, actio nihilominus est in passo: qõ supra p̃ incõuenienti ducebat: eoq̃ actio est actus agentis: & per cõsequẽs vi

ergo idem est distare ab Athenis & distare a Thebis: nam distãtia in abstracto est eadem: distare tamen in concreto non est idem.

Textus. xxii. ACTIO & passio idẽ mot⁹

OMNINO verò dicere est: q̃ neque doctio cum disciplina: neq; actio cum passione idem propriè est. sed cui insunt hęc: motus: nam huius in hoc et huius ab hoc actum esse: ratione diuersum est.

¶ In tex. 22. quinto loco soluit tertiũ incõueniens qõ erat secũdum inter vltima quatuor: dicens q̃ etiam si detur actionem & passionẽ esse eundẽ motum: nõ tamen formaliter sequit̃ q̃ actio & passio. Artificiose ergo negauit oẽs tres consequentias. Actio est res quę est passio: ergo actio est passio. Actio realiter est passio: ergo agere est pati. Agere realiter est pati: ergo idem eadẽ ratione agit et patitur. Vbi adnotãdus est modus loquẽdi Aris. cõcedit. n. idẽtice q̃ actio est idem motus qui est passio: nõ tamẽ formaliter actio est passio: nã actio & passio sunt diuersa prędicamẽta formaliter distincta: & per cõsequẽs primo diuersa. Vbi etiam animaduertant reales q̃ Arist. nõ posuit prędicamẽta adeo realiter distincta, vt ipsi putant. s. tanquã duas res: sed tanquã diuersas rationes formales. Actio enim est motus ut exit ab agente qui est in actu: passio vero est motus vt recipitur in passo qõ carebat illo actu. Sed & nominales pariter adnotent, q̃ nihilomin⁹ formaliter actio nõ est passio.

Reales et nominales.

Textus. xxiij. Quid igitur motus sit. & vniuersaliter & secundum partem dictũ est. non enim immanifestum est: quomodo definietur specierum vnaquæq; ipsius. Alteratio enim: alterabilis quatenus est alterabile, actus est. Amplius autẽ, notius: est actus. potentia actiui & passiui, quatenus huiusmodi & simpliciter, & rursum secũdum vnumquodq;, vt ædificatio, aut medicatio. eodem autem dicetur modo: & de aliorum motuum vnoquoque.

¶ In tex. deniq; 23. & postremo facit dictorum epilogũ dicens dictũ esse quid sit motus, & vniuersaliter. s. in genere, & secundũ partẽ. i. secũdum species motus. Hã per ea quę dicta sunt facile quis põt quãcunq; speciem motus diffinire. Et enim si motus est actus mobilis inquantũ mobile, alteratio (quę est vna species motus) est actus alterabilis inquãtum alterabile: & augmentatio actus augmẽtabilis in quantum augmentabile &c. ¶ At vero quia dictum est modo actionem & passionẽ eundem esse actũ, ait cõsequenter q̃ motus si diffinitur in ratiõe actionis, debet diffiniri, q̃ est actus motiui inquãtum motiuũ: vt ędificatio est ędificatoris inquãtũ ędificator: & medicatio est actus medici inquãtũ medicus. Si autem inquantũ passio, erit actus mobilis inquantum mobile. Et hoc inquit modo notius explicabitur natura motus. ¶ Sequit̃ hic. q. 1. super tex. 6. & q. 2. super tex. 4.

QVO QVAERITVR, AN sit infinitum.

CAPVT. IIII.

Textus. xxiiij. QVONIAM autem de natura scientia, est circa magnitudines, & motum, & tempus, quorum vnumquodq; necesse est aut infinitum, aut finitum esse, & si non omne est aut infinitum, aut finitum: affectus, aut punctus (taliũ enim fortasse nullum: necesse est in altero horum esse) conueniens vtique erit de natura pertractantem speculari de infinito, si est aut non: et si est, quid est.

affectus. ā c

¶ Expedita prima parte huius libri de motu, procedit Aristo. ad secundam de infinito. Quę per quinq; capita vsq; ad finẽ libri protendit. Et qui in hoc. 4. cap. quod vndecim cõtinet textus, proponit questionẽ, recitatq; antiquorum opiniones de infinito. Premittit ergo primo tex. 24. hãc cõclusionem, q̃ ad philosophum naturalẽ attinet de infinito disputare. Quã probat & ratione & authoritate. Ratio est hęc. Philosophi naturalis negocium circa magnitudines, motum, & tempus versatur: hęc autem, aut omnia, aut saltẽ plurima, finita necesse est esse: aut infinita: nã sunt quanta, & de ratione quanti est esse finitũ vel infinitũ, ergo philosopho naturali negocium est de infinito dissere. Excepit in maiori propositione punctũ, & affectum a ratione finiti & infiniti: quamuis ad res naturales pertineant. Punctum enim: quia non est quantum, nec proprie habet terminos, vt sit finitum, nec est diuisibile in partes, vt sit infinitũ: sed dicitur negatiue & abusiue infinitum: quia caret terminis. Nomine affectus. i. passionis intelligunt expositores etiã S. Thomas passibiles qualitates. vel secundum alios totum prędicamẽtum qualitatis: eo q̃ qualitas non est per se finita, vel infinita: sed per accidens ratione quantitatis. At vero ista ratione etiam substantia esset excipiẽda: quippe q̃ solum ratione quantitatis est finita, vel infinita. Obidq; forte nomine affectus intelligit solos affectus mentis: qui sunt indiuisibiles. vt eadem ratione, qua excluditur punctum, excludantur a ratione finiti, & infiniti.

Conclusio.

affectus

Textus. xxv. Signum autem est: q̃ huius scientiæ, propria sit consideratio de ipso. nam omnes qui videntur pro dignitate tetigisse talem Philosophiam, fecerunt sermonem de infinito. atq; omnes tanquã principium quoddam ponunt eorũ quę sunt. Alij quidẽ, quẽadmodũ Pythagorei, atq; Plato, p̃ se, nõ sicuti acidens alicui alteri, sed vt substantiam,

stantiam, ipsum esse infinitum. verum Pythagorei quidem insensibilibus. neque enim abstractum faciunt numerũ: esseq; quod extra cœlum est, infinitũ. Plato autem, extra quidem nullum esse corpus, neq; ideas, eò quòd nusquã sunt ipsæ. tamen infinitum & insensibilibus, & in illis esse.

¶In textu. 25. probat eandem cõclusionem authoritate: nam signum est infiniti cõsiderationem ad philosophũ pertinere, quod omnes quotquot fuerunt celebres antiquitus philosophi nõ solum de infinito sermonem habuerunt, verum infinitũ statuerunt tanquã principiũ rerum naturaliũ: tametsi id differenter. Nam Thales & alij nominati naturales posuerunt illud principiũ per accidẽs: dicentes principiũ esse aquam, aut aerem, aut ignẽ cui accidebat finitum, aut infinitum esse. Pythagorici vero, & Platonici ponebant finitum & infinitum tanquã principium substantiale, vt text. 35. monstrabitur. Quanuis & inter istos differebat duobus modis. Primo q Pythagorici non ponebant aliquod finitum vel infinitum separatum: puta ideam finiti vel infiniti: sed solum id asserebant in numeris sensibilibus & materialibus: & secundo quia ponebãt infinitum extra cœlum, vnde ista deriuabantur. Plato vero ponebat rationem infiniti non solum in numeris sensibilibus, sed etiã in ideis separatis: neq; tamen ponebat aliquod infinitum extra cœlum: nam ideas, cum essent immateriales, non asserebat Plato esse in loco. De istis Pythagoricis nihil certum habemus: sed etiã Themistius & antiqui expositores coniecturis explicant opinionem Pythagoreorum. Etenim, vt libr. 1. super textum. 48. adnotauimus, Pythagorici Egiptiorum mathematicis assueti, nõ solum rerum naturas, sed etiam hominum mores numerorum similitudine metaphorice explicabãt. Quare non sunt ita intelligendi, (inquit Philopon⁹) q crederent res constare materialiter ex speciebus numerorum: sed q rerum compositio optime explicatur per naturas numerorum. Cum enim numerus par sit aptus diuisioni (diuiditur enim numerus omnis par in duo æqualia) & omne continuum ratiõe materiæ sit diuisibile in infinitum, numerum parem appellabant infinitatem & principium materiale: & quia numer⁹ impar ineptus est diuisioni: quippe qui non potest in duo æqualia diuidi, finitatem appellabant numerum imparem: & quia forma est quę determinat infinitatem & in differentiam materiæ ad certam speciem, numerum itidem imparem appellabant principium formale: vt statim apparebit. Et eadem ratione numerum parem appellabant fœminam, quę se habet vt principium materiale: numerum vero imparem appellabant masculum. Hac nimirum vtẽtes analogia. Quicunq; par numerus signatus vt. v. g. quaternarius est diuisibilis: & per consequens habet se vt materia & fœmina: addita vero vnitate, efficitur indiuisibilis: vnde vnitas adueniens numero pari, habet se vt masculus & forma determinans ad certam speciem. Et pariter vt ait Philoponus in moralibus, quinarium numerũ tribuebant nuptijs, propterea q constat ex primo pari et primo impari. s. ex binario & ternario: qui esse vt prima fœmina & primus masculus amplectãtur. Et numerum denarium appellabant ius: q ius dicit æqualitatem perfectam: & numerus denarius diuiditur in duos quinarios æquales: & quinarius quia constat ex numero pari & impari habet rationem totius & perfecti. Principium ergo materiale appellabant numerũ parem, & per consequens infinitũ. Et hoc est qõ ait Aristo. posuisse infinitũ substantiale principiũ: q; cũ numerus esset principiũ, & de intrinseca ratione numeri paris sit infinitas, fit vt infinitas sit de substantia ipsius principij. At vero quia sub orbe lunę nõ potest esse infinitũ in actu, neq; in magnitudine neque in multitudine, dicebant, vt ait Philoponus, extra cœlum esse infinitum in actu: ex quo per quędam fœamina cœli hęc omnia inferiora dimanabant & fouebantur. Quod Simplicius nõ solum (ait) commenticium: sed deliramentum. ¶Plato vero ponebat infinitum tam in sensibilibus (quod esset principiũ materiale) quã in ideis qõ erat principium formale. Et locutio Platonis etiã est metaphorica: q; enim dualitas est primus numerus, omnem diuisionem quę fit ex parte materiæ appellabat dualitatẽ. Differunt enim res ex parte materiæ penes magnum & paruum. s. penes augmentum qõ tendit ad perfectionẽ rei, & decremẽtum qõ tendit ad corruptionem. Et ideo metaphorice magnum & paruum appellabat principia materialia, vt infra tex. 61. amplius patebit. Ideas vero ponebat infinitas in virtute: q; ex idea cuiuscũq; speciei exire poterant infinita individua. Ponebat enim mũdum infinitũ futurum. Unde negabat extra cœlum aliquid esse: quia ideę sufficiebãt perpetuis generationibus. Quę cũ essent immateriales, nusquã erant. i. non erant proprie in loco. Et ideo secũdum Platonem pariter infinitũ erat principium substantiale: quia cum principia materialia appellasset magnum & paruũ. i. quantum & corpus, & de intrinseca ratione quantitatis sit finitas vel infinitas, fit vt infinitas sit de substantia principiorum.

Et hi quidem, infinitum esse par hoc enim comprehensum & ab impari terminatum: tribuit ijs quæ sunt, infinitatem. signum autem huius: id esse quod contingit in numeris, circũpositis enim gnomonibus circa vnum & seorsum. aliquando quidem aliam semper fieri speciem, aliquãdo autem vnam. Plato autem, duo infinita: magnum et paruum.

Textus xxvj.

¶In tex. 26. prosequitur amplius explicare opinionem Pythagoræ: quomodo. s. numerus par haberet rationẽ infinitatis, & materiæ, & fœminę: & numer⁹ par, rationẽ finitatis, & formę & masculi. Primo ratione, deinde exemplo. Ratio est hęc. Id qõ de se est indifferens & ab alio cõprehendi, & terminatur, habet se vt infinitum & materiale & fœmina: id vero quod aliud comprehendit & terminat, habet se vt finitũ, scilicet finiens aliud & vt forma cõstituens certã speciẽ: sed numerus par quicunq; de se est diuisibilis: & per cõsequens habet se vt indifferẽs ad plura: addita vero vnitate, resultat numerus impar: quę pinde facit ipsum indiuisibilẽ:

ergo numerus impar respectu paris habet se vt finiens & terminãs parẽ, qui de se erat sicut infinita materia indifferens ad plura. ¶ Explicat perspicacius rẽ euidentissimo exẽplo in mathematicis. Sunt tamẽ eius tẽrni prius adnotandi. Gnomon apud geometras est additio quę fit quadrato equilatero ex parte duarum costarũ, q̃ cum eodẽ quadrato reddit etiã equilaterũ quadratũ eiusdem figurę cũ priori. Quę quidẽ additio cõstat ex duobus supplemẽtis ad lõgitudinẽ costarum prioris quadrati cũ paruo quadrato qui fit in angulo super diametrũ prioris quadrati. Et est notãdum q̃ quãtũcũq; multiplicent & addant huiusmodi gnomones, nunq; variat figura quadrati: sed semp manet q̃dratũ equilaterũ, vt patet in subiecta figura,

Gnomon.



Vbi additi sunt duo gnomones, quibus quotcũq; eadem arte possunt superaddi. ¶ Secundo notandum q̃ id qđ cõtingit quadrato in quãtitate continua per additionem gnomonũ. s. q̃ nunquã variatur figura, contingit in numeris imparibus si cõtinua serie addantur vnitati. Numerus quadratus est qui resultat ex numero per se multiplicato. Exempli gratia. Si vnitati addas ternarium (qui est primus impar) resultat numerus quaternarius: qui est quadratus: cũ resultet ex his duobus: q̃ si quaternario addas quinarium, resultat nouenarius: qui itidem est quadratus: cum resultet ex ter tribus: & ideo hęc additio est sicut additio gnomonis ad quadratũ. Rursus si nouenario addas septenariũ (qui est tertius impar) resultat 16. qui pariter est numerus quadratus, resultans ex quater quatuor, cui si addas nouenariũ (qui est vltimus impar inter vnitates) resultãt .27. qui est numerus quadratus & cub⁹: puta resultãs ex ter tribus triplicatis. Cũ ergo additio numerorũ imparium ad vnitatem nunquã mutet figurã numeri, fit vt numerus impar habeat rationẽ vnitatis, atq; adeo fiuitatis.

Numerus quadratus

Numeri vero pares si addantur serie & ordine ad vnitatem, semper mutant figuram: nam si vnitati addas binarium, resultat figura triangularis. s. ternarius: cui si addas quaternarium, resultat figura eptagona, id est septem angulorum. Signum ergo est q̃ numerus par habeat rationem multiplicatis, & per cõsequens infinitatis. ¶ Plato vero ponebat duo infinita principia materialia scilicet magnũ & paruũ: ratione iam dicta: quam super text. 61. euidentius explicabimus.

Qui autem de natura differunt: omnes semper subijciunt alteram quandã aquam dictorum elementorum infinito.. vt aquam, aut aerem, aut mediũ horum. Eorum vero qui finita faciunt elementa: nullus infinitum facit. Quicunque autem infinita faciunt elemẽta, quemadmodum Anaxagoras, & Democritus, ille quidẽ ex ijs quæ sunt similium partium, hic autem ex omni seminario figurarum: tactu continuũ infinitum esse dicunt.

Textus xxvij.

¶ In tex. 27. reuertitur admodum explicãdũ quo philosophi naturales posuerũt iufinitum. Distinguit hic Aristo. naturales aduersus Pythagoram & Platonem, vel ex eo (vt Philoponus censet) q̃ Pythagoras & Plato, (propterea q̃ intendebãt rebus diuinis) potius Theologi & diuini & supernaturales tunc temporis dicebantur, quam physici & naturales, vel forsan (quod litere sequentis capituli magis consentaneum est) quia Pythagoras more potius mathematico per numeros, qui abstrahunt a materia & motu, philosophabatur, q̃ modo naturali: & Plato ponebat ideas immobiles, quę sunt principia immobilia. Itaq; ambo ponebant infinitum quodammodo separatum a materia: vt .c. sequenti videbitur: cum tamen naturales nõ tractent, nisi de rebus vt sunt in materia, eo q̃ principia physica omnia sunt mobilia. Atqui primo ait omnes eiusmodi physicos (eos saltẽ qui infinitum ponebant) hoc inter se conuenire, q̃ ponebant infinitum principium per accidens: nam principia ponebant substantias quibus accidebat esse finita vel infinita: ad differentiam Pythagorę & Platonis qui dicebant infinitatem esse quodammodo de substantia principiorum. vt supra expositum est. ¶ Partitur autem prius istos philosophos in tres gradus. Nam ex illis aliqui ponebant vnum principium materiale: puta aquã vel aerem, vel ignem, vt primo lib. super textũ .32. expositum est. Atqui vero aut igni accidit, q̃ sit infinitum secundum durationem & secũdum magnitudinem, qz de se non habet determinatam quantitatem, vt illi dicebant. Opiniones Parmenidis & Melissi, tanquã nõ naturaliũ, silentio pręterit. ¶ In secundo gradu erant qui ponebãt plura principia materialia, finita tamẽ: vt Empedocles de quo super eundẽ etiam textũ .32. diximus: qui ponebat quatuor elementa principia rerũ. Et iste nullum principium poterat ponere infinitũ, propterea q̃ infinitũ omnia replet: & per cõsequẽs nõ relinquit locũ alteri. vnde si aer esset infinit⁹, nullus posset esse ignis aut quicquã aliud. ¶ In tertio gradu fuerunt illi qui ponebant principia plura, sed infinita numero: vt Anaxagoras & Democritus. Quiquidẽ differebant, q̃ Anaxagoras ponebat infinitas particulas similes in specie cum ipso toto, differentes tñ specie a principijs alterius rei: vt infinitas carnis, infinitas ossis &c. vt libro .1. super eundẽ textũ .32. dicebamus. Democritus vero ponebat infinitas atomos eiusdẽ speciei omniũ rerũ, differẽtes tamẽ positione & figura: vnde differẽtia figurarũ erat causa distinctiõis rerũ:

quę pro-

quę proinde solum erat accidẽtalis, vt in eodẽ lib. super tex. 41. vt cũq; explicuimus. Quare ambo isti ponebant principium infinitũ secũdum multitudinẽ. s. infinitas atomos: atq; adeo infinitas hęc erat sicut accidens principiorum, quia non erat de eorum essentia.

Atque ille quidem quamlibet partẽ haud secus atq; totum, esse mixtionem. Textus. xxviij.
ex eo quia videt quodlibet ex quolibet fieri, hinc enim dicere videtur: & simul aliquando omnes res fuisse. vt hæc caro, & hoc os: & sic quodlibet. & omnia itaq;, & simul igitur. principiũ enim disgregationis: nõ solum in vnoquoq;, sed & omnium est. Cum enim omne quod fit, ex tali fiat corpore, omnium autem sit generatio, verũ non simul: etiam quoddam principium esse oportet generationis. hoc autem est vnum, quem ille vocat intellectum. intellectus autem à principio quodã operatur cùm intellexit. quare necesse est simul omnia aliquando moueri.

¶In tex. 28. & sequenti prosequitur amplius explicare differentiam inter Anaxagoram & Democritum. Ait enim ꝙ Anaxagoras quodlibet affirmabat fieri ex quolibet, vt carnem ex osse, & os ex carne: qz quodlibet erat in quolibet. vt illic a nobis expositum est. Et ideo quodã modo secũdum illum principia fiebant ex alterutris. Segregationem autem vnius ex alio, dicebat fieri ab alio principio efficiente: quod vocabat mẽtem. Quę nõ solum erat causa particularium segregationum, vt pote quando modo ex equo generatur equus, aut ex ligno cineres, sed fuerat causa primę generationis mundi, quando ex chao disgregatę sunt res ex quibus mũdus constat. Obidq; Anaxagoras prẽter principium materiale, ponebat causam efficiẽtem. Aiebat enim mẽtem fuisse eternam, quę infinito tempore fecit vnum chaos rerum: ex quo postea in tempore per disgregationem creauit mundum. Qui proinde habuit principium, & non habebit finem.

Textus. xxix. Democritus autem nullum aliud ex alio fieri, primorum dicit, sed tamen ipsum commune corpus, omnium esse principium, magnitudine secundũ partes, figuraq; differens.

¶In text. 29. subiungit quomodo Democritus differebat ab Anaxagora. ¶Primo enim differebat ꝙ Democritus nõ cõcedebat quodlibet esse in quolibet, atq; adeo nec quodlibet fieri ex quolibet, et secundo ꝙ non ponebat causam efficientem: nam intellectus non facit a casu: sed cõsulto. Unde secũdum Democritum nõ erat nisi principium materiale: puta illę atomi: quę a casu concurrẽtes orbiculares fecerunt cęlũ orbiculare: & concurrentes sub alia figura & positione fecerunt aliud quodlibet ens. De quã opinione satis loco citato libr. 1. & libr. 2. q. vltima dictum est. Semper intelligo Democritum solum negare causam efficiẽtem in prima institutione mundi: sed tunc forte & a casu fuisse factum: nam tunc particularium generationũ non negasset ignem & equum &c. generare vt causas efficientes.

Quod igitur conueniens sit physicis hęc speculatio: manifestũ est ex his. Textus. xxx.
Rationabiliter autem: & principium ipsum ponunt omnes. Neq; enim frustra, posibile ipsum esse, neq; aliam ipsi ineſſe potẽtiam: nisi vt principiũ. Omnia enim aut principium sunt: aut ex principio. infiniti autem nõ est principium: esset enim ipsius vtique finis. Amplius autem et ingenitum, & icorruptibile: principium quoddam cùm sit. Quod enim fit: necesse est accipere finem. & finis omnis est corruptionis. Quare, sicuti dicimus, non huius, principium: sed hoc, aliorum videtur esse, & continere omnia, & omnia gubernare: vt affirmant quicunq; non faciunt præter infinitum, alias causas, vt intellectum, aut amicitiam, & hoc: esse diuinum. immortale enim est, perireq; non potest: vt affirmant Anaximander & plurimi Physiologorum.

¶In textu. 30. disputationem aggrediens aduersus antiquos primo approbat quatuor quę (dato infinito) optime eius rationi veteres attribuebãt. Primum ꝙ si esset infinitũ, illud deberet esse principium. Cuius ratio est. Si infinitum est, illud nõ est frustra: nam absurdum esset tantum eius ens ponere frustra in rerum natura. Quod si non est frustra, tunc aut est principatum, aut principium: omne enim ens, aut est principium, aut principatum: nec est dare medium: at infinitum, principatum esse nõ potest: quia infinitum, non põt habere principium, alias haberet etiã finem: et per consequens non esset infinitum: ergo necesse erat vt infinitũ esset aliorũ principiũ, ne esset frustra.

¶Secũdum, qđ attribuebant infinito, erat esse ingenitum & incorruptibile. Et hoc quoq; inquit bene inferebãt: nam si est principiũ, nõ habuit aliud principium, alias habuisset finẽ: & per consequens nõ esset principiũ infinitum. Colligitur ergo, ꝙ dato infinito illud debuit esse principiũ & ingenitum. ¶Sanctus Tho. ait istas rationes in equuoco laborare: & per consequẽs nõ esse approbatas ab Aristo. sed recitatas ex antiquorũ sentẽtia quoniam de ratione infiniti materialis (quale antiqui ponebant) solum est non habere principium nec finem magnitudinis: cui tamẽ nõ repugnabat habere principiũ & finem durationis. Et ideo nõ subinsequitur, si est infinitũ, nõ esse principatum & causatum ab alio, in genere causę efficiẽtis. Et qui secundum

cundum versionem Boetij, quã S. Thom. sequitur probabilitatem habet hęc expositio. Dicit enim Boetius. Rationabiliter antiquos infinitum ponere esse principium. Et aduerbium, rationabiliter, potest exponi, dialectice & apparenter. Vtta mẽ secũdum veram translationem literę Grece, q̃ est in textu nostro, videt ꝙ Aristo. non solum recitat opinionẽ aliorũ vt apparentẽ, sed ꝙ manifeste approbet illationem illam. Ait enim manifestum esse ex his. i. posito infinito ad mentẽ antiquorum, ꝙ illud debet esse principiũ. Et ideo forte vt Themistius & Philop. insinuant ratio Aristote. stat in hoc, ꝙ dato infinito secundum magnitudinem, illud non potuit repente & subito totum produci: sicut nec potest totum corrumpi: sed deberet illud aggregari successiue: sicuti videmus corpora generabilia, & corruptibilia successiue crescere, & minui. Et tunc arguit ꝙ illud nõ potuit habere principium suę generationis: quia ante quãlibet partem genitam debuisset dari prior pars: alias si daretur prima vnde incepit, daretur etiã vltima in eius corruptione: quod repugnat infinito. ¶ Tertium quod sequebatur ex opinione aliquorum antiquorum: eorum. s. qui non ponebant causam efficientem: sed solum principium materiale, erat vt tale principium contineret & gubernaret omnia. Illi tamen pessime errabant: nam gubernare est causę efficiẽtis & nõ principij materialis. ¶ Quartum deniq; quod sequebatur ex illorũ opinione erat ꝙ infinitũ esset quid diuinũ: nam qõ nec principiũ habet nec finem, sed causa est omniũ aliorũ, necesse est vt sit diuinum, vt dicebat Anaximãder.

Textus. xxxj.

Esse autem aliquid infinitũ, fides ex quinq; maximè continget considerantibus. Ex tempore. hoc enim infinitũ. Et ex ea quę est in magnitudinibus, diuisione. vtũtur enim & Mathematici, infinito. Amplius ex eo, quia sic solũ non deficit generatio & corruptio, si infinitum sit: vnde auferatur id quod sit. Amplius ex eo, quia finitum semper ad aliquid finitur. Quare necesse est nullũ esse terminum, si semper terminari sit necesse alterum ad alterum.

¶ In tex. 31. ad rem proprius accedens arguit ad vtrãq; quęstionis partem. Et pro parte primo affirmatiua quinq; ait modis potest quis infinitum ponere. Primo in temporis duratione. Tempus nãq; secundum antiquos (preter Platonem) fuit ab eterno, & secundum omnes futurum erat perpetuum. Secũdo in magnitudinis diuisiõe. Quippe cũ secundum mathematicos diuisio continui in infinitum habeat. Vnde potest quis suspicari magnitudinem dari infinitam & multitudinẽ multiplicari in infinitum. Tertio in generationum et corruptionum perpetuitate. Erant enim futurę secundum veteres omnes generatiões & corruptiones infinitę. Quarto in partium orbis serie. Putabant enim omne corpus finitum terminari per aliud corpus. Et tunc arguebant. Vel terra est finita vel infinita? si infinita, intentum: si finita, ergo terminatur per aquã vel aerem. Et pariter de aere arguetur, postea de igne, & tandem de cęlis: in quibus non poterit dari vltimus orbis, nisi ille sit infinitus: nam si est finit⁹, debet terminari per alium: & ita in infinitũ. Qua ratione excusari non potest, quominus aut detur aliquod corpus infinitum: aut ꝙ eorum multitudo sit infinita.

Maximè autem & propriissimè, qđ communem facit dubitationem omnibus. ob id enim quòd illud quod in cogitatione est non deficit: & numerus videtur infinitus esse, & mathematicæ magnitudines, & quod extra cœlum. Infinitum autem cùm sit qđ extra est: & corpus infinitum esse videtur, & mundi. Cur enim magis vacui hic quã ibi (quare si in vno loco: & vbique) necesse est esse molem: simul autem si & vacuum est, & locus infinitus: & corpus infinitum necesse est esse. Posse enim ab ipso esse, nihil differt in perpetuis. ~ quinta ratio ~

Textus. xxxij.

¶ In textu. 32. additur quinta ratio: quę omnium est potissima, sumiturq; ab intellectu hoc modo. Intellectus cogitatio nullibi sistit, sed in infinitũ procedit: vt cum discurrit per numeros (qui multiplicantur ex diuisione continui) quacunq; diuisione, & numero dato, adhuc cogitatiõe addit vnitatem: imo addit duplum & quadruplum & sic in infinitum: & cum contemplatione effertur in celestes orbes: supra quemlibet fingit alium. Putabant ergo illi ita esse in rebus, sicut est in cogitatione intellectus: quod eos male fallebat. Nã cũ intellectus sit spiritualis, abstractus a materia potest eius cogitatio in infinitũ procedere: res autẽ materiales non ita esse possunt. ¶ Et hanc vltimã rationem confirmabant hoc modo. Si detur vltimus orbis, extra illum erit infinitũ spaciũ. Quod si erit plenum, sequitur esse infinitum corpus: qõ autem sit vacuum, videtur falsum: q̃ nulla est maior ratio ꝙ detur vacuum extra cęlum quã intra. Vnde sicut locus intra cęlum totus est plenus, sequitur ꝙ & locus extra sit etiam plenus: & cum sit infinitus, dabitur infinitum. Quod deniq; postremo corroborabant: quia in perpetuis nihil differt esse, & posse, vt in celo intelligentijs quicquid possibile est, de facto est: sed extra cęlum est locus aptus nat⁹ repleri: ergo in rei veritate est repletus.

Habet autem dubitationem ipsa de infinito consideratio. Etenim non esse ponentibus, multa impossibilia accidũt: & esse. Amplius autem vtro sit modo: vtrum vt substantia, an vt accidens per se alicui naturæ, an neutro modo, sed nihilominus sit infinitum, & infinita multitudine? Maximè autem physici est considerare: si est magnitudo sensibilis infinita.

Textus. xxxiij.

¶ In text.

¶In textu.33.arguit adpartem negatiuam:dicēs ꝙ vtrinque quęstio habet difficultatem. Sequuntur enim inconueniētia si negetur esse infinitū,vt ex prefatis rationibus patet. Et sequuntur alia quoque posito infinito. Quoniam tunc dubitatio restat quomodo esset infinitum:vtrū.s.esset aliqua per se substantia infinita:puta lignum, aut lapis aut aliquod genus entium: an esset aliquod accidens proprium alicuius certę nature:an vero neutro modo:sed ꝙ posset dari infinitum magnitudine,aut multitudine in quacunque natura, vel in quocunque genere rerum. Attamen potissimum inquit, dubitatio physica est an detur infinita magnitudo sensibilis:nam de infinitis separatis nihil ad physicum vt tex.39.habetur.

Textus. xxxiiij. Primum igitur determinandum est quot modis dicitur infinitum. Vno igitur modo quod impossibile est trāsire ex eo quia non est aptum natura transiri. vt vox,inuisibilis. Aliter autem:trāsitum habens incōsumabilē. Aut quod vix. Aut quod natura aptum est habere: non tamen habet transitum, aut finem. Amplius infinitum omne aut est secundum appositionem, aut secundū diuisionem,aut vtroque modo.

Infinitū. ¶Unde in textu.34.ꝛ postremo, quasi disputationis initium,premittit quot modis accipitur infinitum,ne disputatio in equiuocoversetur. Ubi ponit duas diuisiones. Prima. Infinitum vno modo accipitur vt dictio,in, dicat meram negationem: ꝛ alio modo, vt dicat priuationem.s. negationem in subiecto apto nato.enimuero vt inuisibile vno modo dicitur de illo quod non potest videri: siue sit aptum ex natura sua vt videatur, siue non: vt vox dicitur inuisibilis negatiue:quia nō habet naturam vt videatur (cum sit obiectum, non visus, sed auditus)ꝛ alio modo diceretur inuisibilis minimus color,qui propter paruitatem non potest videri:aut color qui est in obscuro, qui ex defectu luminis videri non valet:ita infinitum dicitur vno modo negatiue,quia.s.non est quantum vt punctum ꝛ anima rationalis ꝛ angelus. Et alio modo dicitur infinitum priuatiue: quia cum sit quātum nunquam potest tamen propter eius extensionē finiri:sicut partes continui sunt infinitę inpotentia,quia non possunt toties diuidi,quin adhuc semper sint diuisibiles. Tertius est modus infiniti.i. intransibilis:videlicet,quod cum maxima difficultate,aut vix potest pertransiri. Idque aut ratione maxime quātitatis:vt si dicamus iter hinc ad vltimas insulas esse infinitum. Aut ratione qualitatis medij,vt si dicamus profunditatem maris, aut altitudinem nubium esse infinitam:propterea ꝙ nec possumus aquas penetrare,nec volare per aerem. ¶ Secunda diuisio propria infiniti est, quod infinitum accipitur tripliciter:aut secundū appositionem,vt in numeris,aut secundum diuisionem,vt in quantitate continua. Et ex isto secūdo modo oritur primus:nam quāta est diuisio magnitudinis,est appositio ad numerum. Aut vtroque modo:sicut in tempore. Tempus enim eo qō est continuū,potest in infinitum diuidi,ꝛ eo quod est successiuum crescit ad modum numeri semper successione temporis post tempus.s. presentis post preteritum,ꝛ futuri post presens. Sequitur consequenter caput quintum.

QVO DISPVTAtur,an sit infinitum.

CAPVT. V.

SEparabile igitur esse à sensibilibus infinitū, ipsum quid existens infinitum: non est possibile. Si enim neque magnitudo est,neque multitudo,sed substantia ipsum est infinitum & non accidens,indiuisibile enim:aut magnitudo erit,aut multitudo. si autem indiuisibile:non infinitum,nisi sicut vox inuisibilis est. At neque sic dicunt esse, affirmantes esse infinitum: neque nos quærimus, sed vt intransibile. Textus xxxv.

¶His prelactis fundamentis in capit.5.quod per textus viginti vnum distribuitur,prosequitur impugnationem infiniti:concludere intendens,nullatenus infinitum in actu esse possibile:sed solum in potentia. In hoc autem capite solum procedit disputatiue:ꝛ in sequenti incipit determinare veritatem. Et vero cum bifariam fuerit partitus positionem infiniti scilicet ꝛ secundum Pythagoram ꝛ Platonem,qui ponebant infinitum separatum a sensibilibus scilicet vel in numeris abstrahendo a materia ꝛ motu (vt Pythagoras) vel in ideis(vt Plato)ꝛ secūdū alios naturaliter loquētes,ponentes infinitum in sensibilibus,in primis quatuor textibus refellit infinitum primo modo: et in subsequentibus prosequitur impugnare infinitum in sensibilibus. Redarguit ergo Aristoteles Pythagoram ꝛ Platonem tribus argumentis. Contra Pythagoram ꝛ Platonem. Primo. Si datur infinitum separatum a sensibilibus, aut illud erit aliqua substantia per se subsistens, quę secluso quocunque accidente ex sua quiditate ꝛ natura sit infinita,aut includit accidens ratione cuius sit infinita. Primum, esse non potest:quoniam quicquid consideretur seclusa magnitudine,ꝛ multitudine (quę sunt accidentia de prędicamento quantitatis) necesse est esse indiuisibile negatiue.i.ineptum,vt diuidatur: nam diuisio nulli potest competere,nisi ratione quantitatis continuę,vel discretę:ponere autem illo modo infinitum: nihil pertinet ad presentem quęstionem:esset enim tunc infinitum sicut vox dicitur inuisibilis scilicet,quia non habet aptitudinem vt videtur ꝛ sicut punctum: hic autem loquimur de infinito priuatiue,quod scilicet est extensum:carens termino.

Textus. xxxvj. Si verò secundum accidens est infinitum non erit vtique elementum eorum quæ sunt, vt infinitum. sicut nec inuisible, locutionis: quanuis vox sit inuisibilis. ¶ Amplius quomodo continget aliquid esse ipsum infinitũ si non est & secũdum numerum & magnitudinem, quorum est per se passio quędam infinitum? adhuc enim minus esset necesse est: quàm numerum, aut magnitudinem.

¶In textu. 36. prosequitur alterum membrum: dicens. Si vero illud infinitum includat accidens, ita vt sit per accidens infinitum (sicut substantia & qualitas est finita vel infinita ratione quantitatis) tunc sequitur ꝙ tale infinitum. i. tale accidens ratione cuius conuenit illi substantię esse infinitã non erit elementum. i. non erit principium eorũ quę sunt. i. substãtiarum: quia accidens nõ est principium substantię. Quemadmodum enim esto vox sit principium sermonis & locutionis, & vox sit inuisibilis, tamen inuisibilitas, quę est accidens vocis, non est elementum sermonis, ita licet illa substantia quę esset principium substantiarum, per accidens esset infinita. tamen illud accidens non esset principium rerum. Cuius tamen contrarium asserebant Pythagoras & Plato, profitẽtes ꝙ infinitum ipsum perse & secundum suam quiditatẽ esset principium rerum. ¶ Secunda ratio est illic (Amplius &c) quę talis est ratio infiniti est propria passio numeri vel magnitudinis: ergo minus potest perse subsistere separata a sensibilibus quã numerus & magnitudo quę sunt eius subiectum: numerus autem & magnitudo non possunt suapte natura esse separata a sensibilibus rebus, quia quantitas, cum sit accidens, non potest esse nisi in subiecto sensibili: ergo multo minus infinitum. i. ratio ipsa infiniti potest esse separata & per se subsistens. Plato enim quiditates formales rerum ponebat separatas: sicut & Pythagoras quiditatem impediri.

Textus. xxxvij. Manifestum autem, & quòd non cõtingit esse infinitum, vt actu existens & vt substantiam ac principium. Erit enim quicquid ipsius, accipiatur, infinitum, si partibile est. Infinito enim esse & infinitum. idem est, si substantia infinitum sit, & non de subiecto. Quare aut indiuisibile est, aut in infinita diuisibile. multa autem infinita esse idẽ, impossibile est. At verò vt aeris aer pars est, sic & infinitum, infiniti siquidem substantia est & principium. Impartibile ergo, & indiuisibile est. At esse tale nequit, quod actu est infinitũ quantum esse quid enim necesse est.

¶In textu. 57. addit postremo tertiam rationem: quę suboscura est: his præsertim, qui in metaphysica Aristo. non sunt versati. Notandum est. n. ꝙ in rebus naturalibus suppositum & natura in via Aristo. distinguntur: non quidem tanquam duę res, sed ad illum sensum, quo. q. 3. super prologum Porphyrij, & cap. de substantia. q. 1. explicuimus. s. ꝙ quia natura quę exprimitur per diffinitionem in abstracto explicatur vt forma: & suppositum tã quam habens formam, hęc est falsa secluśa operatione intellectus in sensu formali: homo est humanitas, affirmante Arist. 3. de anima tex. 9. ꝙ aliud est magnitudo & aliud est magnitudinis esse, vt aliud aqua, & aliud aquę esse. i. quiditas in abstracto: quia suppositum aquę includit hãc materiã cum singularibus conditionibus, quę non includuntur in natura aquę, vt explicatur per eius diffinitionem. In rebus autem separatis a materia suppositum & natura sunt idem: quia suppositum non includit aliquid reale quod non includatur in natura. Et quia Plato ponebat ideas separatas a materia quę erant rationes formales rerum & Pythagoras dicebat naturam numero abstrahendo per intellectum a singularibus esse principium rerum, atque adeo vterque rationem infiniti ponebat substantiam perse subsistentem, ait hic Aristo. ꝙ secundum illos idem erit infinitum & esse infinito. i. quidditas ipsius infiniti: sicut si daretur homo separatus ab osse, carne &c. idẽ esset humanitas & homo sola ratione differentes. Item qz ponebãt illud infinitum esse principium rerum, necesse erat illud esse simplex non habens partes essentiales diuersarum rationum sicuti in rei veritate nos ponimus tam materiam quam formam. Obidque deberet illud infinitum esse omnino simplex: vt neque haberet partes integrales etheorogeneas: quas habent animalia: propterea ꝙ sunt in materia. s. carnes & ossa &c. neq; haberet materiam & formam quas habent omnia mixta. His suppositis probatur ꝙ non poterat esse infinitum separatum vt illi dicebant. Aut. n. esset diuisibile aut indiuisibile. Si diuisibile, cũ esset omnino simplex sequitur ꝙ quęlibet pars esset eiusdem rationis cum toto: & per consequens si totum esset infinitũ quęlibet pars esset infinita: sicut quęlibet pars materię est materia: quia in simplicibus diffinitio quiditatiua totius conuenit cuilibet parti. Unde sequitur ꝙ vel deberent concedere illud infinitũ esse indiuisibile, aut si diuisibile, quod componeretur ex infinitis partibus, quarum quęlibet esset infinita: quemadmodum quia aer non habet partes etherogeneas, quęlibet pars integralis aeris est aer. Utrumq; autem membrum est inconueniens. Quod enim aliquod ens habeat infinitas partes non communicantes, quarum quęlibet esset infinita, sicut totum, inuoluit manifestam repugnantiam: nam si vna pars est infinita. illa replet totũ locum imaginarium: & per consequens nullum relinquit locum in quo sint alię partes. Quod autẽ illud infinitum sit indiuisibile, est manifesta repugnantia: nam ratio infiniti (quale isti ponebant) cõsistit in quantitate, & ratio quantitatis est, vt sit diuisibilis.

Secundum ergo accidens est infinitum. sed si sic. dictum est quod non contingit ipsum principium dicere, sed illud cui accidit, vt aeremaut par. Quare

Textus. xxxviij.

re absurdè enunciant dicentes, sicut Pythagorei dicunt. simul enim substãtiam faciunt infinitum & pariuntur.

¶Concludit ergo in textu. 38. ꝙ non poterant ponere infinitum secundum suam substantiam ꝛ quidditatem, perse separatum a sensibilibus: sed si erat infinitum deberet esse ratione quantitatis, quęquidem est accidens. Quod si concederent, iam probatum est supra ꝙ non poterat tale infinitum sub ratione infiniti esse principium substantię: atque adeo erat repugnantia dicere ꝙ infinitum perse esset principium rerum.

Textus. xxxix. Sed fortasis hęcquidem est vniuersalis quæstio magis: si contingit infinitũ & in mathematicis esse, & in intelligibilibus, & in ijs quæ nullam habent magnitudinem. Nos autem considerabimus, de sensibilibus, ac de ijs quorum facimus scientiam: vtrum in illis estan non est, corpus infiinitum inaugmẽtũ.

¶In textu. 39. eximitse. Ph. a disputatione aduersus huiusmodi infinitum separatum asensibilibus quippe quę ad metaphysicum potius pertineat [cuius est disputare de rebus separatis a materia ꝛ sensu) quam ad Physicum, cuius negocium est de rebus quatenus sunt in materia philosopharí.

Dialectice Rationabiliter igitur speculantibus : ex huiusmodi videbitur vtique non esse. Si enim est corporis ratio, plãnicie terminatum: non vtique erit corpus vllum, aut intelligibile, aut sensibile infinitum.

Textus. xl.

¶Unde in textu. 40. incipit arguere aduersus infinitum sensibile. Et primo rationibus dialecticis. Hoc est enim quod air [Rationabiliter speculantibus] seu disserendi modo, vt vertit Argiropylus. i. exprobabilibus ꝛ propositionibus vulgo receptis: quemadmodum dialectica rationalis disputare solet. Prima ratio est. Corpus (vt vulgo apud mathematicos diffinitur) est quantum vnica aut pluribus superficiebus terminatum, ergo omne corpus siue sensibile sit. i. physicum, vt terra, lignum ꝛc. sea intelligibile. i. mathematicũ, per intellectum abstractum a materia, debet esse terminatum ꝛ finitum. Ac si dicat ꝙ omne corpus debet habere aliquam figuram in superficie extrema: ꝛ per consequens non potest esse infinitum.

Textus. xli. At verò neque numerus sic, vt separatus & infinitus. numerabile enim est numerus, aut habens numerum. si ergo numerabile, potest numerai: & pertransire vtique possibile erit infinitũ.

¶Secunda ratio similis est in textu. 41. ad probãdum ꝙ non possit esse infinitum in multitudine. Omnis numerus siue separatus. i. siue accipiatur secundum diffinitionem numeri mathematici abstracti per intellectum a materia, siue habens numerum. i. siue sit numerus physicus vt lapidũ vel hominum habentium vnitates omnis talis est numeralis: ergo omnis erit finitus: quia infinitũ pertransiri numerando non potest: ꝛ per cõsequẽs nec potest dari infinitum in magnitudine, nec in multitudine. Dicuntur rationes istę idcirco dialectięę, ꝙ licet posset negari ab alijs omne quãtum terminari superficiebus, ꝛ omnem numerum numerari, procedunt tamen ex probabiliter: quia ejusmodi responsio non censeretur in scholis mathematicorum habere probabilitatem.

Physice autem magis speculantibus ex hisce: manifestum erit. neque enim compositum potest esse: neque simplex. Compositum igitur non erit infinitum corpus: si finita multitudine elementa sint, necesse est enim: plura esse & æquari semper contraria, & non esse vnum eorum infinitum: & si enim quomodocunque superatur, quæ in vno corpore est potentia, ab altero (vt si ignis finitus sit, aer autem infinitus sit autem æqualis ignis: ad aerem ęqualem, potentia quantumlibet multiplicatus, solum autem numerum aliquẽ habens) tamen manifestum est, quòd infinitum excedet, & corrũpet finitũ.

Textus. xlij.

¶In tex. 42. exorditur Philosophus rationes physicas ꝛ naturales: quibus demõstrat nõ esse naturaliter possibilẽ infinitũ. Atqui infinitũ in rebus naturalibus sensibilibus posset considerari: aut in mixtis, aut in elementis, aut in cęlo. De celo prętermit hic mentionem facere. Habet enim in more nihil, nisi proprio loco tractare: ꝛ cum vsq; ad libros de cęlo nusq; de mõstrauerit cęlũ esse substãtiã alterius speciei, seu generis, ꝙ elemẽta, solum hic disserit de mixtis ꝛ elemẽtis: in primo autẽ de celo tex. 5. peculariter iterato reuocat in quęstionẽ an cęlum sit infinitũ, Probat ergo primo ꝙ nullum mixtũ sit infinitũ hoc syllogismo. Corpus omne mixtũ cõstat ex elementis: sed cõpositionẽ mixti intrat multitudo finita elemẽtorũ: nẽpe solum quatuor, quorũ nullũ est magnitudine infinitũ: ergo mixtũ non põt esse infinitũ. Ꝙ multitudo elemẽtorũ sit finita, relinquit tanq; notũ. Ꝙ aũt nullũ sit infinitũ, probatur. Aut vnum tũc esset infinitũ: aut omnia, neutrum istarum: ergo. Probatur primũ mẽbrũ. Elementa cõponũtmixtũ per actionem contrariã mutuo se corrũpẽdo, vt. 2. degene. tex. 33. patebit: ergo nullum eorum põt esse infinitum. Manifesta est cõsequẽtia eo ꝙ illud infinitũ corrũperet oĩa alia, ꝛ illud solũ maneret incorruptũ, atq; adeo mixtũ nõ constaret ex omnibus elemẽtis. Ut qz posset quis negare cõsequẽtiã, dicẽs ꝙ quis vnũ elemẽtorũ esset infinitũ magnitudine, non illico sequitur vt corrumperet alia nã posset esse virtutis finitę. Huic solutioni obuiat Ph. dicens ꝙ quãuis illud elementum infinitũ esset. v. g. aer qui est maioris actiuitatis quã ignis. v. g. in centupla, aut quauis alia proportione finita, illud tamẽ debet intelligi ꝙ equales partes aeris ꝛ ignis sunt inęqualis virtutis. Tunc arguit Arist. Si multiplicetur aer ad tanto maiorẽ quantitatẽ

quanto

quanto ignis habet maiorem virtutem, sequitur ꝙ erunt æqualis virtutis: ergo postquam tale elementum erit infinitum magnitudine, necesse est vt habeat infinitam virtutem, ꝛ per consequens omnia alia in infinitum superet. Et eadem ratione patet ꝙ non possunt esse aliqua infinita, ꝛ aliqua finita.

Textus. xliij. Vnumquodque autem infinitum esse est impossibile. Corpus enim est: quod omniquaque dimensionem habet. infinitum autem quod infinite extensum est. Quare infinitum corpus vndequaque extensum erit in infinitum.

¶ Secūda solutio esse posset ꝙ omnia quatuor elemēta essent infinita, vt essent æqualis virtutis: hoc autem in hoc textu. 43. ait esse manifeste impossibile: nam corpus est id quod habet omniquaque dimensionem. i. secundum longitudinem, ꝛ latitudinem ꝛ profunditatem obidque corpus infinitum erit. quod secundum hanc trinam dimensionem est infinitum. Quod autem hoc modo est infinitū occupat omnem locum imaginarium: ꝛ per consequens non permittit secum aliud corpus: nisi duo corpora essent penetratiue in eodem loco: quod non est possibile. Vtꝙ adeo impossibile est vt quatuor corpora infinita coeant in compositionem mixti.

Textus. xliiij. At verò neque vnum ac simplex esse contingit infinitum corpus: neque sicut dicunt quidam, id quod præter elementa est, ex quo hæc generant, neque simpliciter. Sunt enim quidam qui hoc faciunt infinitum, sed nō aerem, aut aquam ne cætera corrumpantur ab infinito. Habent enim ad se inuicem contrarietatem, vt aer quidem frigidus est, aqua verò humida: ignis autem calidus. quorum si vnum esset infinitum: corrupta iam fuissent alia. Nunc autem dicunt aliud esse id, ex quo hæc sunt.

¶ In tex. 44. reuertitur ad aliud membrum principale scilicet ꝙ nullum corpus simplex potest esse infinitum: corpus simplex appellat elementum aut corpus medium inter duo elementa: quale ponebant vel Anaximander, vt ait Themist. vel forte alij vt lib. 1. super textu. 32. aduotauimus. Mediū inquā vel inter aerē ꝛ ignē vel inter aerē ꝛ aquā: propterea (vt ait hic Arist.) ꝙ cū viderēt simplicia elemēta habere inter sec̄ contrarietatē vt ignis ꝛ aqua dicebāt elemēta nō posse esse principia permanētia, in eodē supposito. Ignis. n. non potest esse principium aquę: nec aqua ignis.

Textus. xlv. Impossibile autem est esse tale: non quia infinitum (de hoc enim commune aliquid dicendum est: de omni similiter & aere, & aqua, & quolibet) sed quia non est tale sensibile corpus, præter vocata elementa. omne namque ex quo est, etiam resoluitur in hoc. quare esset vtique hic, præter aerem & ignem, & terram, & aquam: aliud quippiam videtur autem nullum.

¶ Ait vero Aristo. in tex. 45. ꝙ hęc opinio, præter errorem quo asserebat aliquid infinitum (quod statim impugnabitur, communi ratione procedenti de omnibus elementis) peccabat, ponens aliquod corpus simplex quintum: nam, cum vnumquodq; resoluatur in ea ex quibus componitur, experiemur, quando mixtum resoluitur, restare eiusmodi corpus simplex quintum: attamen non experimur nisi quatuor dumtaxat: ergo nullum est aliud.

Textus. xlvj. Neque igitur ignis, neque aliud elementorum quicquam: infinitum quid esse potest. Omnino enim & præter id quod infinitum sit aliquid ipsorum: impossibile est ipsum vniuersum, & si finitū sit, aut esse, aut fieri vnum quid ipsorum, sicuti Heraclitus dicit omnia fieri aliquando ignem.

¶ In textu ergo. 46. probat ratione communi nullum simplicium corporum scilicet quatuor elemētorum, posse esse infinitum. Quod licet non forma liter, tamen virtualiter ꝛ sub verbis pressis atque concissis duplici ratione probat. ¶ Primo ex superiori ratione: quia si esset infinitum, omnem locū occuparet, ꝛ per consequens non compateretur secum alia elemēta. Et præterea, quia esset, vt probatum est, infinitę actiuitatis: atque adeo omnia alia corrumperet: ꝛ per consequens totum vniuersum esset vnicum elementum. Ait esse, aut fieri, propter Heraclitum: qui vt lib. 1. super textum. 32. exposuimus, ponebat ignem esse principium omnium rerū. Et cum obijciebatur illi, ꝙ cum ignis esset maxime actiuus, non posset permanere in rebus quin illas corrumperet, dicebat quod licet hactenus non omnino corruperit, semper tamen est actu corrumpens, ꝛ tandem totum orbem infāmabit, ꝛ tunc vniuersum totum erit ignis. Ait ergo Aristot. ꝙ posito aliquo elementorum infinito idem contingeret scilicet quod vel totum vniuersum esset illud: vel aliquando conuerteretur in illud.

Textus. xlvij. Eadem autem est ratio & in ipso vno, quod faciunt præter elementa Physici. Omnia namque mutantur ex contrario in contrarium: vt ex calido, in frigidum. Oportet autem de omni & ex hisce considerare: si potest, aut non potest, esse corpus infinitum sensibile.

¶ In textu. 47. dicit idem omnino cōtingere, si illud infinitum simplex non esset aliquod quatuor elemen-

mentorum, sed aliud quintum medium quod alij ponebant: nam si illud deberet esse principium, ne cesse erat, vt haberet contrarietatem cum alijs rebus: quintam quicquid fit, fit ex suo contrario vt album ex nigro, frigidum ex calido, & per consequens omnia tandem inse conuerteret cum esset infinitum. Vbi de directo impugnat illorum rationem motiuam. ¶ Ponebant. n. illud medium esse principium propter argumentum quod faciebant aduersus Thaletem & Heraclitum q si principium esset aqua, tunc ex illo non posset fieri ignis: & si esset ignis, ex illo non posset fieri aqua propter contrarietatem. Sit ergo ¶ Ph. q idem sequitur secundum suorum opinionem quia illud quintum necesse erat vt esset contrarium alijs rebus, q ex illo fierēt tanquam ex termino a quo. ¶ Subsequenter postquam diuisim seorsum probauit, nec mixtum posse esse infinitum, nec elementum simplex, facta illa suppositione q elementa sint numero finita, & indesumpta ratione a generatione mixti: persistit idem simpliciter demonstrare nō facta aliqua suppositione: sed ingenere, q nullum corpus sensibile, quodcunque illud sit, possit esse infinitum. Et id quidem quidem quatuor rationibus.

Textus. Quod autem omnino impossibile sit esse corpus infinitum sensibile: ex hisce manifestum est. aptum est enim natura omne sensibile alicubi esse, atq; locus est aliquis vniuscuiusque. & idē est partis, & totius, vt totius terre. & vnius glebe: & ignis, atque scintile. Quare si sit eiusdem speciei: aut immobile erit, aut semper mouebitur. Atqui impossibile est. Cur enim magis deorsum quam sursum, aut quouis? dico autem vt si glebasit, quoniam hæc mouebitur, aut vbi manebit, locus enim infinitus, erit congenei sibi corporis. Vtrū igitur occupabit totum locum? & quo modo? Quæ igitur, & vbi quies, & motus ipsius? an vbique manebit? non ergo mouebitur. an vbique mouebitur? non ergo stabit,

¶ In textu. 48. formatrationem primam tribus factis suppositionibus. ¶ Prima q omne corpus sensibile suapte uatura aptum est esse in loco naturali. Loquitur. n. hic non de loco simpliciter, & (vt sicdicam) mathematice: qui est superficies cōtinēs locatum: sed de loco naturali ad quē res naturalis habet inclinationē, vt centrū terre est loc⁹ terre: & concauū lunę locus ignis: & sic de alijs elemētis & celis. Ultima. n. sphera licet non in loco circunstāte mouetur tamen in loco naturali. Secunda suppositio est prioris explicatio. vniuscuiusq; rei naturalis est aliquis locus naturalis adquem suapte natura mouetur, & in quo naturaliter quiescit. Imo & animalibus inquantum sunt animalia competunt sua cuique loca. Viuit enim pisces in aqua & alia in aere. Tertia suppositio est q idem locus naturalis & totius & partis: nam in loco naturali in quo quiescit totum elementum terrę, quiescit naturaliter quelibet eius pars. Quocirca quelibet pars terrę, nisi impediatur, mouetur ad centrum: & quelibet pars ignis ad concauum lunę. ¶ His suppositis ratio est homini. Aut corpus infinitum, quodcunque illud sit: cōstabit ex omnibus partibus eiusdem speciei cum toto (loquitur. n. de integralibus, vt sunt partes terrę & aeris & auri & lapidis &c.) aut constabit ex partibus eterogeneis vt animalia. Si primum aut semper mouebitur, aut semper quiescet: neutrum est possibile: ergo. ¶ Probatur simul vtraque pars minoris. Si semper mouetur (loquitur de motu naturali ad locum inquo naturaliter quiescit) aut mouebitur sursum aut deorsum, aut aliam differentiā positionis, nullum istorum: ergo. Sed antequam vlterius procedamus aduotato parentesim illam (dico autem vt si gleba sit) totum namque infinitum categorematice moueri non posset secundum se totum: q non posset mutare locum cum repleret omnem imaginarium. Quinimo neque circulariter, vt per docte manifestat Arist. 1. de celo tex. 35. quia cum non terminetur aliqua extrema superficie, non poterit signari in illa aliquod punctum quod motu describat aliquam portionem circuli, sicut signatur sol qui viginti quatuor horis facit vnum circulum. Et ideo non arguit hic Aristo. de motu totius sed de motu glebe. i. partis corporis illius infiniti (si esse terra. Ex cuius inaduertentia raro intelligitur hic textus. ¶ Probatur ergo q pars talis elementi, nec mouebitur, nec quiescet naturaliter. Locus naturalis illius glebe est congeneus. i. idē omnino qui est locus naturalis totius: locus autē naturalis totius est infinitus imaginarius: ergo idem locus infinitus erit locus naturalis cuiuslibet partis illius infiniti. Tunc arguitur. Aut quelibet pars occupabit totum locum infinitū: & hoc est intelligibile. Si autem singulę partes erunt in singulis partibus loci infiniti, tunc si inquocunq; loco fuerit quelibet pars illius infiniti, manebit naturaliter: & sic sequitur q nunquam mouebitur. Si autem illic non manebit, numquam quiescet: nam si in aliquo loco non quiescit naturaliter, eadem ratione in nulla alia quiescet: quia non habet maiorem inclinationem ad vnum locum quam ad alium. Summa rationis est hęc, q cum quelibet pars illius totius inclinetur ad totum locum infinitum, in nulla parte loci suapte natura quiescet naturaliter: nec ad aliquam mouebitur naturaliter: & sic suapte natura: nec erit mobile nec immobile.

Textus. xlix. Si verò dissimile sit ipsum totum: dissimilia & loca erunt, & primum quidē non vnum corpus vniuersi est: nisi tangendo. Deinde aut finita, hæc erūt: aut infinita specie. Atque finita quidem non esse possunt. Eruntenim alia quidem finita alia vero non, si totum infinitum est, vt ignis, aut aqua. Corruptio autem, tale contrarijs esset, sicut dictū est prius. Et propter hoc nullus eorum

qui

qui de natura differunt, vnum & infinitum ignem fecit. aut terram: ſed aut aquam, aut aerem, aut eorum medium. quoniam locus vtriuſque manifeſtus erat, determinatuſque. Hæc autem vtroque participant, eo qui ſurſum, & qui deorſum. ¶ Si autem infinita & ſimplicia ſunt, & loca infinita, & infinita elementa erunt. ſi verò hoc impoſſibile: & loca finita ſunt, & totum infinitum eſſe, neceſſe eſt impoſsibile enim eſt: non æquari locum, & corpus. neque enim locus omnis maior eſt quàm quantum contingit, corpus ſimul eſſe. ſimul autem neque infinitum erit corpus: neque corpus maius, quã locus. aut enim vacuum erit aliquid: aut corpus quod nuſquam aptum natura eſt eſſe.

¶ In tex. 49. impugnat aliud membrum maioris principalis argumenti. Si enim quis dicat illud infinitum conſtare ex partibus diuerſarum ſpecierum tunc ſequitur ꝙ ꝛ loca naturalia illarũ partium etiam differunt ſpecie ſicuti locus ignis eſt ſurſum, ꝛ locus terræ deorſum. Differentias namque poſitionis vocat loca differentia ſpecie. Et tũc ſequitur primum inconueniens ꝙ partes illius totius non erunt continuæ: ſed contiguæ. Videtur tamen conſequentia inefficax: nam partes hominis puta oſſa nerui ꝛ carnes differunt ſpecie. ꝛ tamen ſunt continuæ. Adhoc reſpondetur, ꝙ partes animalis non ſunt differentes ſpecie perfecta ꝛ quia omnes habent eſſe per eandem formam ſubſtantialem totius: ꝛ ideo ſunt partes eiuſdem ſpeciei totalis: licet interſe differant. ſpecie partiali (vt ſic loquamur) propter diuerſa accidentia habentia ſe ex parte materiæ puta propter cõplexiones diuerſas: illi aũt deberẽt ponere partes totiꝰ totius infiniti, eſſe differentes ſpecie perfecta, vt differunt partes vniuerſi: quæ adeo deberent concedere illud infinitum eſſe vnum per aggregationem. Et quia hoc non haberent pro magno inconuenienti (nam illo modo Anaxagoras, quem notat hic Ariſto. poſuit infinitum chaos in quo omnia erant aggregata ꝛ congeſta) non illic inſiſtit: ſed trãſit ad aliud inconueniens. Et enim inquit ſpecies partium infiniti erunt finitæ, itaq; omnes partes ſint v. g. in quatuor ſpeciebus: aut erunt infinitæ. Si erunt finite ſpecies, vt puta quatuor elementa neceſſe eſt, ꝙ aliqua ſaltem illarum ſit infinita inquãtitate: quia ex ſpeciebus finitis partium non põt conſtare infinitum ni ſi aliqua ſaltem illarum ſit infinitæ magnitudinis. Si autẽ aliqua illarum ſit infinita, reliquæ vero finitæ, iam ſupra oſtenſum eſt ꝙ illa pars infinita cõſumeret omnes alias. Et hoc eſt quod ait (corruptio autem tale). i. talis pars infinita erit corruptio aliis contrariis. i. corrumpet alpi contraria: ꝛ per conſequẽs non erunt plures partes diſſimiles ſpecie. ¶ Qua inquit de cauſa nullus eorum qui naturaliter loquuti ſunt ponens vnum principium infinitũ, dixit illud eſſe aliquod extremorum, puta terram. aut ignem: propterea ꝙ vtriuſque locus eſt manifeſtus: ſed aquã vel aerem, quæ quodammodo ſunt medio participantia vtroque extremo. Literam hanc fateor apud neminem interpretum intelligere poſſum: neque vi deo qualis ſit conſequentia, ꝙ ex eo ꝙ vna pars infiniti non potuit eſſe infinita, ꝛ reliquæ finitæ, non ponebant antiqui ignem, aut terram eſſe principium infinitum, bene tñ aquam, vel fierem. Miſſ verum ſit (quod ¶ Philoponus ait) hanc rationem eſſe truncam ꝛ mancam cui aliquid deficit. Debet ergo introduci tanquam noua cõfirmatio iſto modo. Item ſi vna illarum partium eſſet infinita, cũ illa corrumperet alias, omnia eſſent vnum elemẽtum infinitum: nam illa pars deberet eſſe ſimplex corpus. Quod autem hoc ſit impoſsibile, patet: nã infinitum (vt dictum eſt) nullum ſibi vendicat locum: ꝛ tamen quodlibet elementum vendicat ſibi proprium locum. Et tunc ſubiungit ꝙ ad euitãdũ hoc inconueniens nullus dixit illud infinitum eſſe terram vel ignem: quia de illis negare non poterant habere manifeſta loca naturalia: ſed de aliis intermediis, quia non eſt tam manifeſtum habere propria loca, poterant vtrumq; dicere eſſe infinitũ. Prætermittit hic aliud mẽbrum quod illi poſſent reſpondere. ſ. ꝙ partes infiniti quæ ſunt ſpecierũ finitarum ſunt omnes infinitæ magnitudinis: qz illud iam ſupra impugnatum eſt, videlicet, nõ poſſe eſſe ſimul plura infinita, eo ꝙ vnum occupat totum locum. ¶ Proſequitur ergo aliud membrum, ſiquis diceret partes illius infiniti eſſe infinitarũ ſpecierum, vt ponebat Anaxagoras in ſuo chao. vn de dicebat mundum fuiſſe factum: nam aduerſus hanc opinionem dirigit diſputationem hanc. Hic (inquit) ſequitur ꝙ loca naturalia pariter erunt infinita: nam tot debent eſſe loca naturalia quot ſunt res naturales: vt alius eſt locus grauium, alius leuium, ꝛ alius celorum, ꝛ alius cuiuſcunque elementi. Quod autem conſequens ſit falſum. ſ. eſſe infinita loca naturalia oſtendere prætermittit tanquam perſe notum: nam ſpecies locorum naturalium tantum ſunt tres, vt habetur. 1. de cælo, ad medium deorſum, ꝛ a medio ſurſum, ꝛ circa mediũ in cælis. Sequelam vero probat. ſ. ꝙ tot debent eſſe loca quot locata, per ſimilitudinem ad loca mathematica. Hoc enim eſt hic animaduertendum ad intelligendam literam. Quemadmodum. n. in loco cõtinui locus debet æquari locato, vt neque locus ſit maior quam locatum (alias daretur vacuum) neque locatum maius loco (alias daretur locatum extra locum) ita in naturalibus nequeuebet eſſe aliqua differentia loci, adquem aliquod corpus naturale non habet inclinationem: neque rurſus debet eſſe corpus naturale, quod ad ſuum locum proprium non habeat inclinationem.

Textus. l.

Anaxagoras autem inconuenienter dicit de infiniti quiete. fulcire enim ſeipſum dicit infinitum. hoc autẽ quia in ipſo eſt (aliud enim nihil continet) tanquam vbi vtique aliquid ſit, ibi aptum natura ſit eſſe. hoc autem non verum. erit enim vtique quicquam alicubi vi, & non vbi aptum natura eſt eſſe.

Textus. lj.

se.si igitur quan maximè nonmouetur totum(quòd enim in seipso fulcitur & in seipso est.immobile esse necesse est) cur tamen non aptum natura sit moueri,dicendum erat. non enim satis est: sic dicentem euadere.erit enim vtique & quodlibet aliud,non motum, sed aptum natura esse:nihil prohibet. quoniam & terra non fertur, neque si infinita esset:coercita tamen à medio.sed non qui non est aliud quo feratur,manebit in medio : sed quia non est apta natura sic.sed tamen licebit vtique dicere:quod fulcit seipsam. Si igitur neq; in terra hæc causa est,existente infinita,sed quia grauitatem habet(graue autem manet in medio:terra autè in medio est)similiter & infinitum manet vtique in seipso, propter aliam quandã causam,& non quia infinitũ est, & fulcit ipsum seipsum.

¶In text.50.refert solutionem Anaxagoræ aduersus quem punctim tendebat argumentum hoc. Quippe cuius opinio erat vnum fuisse chaos infinitum ante mundi creationem,vbi infinitæ rerum species latitabant.Vnde ad hoc argumentum respondebat q illud infinitum chaos non habebat aliquem locum naturalem in quo esset,aut adquem moueretur:sed in seipso sustinebatur. Cum.n. haberet partes infinitas sese inuicem alia aliam tenebant:& per consequens erat natura sua immobile.Hanc vero opinionem respuit Arist.duabus rationibus.¶Prima est hęc in textu,51. Si illud infinitum esset natura sua immobile, eo maxime esset:quia vbi vnumquodq; est,ibi naturaliter quiescit,hoc tamen est falsum:quoniam multa sunt in loco per violentiam vbi non naturaliter quiescit vt graue super trabem:ergo dato q illud infinitũ non moueretur,non subinde sequitur q quiesceret tanquam in loco naturali.Ratio tendit ad hoc q si illud infinitum de facto non moueretur, fuisset ex eo q cum esset infinitum non haberet locũ quo moueretur sed vna pars teneret violenter aliam:hoc autem non satis ostendit esse suapte natura immobile tanquam existens in suo loco naturali:sed sicut graue quiescit sursum: quod non est proprie quiescere:sed impediri a proprio motu.Et ideo tenebatur Anaxagoras reddere rationem ex natura rei cur esset immobile:alias quecunq; res, vbicunque detineretur, diceretur ex natura sua quiescere.¶Dilucidat argumento exemplo terræ. Vbi notandum est,quod terra secundum Arist.inter omnia elementa, quia est vltimum graue, est suapte natura immobilis:nec.n.mouetur amedio nec admedium,nec circa medium:reliqua vero elementa mouentur circa medium.Dicunt enim, ignis rapitur circulariter ad motum orbis lunæ: q pariter aer . Quod si aliqua pars terræ mouetur est deper accidens:quia sursum detinetur.Vult ergo q si daretur terra infinita:& coercita a medio. impedita ratione suę infinitatis ne veniret admedium:nihilominus illa terra esset immobilis. Ratio tamen immobilitatis non est reddenda ex eo quod se sustinet,nec est in aliquo loco(quamuis ita sit q se sustineat)sed ex eo est immobilis: quia natura sua est talis:vt sit centrum mundi immobile.¶Pari ergo modo non satis est Anaxagoræ reddere rationem immobilitatis illius chaos propter infinitatem:sed ex natura rei.

Simul autem manifestum est: quod & quamlibet oportebit partem manere.vt enim infinitum in seipso maner se fulciens:sic& quęcunque accipiatur pars,in seipsa manebit. Totius enim & partis eiusdem sunt speciei loca.vt totius terræ,& glebæ,deorsum : &totius ignis,& scintilæ sursum. Quare infiniti locus in seipso est: & partis idem erit. manebit igitur in seipsa. Textus. liij.

¶In textu.52.subdit secundam rationẽ. Si chaos illud infinitum eo esset immobile: quia se sustinet in seipso,eadem ratione quęlibet eius pars esset immobilis:nam idem est locus & natura totius & partis,vt totius terræ,& glebę: & totius ignis, & scintillę:consequens tamen est falsum:nam quęlibet pars illius erit suapte natura mobilis ad suũ cuiusque locum quandoquidem ita nunc experiẽtia compertum est vt partes vniuersi quę ab illo chao separatę fuerant, ad sua propria loca mouentur.

Omnino autem manifestum est,qđ impossibile est , simul infinitum dicere corpus,& locum quendam corporibus esse:si omne corpus sensibile , aut grauitatem habet,aut leuitatem , & si graue quidem est, ad medium habet lationem natura , si vero leue sursum: necesse est enim & infinitum corpus Impossibile autem est:aut totum vtrũlibet,aut dimidiatum, vtrumque pati quomodo enim diuides aut quomodo infiniti erit,hoc quidem sursum , illud verò deorsum, aut vltimum , aut medium. Textus. liij.

¶In ter.53.facit secundã rationẽ principalẽ earũ quatuor quas ante textum quadragesimũ octauũ proposuimus.Et ratio est hęc.Corpus vnusquodq; sensibile proprium sibi vendicat locum naturalem puta sursum,aut deorsum:sed dato corpore infinito,non possumus signare has differentias positionis:ergo repugnat quod sit infinitum & simul naturalę

Sensibile.

turale. Sensibile corpus appellat mixtum vel elementum. Nam cælum non habet sensibilem qualitatem. Et tunc probat maiorem: quia omne huiusmodi corpus aut est graue, aut leue. vt antiqui ipsi concedebant. Si autem est graue, mouetur ad medium. s. deorsum: si vero est leue, mouetur a medio puta sursum. Minorem autem probat: quia in corpore infinito, nec possumus signare medium, nec subinde sursum & deorsum: neq; secundum se totũ, neque secundum medietates: quia non posset aliquo modo diuidi, vt vna medietas diceretur sursum, alia deorsum. Non enim esset maior ratio de hac quam de illa diuisione, vt in aliqua secundum diceretur sursum & deorsum.

Textus. liiij.

Amplius, omne corpus sensibile in loco est. loci vero species & differentiæ sunt: sursum, & deorsum, ante, & retro, dextrum, & sinistrum. Atque hæc non solùm ad nos, & positione: sed & in ipso toto determinata sunt. Impossibile autem est: infinito hæc esse.

Sex differentię positionis.

¶ In textu. 54. subiungit rationem tertiam principalem. Omne corpus sensibile est in loco ratione suę quantitatis: loci autem sunt sex differentię. s. sursum deorsum: dextrum, sinistrum: ante & retro: istę autem differentię signari non possent si vniuersum esset infinitum: ergo. Maiorem relinquit tanquam notam experientia: eo q; natura totius speculanda est ex natura partium: in omnibus autem partibus vniuersi has differencias comperimus. In viuentibus. n. superius & inferius sumitur secundum alimentum, pars namque superior est illa qua sumitur alimentum, vt caput in animalibus & radix in arboribus: cõtraria vero est deorsum: ante vero et retro sumitur in animalibus secundum sensum. vt pars anterior sit facies vbi viget sensus: cõtraria vero sit posterior. Sed dextrũ & sinistrum sumitur secundum motum localẽ: qui in homine incipit a parte dextra per ante vbi magis viget motus. In rebus vero inanimatis suapte natura designantur, sursum & deorsum per cõparationem ad centrum mundi: sunt enim motus a cẽtro vel ad centrum. Reliquę vero differentię sumũtur in corruptibilibus per comparationem ad animalia. vt illa columna sit dextra, quę est ad nostram dextram &c. Addit vero ꝓb. q; non solũ in corruptibilibus, sed etiam in toto vniuerso, puta in cælo dantur istę differentię positionis, nõ quidem per ordinẽ ad nos: sed ex natura sua vt enim probatur. 2. de cælo dextrum cæli est oriens: quia si eius motus habuisset principiũ, inde cępisset moueri: & per respectum ad oriens sumuntur alię differentię, vt ibidem est videre. Quod autem in corpore infinito non possint signari istę differentię, manifestum est, vt modo dicebamus. quia non posset signari medium: cuius respectu dignoscuntur alię differentię.

Textus. lv.

Simpliciter autem si impossibile est locum esse infinitũ, in loco autem est omne corpus: impossibile est infinitum esse corpꝰ aliquod. At verò quod alicubi est in loco est, & quod in loco, ali cubi. Si igitur neque quantum, possibile est ipsum infinitum esse) quantũ enim aliquod erit: vt bicubitum, aut tricubitum. hęc enim significat ipsum quantum) sic & in loco, quod alicubi. hoc autem est, aut sursum, aut deorsum aut in alia aliqua distantia earum quæ sex sunt. horum autem vnum quodq; terminus aliquis est.

¶ In textu. 55. & postremo huius capitis subiicitur quarta & postrema ratio principalis. Omne corpus est in loco (hoc. n. differt substantia corporea ab incorporea, q; illa sit in loco: hęc vero minime) sed nullus locus potest esse infinitus: ergo neque corpus fieri potest vt sit infinitum. Probat minorem: quia sicut non potest esse res alicuius generis, nisi in aliqua certa specie (nõ. n. potest esse animal, nisi sit vel homo vel equus &c. neque potest esse quantum, nisi bicubitum vel tricubitũ aut in alia specie quantitatis) ita nec potest esse locus naturalis: nisi secundum aliquam differentiam positionis. s. sursum deorsum &c. quę sunt species loci naturalis: sed locus infinitus, nec erit sursum, nec deorsum &c. ergo non est possibilis infinitus locus ¶ Ex probatione minoris potest sumi argumentũ nouum q; non sit infinitum actu: nam si est infinitum, erit quantum si vero erit quantum in actu, erit bicubitum, vel tributũ, aut in alia specie quãtitatis: & per consequens non erit infinitum.

¶ Subsequitur statim caput sextum.

QVONAMMODO, sit infinitum.

CAPVT VI.

Textus. lvj.

QVod igitur actu non sit corpus infinitum: manifestum est ex his. Quod verò si non sit infinitũ simpliciter, multa impossibilia accidunt, manifestum est. Temporis enim erit quoddã principium atque finis. Et magnitudines non erũt diuisibiles in magnitudines. Et numerus non erit infinitus. Cum autem determinatis sic neutra ex parte videatur fieri posse: arbitrario iudice est opus. Atque manifestum est: quod quodammodo quidem est, quodammodo vero non est. dicitur autẽ ipsum esse aliud quidem potentia, aliud vero actu. Et infinitum est quidem appositione, est etiam & ablatione. magnitudo autem quod secundum actum quidem

m. 1 incommen.

2m Infinitũ quomodo datur Quęstionis tertię simul quarte materia.

none se Diuisie

dem non sit infinita: dictum est. diuisione autem: est. non enim difficile est: tollere indiuiduas lineas. relinquitur igitur potentia esse ipsum infinitum.

¶Postquã superiori cap. disputauit Aristo. de infinito ad partẽ potissimum negatiuã, in tribus capitulis sequẽtibus veritatẽ statuere prosequitur. In hoc enim. 6. per textus sex distributo, manifestat quomodo sit infinitũ, quomodo vero non: & in sequenti diffinit quid sit infinitũ: ac demum in. 8. respondet rationibus aduersariorũ, quibus cõtẽdebant infinitũ asserere. In hoc ergo text. 56. ait ex his quę hactenus facta sunt argumẽta manifestum esse nõ esse infinitũ in actu: sed nihilominus si penitus infinitũ repellatur, alia videnti inconuenientia subsequi: tria vel maxime. Primũ. Daret initium, & finis temporis: quod apud Aristotelẽ, & eos omnes qui ponebãt mundũ perpetuũ, erat impossibile. Secũdum. In diuisione magnitudinis daretur terminus: qõ tamẽ est impossibile: nã quantũ nõ põt diuidi, nisi in partes quãtas: & quę cunq; pars minima, dũmodo sit quãta, erit etiam tunc diuisibilis. Tertiũ q; in numeris esset terminus: cũ tñ numeranti nullus sit terminus, sed cui cũq; numero possit fieri additio. Quo circa arbitrario inquit, iudice opus est, vt. s. aliquo nõ ponat infinitũ & aliquo nõ neget. Et hęc est cõclusio princeps huius materię. Est quidẽ infinitũ nõ in actu, sed tãtum in potẽtia. Duobus. n. inquit modis fit infinitũ. s. & appositione, & diuisione: appositione quidẽ nõ est infinitũ in actu. i. nõ est dabilis magnitudo: q̃ habeat infinitas partes equales nõ cõicantes: ablatione vero & diuisione datur infinitum in potẽtia. i. cõtinuũ est diuisibile in semp diuisibilia. Ut vero q; aliqui ex antiquis, vt libr. i. text. 30. visum est: dicebant diuisionẽ nõ abire in infinitũ: sed dicebant dum linea diuidit scõm longitudinẽ deueniendũ esse ad linulas, quę, ppter suã paruitatem essent indiuisibiles. Quã opinionẽ ferunt fuisse Xenocratis, ait facile esse illa indiuisibilia tollere. i. per se est manifestũ ex ipsamet diffinitione lineę q; nulla possit esse simpliciter indiuisibilis. Est enim linea longitudo sine latitudine & profunditate. Sed hęc opinio. 6. huius ex pfesso reprobatur.

Conclusio.

Textus. lvij.

Non oportet autem quod potentia est, accipere quemadmodum si potest hoc, statua esse, q; & erit hoc statua: sic & infinitũ aliquod, quod erit actu. Sed quoniã multipliciter dicitur esse: quẽ admodum dies est, & certamen, ex eo quia semper aliud & aliud fit, sic & infinitum. Etenim in hoc est & potentia & actu esse. Olympia enim sunt: ex eo quia põt certamen fieri, & ex eo quia fit. ¶Aliter autem: & in tempore manifestum est ipsum infinitum, & in hominibus, & in diuisione magnitudinũ. Omnino emẽ sic est infinitũ, vt semper aliud atque aliud accipiatur, & acceptum quidem, semper finitum sit, sed semper alterum atq; alterum.

¶Attamẽ q: esse in potẽtia dupliciter accipitur, explicat in hoc tex. 57. qũo infinitũ sit in potẽtia. Ad cuius euidẽtiam subnectit tres distinctiones. Prima. Aliquid est in potentia dupliciter. Uno modo, q: põt totũ reduci ad actũ: quẽadmodũ ęs est in potẽtia statua, & semẽ est in potẽtia animal: quę quidẽ potẽtię reducunt complete ad actum. Et isto modo nõ est possibile infinitũ in potẽtia, vt possibile sit aliquãdo esse infinitũ in actu. Alio mõ dicit aliquid esse in potentia, qõ successiue põt reduci ad actũ, qui nunquã cõplete habet. Quẽadmodũ cõtinuum põt diuidi in duas medietates, et in quatuor quartas: & ita sine termino. Atqui distinctio hęc, ortũ habet ex simili distinctione hui? qõ est, esse. Esse enim cõtingit dupliciter: vel q: totum est simul scõm oẽs partes vt homo, & dõmus, & reliqua permanẽtia: alio mõ q: est infieri & successione: q uẽadmodũ dies & operatiões successiuę, vt certamẽ Olympicũ. ¶Octingẽtis ferme annis ante aduẽtũ Christi instituti sunt ludi Ioui in pisa, & Helide prope montẽ Olympũ: quiquidẽ fiebant a quatuor in quatuor annos. Et inde cęperũt Gręci per Olympiadas cõputare. vt quatuor quicq; anni essent olympias vna. Et q: certamina illa & agones durabãt per aliquot dies, ponit exẽplum Aristo. de illis, tanquã de successiuis rebus. Cum ergo potẽtia sit ad esse, fit vt potẽtia ad esse rei permanentis sit potẽtia quę põt scõm se tota reduci ad actum: potẽtia vero ad res successiuas nõ reducit ad actũ qui totus sit simul, sed cuius semper sit aliud post aliud accipere. ¶Illic vero [Aliter autẽ &c.] subiungit. scõam differentiã. Designa. n. tres gradus eorũ quę successiue fiunt: in quibus potest inueniri ratio infiniti. Aliter emẽ (inquit) in tẽpore est infinitũ, & aliter in hominibus. i. in hominũ generatione: q̃ durat quãdiu durabit tẽpus. Homõ. n. accipit hic, homo, ea rõne, qua est ens permanẽs (in quo multi decipiunt) q: illo modo nõ põt esse infinitus: sed pro gñatione hominum perpetua, vt patet ex subsequẽtibus. Et tertio est infinitũ indiuisione magnitudinis. Conueniunt autẽ hęc tria, & differunt. Cõuenit (inquit) q: nullum istorũ est infinitũ in actu: sed in oibus est aliud post aliud accipere: ita vt semper idqõ est acceptũ, est finitũ: & qõ restat accipiendũ, est infinitum. Si enim accipias diuidere continuum, accipis duas partes diuisas, deinde quatuor, & ita consequẽter. ita q; pręteritum semper est finitum: sed infinitum procedit in futurũ semper in potẽtia, quę nunquam tota reducit ad actum. At vero videt q; in tẽpore & in hominum generatione scõm Aristo. id quod est pręteritum etiã sit infinitum: nam fuit mundus a parte ante infinit?, sicut erit a parte post. Respondet: mentẽ Aristo. esse q; si alicuius infiniti partes incipiantur numerari, semper illę quę sunt numeratę erũt finitę: tẽpus vero, & series gñationum non potuit incipi numerari ab initio, q: nullum habuit initium: sed si nunc incipias numerare dies vel futuros vel pręteritos & pariter homines tunc semp, numerati, sunt finiti, numerandi vero infiniti.

Amplius ipsum esse multipliciter dicitur. Quare infinitũ, nõ oportet accipere sicuti hoc aliquid, vt hominem aut domũ: sed vt dies dicitur & certamen, quia

Textus. lviij.

men, quibus esse, non vt substãtia quæ dam factum est, sed in generatiõe semper aut corruptione finitum, sed semper alterũ, atq; alterum. At in magnitudinibus quidem permanente accepto, hoc accidit. in hominibus autem, & tempore: corruptis, sic vt non deficiant.

¶Post cõuenientiam horũ trium successiuorum subdit in hoc tex. 58. eorũ differentiã. Resumit aũt prius cõclusionem superiorẽ: videlicet, q infinitũ in potentia nõ est sicut hoc aliquid. i. sicut substantia hęc singularis ꝛ permanẽs, quę tota põt ad sẽsum demõstrari, vt homo vel domus: at sicut dies ꝛ certamẽ, quę nõdum cõpletę facta sunt, sed sunt in fieri. Differt tamẽ inter tẽpus, ꝛ generationes, ꝛ diuisionẽ cõtinui: qz in tempore ꝛ generationibus ꝛ corruptionibus semper accipitur vnũ post aliud, priori tamẽ corrupto: fiunt eñ dies ꝛ generationes, vt vna transeunte, alia succedat: qz sunt entia successiua. In diuisione autem cõtinui partes sunt permanẽtes: nẽpe illę quę cõtinuę erãt, permanent diuisę. Et ita per diuisionem magnitudinis crescit multitudo.

Textus. lix.

Quod autem est secundum appositionem: idem quodammodo est, & qđ est secundum diuisionem. Nam in eo quod finitum est: secundum appositionem fit ediuerso. quatenus enim diuisum videtur in infinitum: eatenus appositum, videbitur adde terminatũ. In magnitudine enim finita, si accipiens quis determinatã assumat eadem ratione, non eandẽ aliquã totius magnitudinẽ ratione accipiens: non pertransibit finitam. sin verò sic augeat rationem, vt semper aliquam eandem accipiat magnitudinem: pertransibit. propterea q OMNE finitum assumitur quouis finito. Aliter igitur non est, sed sic, est infinitum. Potentia enim: & in diuisione. Et actu etiam est: sicuti diẽ esse dicimus, & certamẽ. Et potẽtia sic est: vt materia, & nõ per se, sicut finitũ.

Omne finitum per ablationẽ finiti consumitur

¶In tex. 59. subsequit tertia differẽtia: quę est inter infinitũ per diuisionẽ, ꝛ infinitũ per appositionem: quę ambo sunt in permanentibus. Quod est dicere, inter diuisionẽ cõtinui ꝛ augmẽtum numeri: quorum vtrũq; procedit in infinitũ. ¶Ponit tñ (vt in superiori) cõuenientiam, ꝛ deinde differentiam. Dit eñ q idem est infinitũ per appositionẽ ꝛ per diuisionẽ, cõuerso modo. Et eñ, vt modo dicebamus, per diuisionẽ cõtinui crescit numerus. [Quatenus autẽ (inquit) diuisum videt in infinitum, eatenus appositũ videbit, ꝛ determinatum] verbũ hoc est animaduertẽdum, vt tex. sequẽti ad notauimus. Ad cuius intellectũ notãdũ est dupliciter posse fieri finitę magnitudinis diuisionem. Uno modo seruãdo partiũ eãdẽ ꝓportionẽ. Quã hic appellat eãdẽ rationẽ, nõ tñ eandẽ quãtitatẽ, vt si pedale diuidat ꝓportione dupla. Scõo mõ seruãdo eandẽ quãtitatẽ, nõ aũt eandẽ ꝓportionẽ. Si autẽ diuidat primo modo, nunquã põt pertrãsiri magnitudo pedalis: sed abibit in infinitũ diuisio. Ut si prius diuidat in duas medietates: ꝛ medietas rursus in duas: deinde quarta in duas: et ita in infinitũ. Si vero diuidat scõo modo per partes ęquales, quãtacunq; sit illa magnitudo finita, tandẽ pertransibit. vt si sit decupedalis ꝛ in qualibet diuisione demat̃ pedale, decem diuisionibus pertrãsibit: qz omne finitũ per ablationẽ finiti tãdem cõsumit. Et nota q in priori diuisione, seruata eadẽ ꝓportione, minuit semp quantitas partium: qz semper accipiunt minores ꝛ minores: in scõa vero, seruata eadẽ quãtitate, proportio quidẽ totius ad partẽ q̃ demitur, minuit: nã semp demitur pars in minori ꝓportione: decupedalis. u. ad pedale est proportio decupla: sed nouẽpedalis ad quãtitatis ad pedalẽ est nonocupla: q̃ est minor ꝓportio: ꝛ octo ad vnũ adhuc minor. Nihilominus proportio totius ad residuũ semp augetur: nã decem ad nouẽ est proportio sexquinona: ꝛ nouem ad octo, sexquioctaua, quę est maior proportio: ꝛ ita cõsequẽter demẽdo semper pedale. Et hoc est qđ ait [sic augeat rationẽ.] Cõcludit ergo Aristo. q infinitũ datur solũ in potentia, seruata tñ diuisione in eadẽ proportione: nõ autẽ aliter. i. seruata eadem quãtitate partiũ. Unde quodãmodo põt dici infinitũ in actu: nõ scõm se totũ, sed sicut dicit esse in actu, id qđ est infieri: sicuti dies ꝛ ann⁹. Est aũt in potẽtia infinitũ per similitudinẽ ad materiã. Ut enim potentia materię non potest tota satiari, qz est indifferens ad quacunq; formã, ita neq; diuisio continui potest terminari: quando procedit eadem proportione.

Et secundũ appositionẽ igitur sic in finitũ potẽtia est: qđ idẽ dicimus quodãmõ esse, cũ eo qđ est scđm diuisionẽ. Semp eñ aliquid ipsius, extra est accipere: nõ tñ excedit oẽm determinatã magnitudinẽ. vt in diuisione, excedit oẽm determinatã & erit minor. Vt aũt oẽm excedat scđm appositionẽ neq; potẽtia possibile est esse: siqdẽ nõ sit scđm accidens actu infinitũ. vt dicũt qui de natura differũt, id corpus, quod extra mundũ est, cuius substantia, aër est, aut aliud quid tale: ĩfinitum. Sed si nõ possibile est esse infinitũ actu corpus sensibile sic: manifestũ est, q nec potẽtia vtiq; erit scđm appositionem, nisi (vt dictum est) contrario diuisioni modo.

Textus. lx.

¶In tex. 60. subiungit differẽtiam inter infinitũ p diuisionẽ, ꝛ p appositionẽ. Dit nãq; infinitũ per

appositio

appositionē eodem modo esse,nō in actu,sed in potētia:nā similiter apponūtur numero partes minores ꝛ minores,vt diuidūtur a quātitate. Unde sicut quacunqꝫ parte diuisa a magnitudine, ad huc pōt alia minor diuidi in eadē ꝓportione, ita quacūqꝫ addita alicui magnitudini,pōt addi alia minor in eadē proportione. Est tñ differētia ꝙ via diuisionis excedit minus quęcūqꝫ quātitas: viā asit appositionis nō pōt in maius excedi quęcūqꝫ. Sit em̄ pedale qō debet diminui per diuisionē proportione.v.g.dupla:tūc quacūqꝫ quātitate quantuncūqꝫ minima signata dabit minor in tali diuisiōe. vt notū est. Si tñ per diuisionē vnius quātitatis: debet alia crescere,tale augmētum nō excedet ꝙcūqꝫ quātitatē:immo dabit quātitas minima ad quā nō perueniet.sed ad quālibet citra illā. Exempli gratia. Dentur duo pedalia.a.ꝛ.b. vt per diuisionē.a.debeat crescere.b.tūc bipedale erit minima quātitas ad quā.b.nō perueniet. Mā in prima diuisione auferꝛ medietas.a.ꝛ additur.b.ꝛ in scōa auferꝛ vna quarta,ꝛ additur.b.ꝛ ita cōsequēter ꝓportione subdupla. Nunquā ergo.b.perueniet ad bipedalē quātitatem,sed ad quālibet citra illā. Et idem oīno cōtingit in quauis quātitate sumātur illa duo:vt si quodlibet sit cētum,aut mille pedū, quātitas ambozū simul erit minima ad quā nunqꝫ peruenit augmētum,si per vnius diuisionē augeatur alterū. ¶ Infert igitur ℙh.ꝙ si nūquā per appositionē pōt dari infinitū in actu,sit vt neqꝫ hoc modo possit dari infinitū in potētia.puta ꝙ secundum se totū reducat ad actum:quēadmodū es,qō prius est in potētia statua,postea est ī actu statua. Unde falsum est qō naturales illi philosophi dicebant:qui ponebāt infinitū modo naturali.s.de per accidēs ratione quātitatis in substātia sensibili. dicentes ꝙ extra celū(nam intra capi nō poterat) erat infinitus aer,aut alia quęuis substātia. ℙbabat aūt cōsequentiam.s.ꝙ si nō sit ens infinitū in actu nō poterit dari infinitū per appositionē: nā infinitum per appositionem fieri nō potest:nisi addendo semper partes equales. At vero partes equales diuidi non possunt: nisi ab eo, quod est infinitum in actu.

Textus. lxj. Quoniam & Plato ob hoc duo infinita fecit:ꝙ & in auctione videtur excedere, atq; in infinitum abire etiam in diuisione. Cùm tamen fecerit duo: nō vtitur. neque enim numeris: secundum diuisionem, infinitū exist(vnitas enim minimum est)neq; in auctione. vsque enim ad denarium facit numerum.

¶ At qꝛ posset quis dicere,ꝙ quāquā nō detur infinitū in actu scōm naturaliter loquētes.i.in rebus sensibilibus deper accidens ratione quātitatis,nihilominus scōm ℙlatonē posset dari infinitū, ait in hoc tex.61.ꝛ postremo huius capitis,ꝙ ℙlato quāquā vtebat noīe infiniti,nō tamē vtebatur re infinita tanquā principio materiali. Ubi notandū ꝙ ℙlato,licet differebat ab alijs in principio formali,qō ponebat ideā cuiuscūqꝫ speciei infinitam quodāmodo in virtute:vt pote cuius participatione fieri possent infinita individua,tamē in principio materiali quodāmodo cōueniebat cū ℙythagoricis:appellās illud,numerū:seu magnum ꝛ paruū:qꝛ em̄ generationes ꝛ corruptiones variātur per potētiā materię, generatio vero fit per augmētum ꝛ quasi per appositionē,corruptio vero per diminutionē,ꝛ quodāmodo per diuisionē, principia materialia appellabat metaphorice (vt ait Themis.) magnū ꝛ paruū. Et qꝛ potentia materię de se est indeterminata ad infinitas formas, ꝛ quācūqꝫ quātitatem, vtrumqꝫ hoc principium appellabat,infinitū. vt supra tex.26.dixit Aristo. in quo differebat a ℙythagora,qui ponebat vnū principiū infinitū:qō appellabat par:ꝛ aliud finitum:qō appellabat impar. ℙlato igitur posset ab aliquo censeri ponere infinitū in actu,tam per diuisionē. Ait vero Aristo. ꝙ solū ponebat infinitū in potētia ex parte materię:nā in actu non ponebat,infinitū.s.in specie qm̄ principia rerū etiā appellabat numeros:sicut ℙythagoras:ꝛ tñ in numeris per diuisionē venitur ad vnitatē, quę in ratiōe quātitatis discrete est indiuisibilis:ꝛ per appositionē tātum ponebat.10. vnitates differētes specie:nam super numerū denariū nō fit augmentum,quasi per additionē nouarū specierū: sed per repetitionē precedētium vnitatum. ¶ Subsequitur illico caput septimum.

QVID NAM SIT INFINITVM. CAPVT. VII.

Textus. lxij. ACcidit autē, cōtra esse infinitum: quàm vt dicunt. Nō em̄ cuius est nihil extra, sed cuius semper aliquid extra est:hoc infinitum est. Signum autem est.nam anulos infinitos dicunt,nō habētes palam: quoniam semper aliquid extra est accipere,secūdum similitudinem quidem quādam dicentes,non tamen proprie. oportet enim, & hoc esse: & nunquā idem accipi. in circulo autem non fit sic.sed semper quod est cōsequenter:solum alterum.

¶ Habito in superiori capite quonāmodo sit infinitum,nēpe nō in actu,sed in potētia:in hoc septio, qō nouē textus amplectit,colligit verā diffinitionem infiniti. Ait ergo in hoc tex.62.ꝙ infinitum cōtrario modo diffiniri debet, quā quidā suorum predecessorū diffiniebāt. Quippe qui diffinitionē assignabāt negatiue:dicētes infinitū esse id extra qō nihil est assumere:secūdum quā diffinitionem vniuersus mūdus esset infinitus. Potius ergo cōstruenda est diffinitio affirmatiue,vt infinitū sit illud cuius secūdum quātitatem accipientibus partes,semper extra quālibet partē aliam sit accipere. Quod explicat exemplo anuli. Is nāqꝫ dicit infinitus,nō in re,sed per similitudinē. Fertur enim anulus esse infinitus,propterea qꝛ ratione figurę nō est signabilis pars vltima secūdum longitudinem ligneę,sed quacūqꝫ data,extra illam sequitur alia cōtinua. Ex eo ramē deficit a ratione perfecti infiniti,qꝛ pars quę sumit proxima precedēti, nō est semper alia ab oibus prius sumptis:nam si atramento signes vnum punctum in anulo,vnde incipias,cū iterū venias ad idē punctū necesse est, si pcedas,resumere partes prius sumptas.

Infinitum igitur .i. cuius secundum quãtitatem accipientibus, semper aliquid accipere extra est. Cuius autẽ nihil est extra: id est perfectum & totum sic enim diffinimus totum: cuius nihil abest. vt hominem totum, aut arculã, vt autem diffinimus singulare: sic & quod propriæ est, vt totum, cuius nihil est extra. cuius autẽ absentia est extra: nõ omne est, quicquid abest.

Textus. lxiij.

Infiniti diffinitio.

¶Ex hoc ergo exemplo colligit tex. 63. exactã diffinitionẽ infiniti: dicẽs. Infinitũ esse id cuius scõm quãtitatẽ accipientibus semper datur aliquid accipere extra. i. quotcunq; & quantiscunq; partibus secundũ quantitatẽ enumeratis, adhuc datur alia pars, nõ solum præter illam cui proxime annumeratur, sed præter omnes enumeratas. Diffinitio hæc generaliter cõpetit infinito tam in actu, quã in potẽtia, magnitudine, & multitudine. ¶Illa vero (inquit) diffinitio ꝓpter negationẽ quã illi assignant infinito, potius cõpetit toto. Totum enim est cuius nihil deest: eorum. s. quę ad eius nãturã & perfectionẽ pertinẽt. vt totus homo tota domꝰ. Et quemadmodũ diffinimus totum singulare. s. hoc aut illud quod est pars vniuersi, proportionali ratione diffinimus totũ vniuersum. Est cñ vniuersum ille rerũ ordo extra quẽ nihil est: vel cui nihil deest ad completã rationẽ. Cuius autẽ absentia est extra, id est, cuius aliqua pars deest, nõ est totum. vt domus sine tecto non esset domus: & homo sine manu, quãuis esset simpliciter homo, non esset tamen perfectus homo.

Totum autem & perfectum, aut idẽ penitus, aut proxima natura sunt. Perfectũ autem nihil non habens finem.

Textus. lxiiij.

Finis autẽ: terminus est. Quapropter melius existimandum est, Parmenidẽ Melisso dixisse. Hic enim infinitum totum dicit. Ille autẽ totum terminatum esse, ex æquo à medio distans. NON enim linum lino est continuare, vniuerso ac toti infinitum.

Prouerb.

¶In tex. 64. ex dictis diffinitionibus elidit opinionem ponẽtium infinitũ: dicens, ꝙ infinitũ si esset, nõ esset totũ: & per cõsequens neq; ens. Quod ostendit hoc syllogismo. Totũ, & perfectũ, aut sunt penitus idem, aut simillima & proxima ex natura sua: sed infinitũ nõ esset perfectũ: ergo nõ esset totum: totũ vero, & ens idem sunt: ergo esset nõ ens. Ait in maiori ꝙ, aut sunt idem, aut proxima, vel (quemadmodũ exponit S. Tho.) qz perfectũ superius est quã totum: angelus enim est perfectus in sua natura & specie. Et tñ proprie nõ est totũ: qz totũ dicit per respectũ ad partes: quas angelus nõ habet. Vel (quẽadmodũ ait Themis.) licet idẽ corpus sit totũ & perfectũ, dicitur tamẽ totum respectu partium. i. cui nulla eius pars deest: perfectum autẽ respectu finis: vt illud sit perfectũ, qõ peruenit ad finẽ & cõpletam perfectionẽ. Quare puer diceret totus homo: nõ tamẽ perfectus homo. Et hinc patet probatio minoris. Infinitũ enim qz nõ haberet finẽ, non esset perfectũ: & per consequens nõ esset totum: nam perfectũ secundũ vtrã ꝙ expositionẽ superius est quã totum. ¶Infert hinc corollariũ ꝙ melius existimãdum est dixisse Parmenidẽ quã Melissum. Enimuero vt lib. 1. supra tex. 25. adnotauimus, licet Parmenides & Melissus hoc conuenirent, ꝙ ponerẽt omnia esse vnũ: differebant tamẽ ꝙ Melissus ponebat illud esse infinitũ. Parmenides vero aiebat vniuersum esse finitũ & circulare: cui assignabat mediũ, vnde superficies vltima equidistaret: quẽadmodũ pericheria circuli eque vndiq; distat a centro. Et propterea dicebat esse immobile, ꝙ partes quasi in equilibrio se inuicẽ sustinerẽt. Melissus vero dicens vniuersum esse quidem totũ, & esse quoq; infinitum, pugnantia dicebat. Si enim erat infinitũ, nõ habebat finẽ & per cõsequens, nec erat perfectũ: nec totũ. ¶Erat aũt prouerbium apud Græcos, linum lino nectere, qõ (quicquid Eras. dicat) ex hoc loco manifeste colligitur in eos cõuenire qui cohærẽtia & cõueniẽtia dicunt, neq; suis verbis repugnant. Ait enim ꝙ dicere vniuersum esse totũ, & esse infinitũ, nõ est linũ lino cõtinuare. i. consona dicere: sed potius repugnantia. Ratio adagij erat, qz linũ optime continuatur cũ lino. aut cũ ex eo filum ducit, aut cum modo cõnectitur, aut forte cũ texitur.

Quoniam hinc quidẽ hanc de infinito dignitatem accipiunt: omnia. s. cõtinere, & totũ ipsum in seipso habere. propterea ꝙ habet quandam similitudinem cũ toto. Est enim infinitũ: perfectionis magnitudinis materia, & potentia totum, actu vero nõ. Diuisibile autẽ est: & ad diuisionem, & ad oppositam appositionem. Totum autem & finitum: non secundum se, sed secundũ aliud, & non continet, sed continetur quatenus infinitum est.

Textus. lxv.

¶In textu. 65. prodit Aristo. apertius antiquorũ errorem. Textus est apud interpretes suboscurꝰ: videt tñ eius expositio ita habere. Nempe ꝙ cũ diffinirent infinitum negatiue: dicentes, infinitũ esse cuius extra nihil est accipere (quę quidẽ diffinitio potius toti quã infinito conuenit) proprietates eas & conditiones quę cõueniunt toti & vniuerso, attribuebant infinito. Applicabant enim infinito illam dignitatem quę est omnia continere, & totum ipsum, id est vniuersum in seipso habere & complecti: propter similitudinem (inquit) quam infinitum habet cum toto, cui illę conueniunt proprietates. Nam sicuti totum complectitur in se omnes suas partes, ita infinitum habet suas. Horum autem opinionem refellit Aristoteles tali ratione. Id quod se habet vt totum solum in potentia & non in actu, non continet alia, sed potius continetur: infinitum est totum non in actu: sed in potentia: ergo non continet, sed potius continetur. Maior patet ratione, quia continere dicit actum, et contineri dicit potentiam: & præterea liquet exemplo: totum enim quia est ens actu per se subsistens continet partes: quę sunt entia in potentia eo ꝙ non per se

per se subsistunt. Et eadem ratione, qz materia est ens in potentia ad formam, forma continet materiam actuando illam. Minorem vero probat hoc modo per similitudinē ad materiam, quę est ens in potentia ad formam. Ratio infiniti consistit in hoc, vt ex supradictis patet, ꝙ diuisio vnius quanti z appositio ad aliud quantum non habeat terminum: sed semper quacunqꝫ diuisione vniusz appositione ad aliud facta, possit noua fieri. Et per cōsequens ratio infiniti est sicut infinita potētia materię: quę cōsistit in hoc, ꝙ quacunqꝫ forma in formetur, semper est in potētia ad aliam. Obidqꝫ ratio infiniti non cōsistit in hoc qō est actu transactum, sed in illo qō restat futurū faciendum. Et ideo potius est ratio potētię ad futurū, ꝙ actus. Et hoc est qō ait infinitū esse materiā perfectionis magnitudinis, id est infinitū est in potētia ad perfectam z absolutam diuisionem. sicut materia est in potentia ad formam. i. sicut ratio infinitę potentię materię cōsistit in hoc qō nunquā finiatur per aliquā formā, ita ratio infiniti cōsistit in hoc, qō nunquam perficiatur diuisio magnitudinis: z per cōsequens infinitū dicit quid imperfectū. Fit ergo vt ratio infiniti sit ratio totius, non in actu, sed in potentia: z per cōsequens infinito non conuenit cōtinere, sed cōtineri. ¶Concludit ergo ꝙ infinitū inquantū infinitū nō terminat, nec continet: sed alia est ratio infiniti z alia cōtinentis z totius. Est enim aliquid infinitum propterea ꝙ aliquid est in infinitū diuisibile z per diuisionē vnitū nō secūdum se. i. quatenus infinitum, sed secūdum aliud. i. secūdum qō vnitur per vnam formam. Exempli gratia. Vnum pedale est infinitum in potētia ea ratione qua est diuisibile in semper diuisibilia, z quę ad hoc diuidūtur, z apponunt alteri in infinitum procedēdo certa proportione, vt supradictum est: est tamē totū z finitum inquātum partes sunt vnitę per vnam formam qua totū est vnū suppositum. Ex his ergo concludit cōtra illos ꝙ infinitum quatenus infinitum potius cōtinetur: quā continet: quia illud pedale est infinitū quatenus habet partes infinitas, quę continentur in toto

Quocirca ignotū est: quatenus est infinitum; speciem enim nō habet materia. ¶Quare manifestum est: ꝙ magis in partis ratione infinitum sit, quā in totius. Pars enim materia totius est. Sicut æs ęneæ statuæ. ¶Quoniam si cōtinet insensibilibus: & in intelligibilibus ipsum magnum & paruum, oportebat continere intelligibilia. Inconueniens autem & impossibile est: ignotum & indeterminatum continere, et determinare.

Textus. lxvj.

Infinitum non est cognoscibile.

¶In text. 66. elicit ex dictis cozollaria tria. Primum ꝙ infinitū inquātum infinitū, est ignotū qō lib. 1. tex. 35. prius dixerat. Ratio est qz cum obiectum intellectus sit ens, nihil cognoscit nisi sub ratione entis: sicut nihil videt, nisi sub ratione colorati. Obidqꝫ nihil cognoscit ratione materię, q̄ est ens in potētia, sed ratione formę quę dat esse z speciē rei: nā neqꝫ chimerā ipsam cognoscere possumus, nisi fingēdo cōpositum ex partibus animalium aliquarū specierū. Cū ergo infinitū habeat rationē materię, vt explicatū est: qz in quātum infinitum, est in potētia q̄ nūquā terminat, sit vt in quātum infinitum non sit cognoscibile. Si em̄ lignū esset infinitū, cognosceret quidē per eius diffinitionē ratio ligni: nō tamē cognosceret quātū esset. ¶Secūdum cozollariū. Infinitū habet potius rationē partis, quā rationē totius. In quo cōtradicit illis qui eadē diffinitione diffinlebant infinitum, qua totum. Probat eadē ratione, quia infinitū inquātum infinitū habet rōnem potētię z materię: materia vero habet rationē partis, quę habet esse per formā. Et exēplo id pōt explicari, vt supra dicebamus: pedale nāqꝫ habet rationem infiniti propter diuisionē in partes, quę finiri nō potest. Vnde in tali diuisione, eū partes quę sunt actu perse separatę tanquā entia totalia subsistentes, sint finitę: partes autē diuidendę sint entia in potētia z nō totalia: sed partialia, sit. vt infinitum semper habeat rationē partis. Est reuera arguta ratio. ¶Tertiū cozollariū peculiariter infert aduersus Platonem. Plato enim ponebat infinitū ex parte materię, magnū z paruū, vt tex. 61. explicatum est: ex parte vero formę, puta ideę, ponebat infinitū in virtute. Ait ergo ꝙ male Plato ponebat infinitum ex parte materię, z simul dicebat infinitū omnia cōtinere: nā tūc illud infinitū materiale cōtineret suo modo etiā ideas, quę sunt entia intelligibilia: sicut idea etiam in genere causę formalis cōtineret ista materialia. Quod autē infinitū materiale cōtineat intelligibilia, est impossibile. Infinitum em̄ dicit quid indeterminatū, et ignotū: intelligibilia vero sunt de se determinatissima, quę nihil habent ad mixtū de potētia: z per cōsequens suapte natura notissima. Et est animaduertenda vis rationis huius: nam secūdum Aris. principiū materiale nullatenus cōtinet formā, qz solum est ens in potētia: Plato vero ponebat magnum z paruum infinitum in actu.

Infinitum vt pars.

Plato.

Textus lxvij.

Secundum rationē autē accidit, vt & quod & secūdum appositionē, non esse videatur infinitum sic, vt omnem excedat magnitudinem. In diuisione autem, esse. continetur enim, sicut materia, intus & infinitum. continet autem, species.

¶In tex. 67. cōstituta, expositaqꝫ diffinitione infiniti, prosequit inde colligere conditiones z ppries tates infiniti. Et sunt istę quę sequunt optimę sane cōsiderationes. Vtqui primo reddit rationem illius theorematis, qō tex. 59. protulerat: nēpe ꝙ infinitū secūdum appositionē nō excedit crescendo quancūqꝫ magnitudinē: infinitū aūt scdm diuisionē excedit decrescēdo quācūqꝫ paruitatē at eīt rationē huius esse, ꝙ infinitū in diuisione cōtinet intus tanꝙ materia: infinitū aūt per appositionē apponit exterius tanquā a forma. Vbi meminisse oportet ꝙ, vt lib. 2. super tex. 31. adnotauimus, totum respectu artū se habet vt forma, z partes respectu totius vt materia: eo ꝙ forma est q̄ dat esse, z partes existunt in toto. Cū ergo corpus quantū diuidit in suas partes, procedit a toto ad partes, nā terminus a quo diuisionis est totū, z terminus ad quē, partes separatę: ideoqꝫ processus est materialis;

rialis:atq; adeo partes q̄ diuidunt cōtinentur intus tanquā materia diuisionis. Et cū de rōne materię sit potentia interminabilis, quacunq; facta diuisione, restat pars diuisibilis: ꝛ per cōsequens nō dabitur minima pars, quin illa sit diuisibilis in toto: nā per se bene datur minima quę pōt per se subsistere, vel maxima q̄ non. vt lib. 1. q. 4. dictum est. Quādo vero infinitū crescit per appositionē, est cōtrarius processus a partibus cōponentibus ad totū cōpositum: qui quidē ꝓcessus habet similitudinē cū processu a materia ad formā. Unde sicuti forma extrinsecus aduenies cōstituēs materiā in certa specie, terminat ad maximā quantitatem illius speciei, ita cū vnum quātum auget per diuisionē alterius, nō exceditur in tali augmēto quęcunq; quātitas, sed terminabit ad quantitatē cōpositam ex quātitate quę prefuerat in illo qō augetur, ꝛ ex quātitate per cuius diuisionē auget. vt si pedale augetur per diuisionē alterius pedalis, terminabitur augmētum extrinsece ad bipedale. Itaq; nunquā veniet ad bipedalem quantitatem, sed ad quamlibet citra illam.

Textus. lxviij.

Differt inter magnitudinē & numerum.

Rationabiliter autē & hoc, in numero quidē esse versus minimum, terminum: versus autem plura, semper omnem excedere multitudinem. In magnitudinibus vero: ècontrario. Versus enim minus, omnē excedere magnitudinem: sed versus maius, non esse magnitudinem infinitū. Causa enim est: quoniam vnum, est indiuisibile, quodcunq; vnum sit. vt homo: vnus homo, & nō multi. Numerus autem est: vna, plura, & quāta quędam. Quare: necesse est stare ad indiuisibile. duo namq;, & tria: denominatiua sunt nomina. Similiter autem: & aliorum numerorū vnusquisq;. Versus autem plus, semp est intelligere. Infinitę em sunt bipartitiones magnitudinis. Quare, potentia quidem est actu autem nō est: sed semper excedit exceptum omnē determinatam multitudinem. At nō separabilis est, numerus hic bipartitionis, neq; manet infinitas, sed fit, sicut & tempus, & numerus temporis.

Conclusio.

¶ In tex. 68. manifestat quomodo in hac parte differat inter quātitatem cōtinuam ꝛ quātitatem discretam. Ubi hanc ponit cōclusionē. In numeris versus minimū datur terminus, nō tn̄ versus maximū: in magnitudinibus vero ecōtrario versus minimū nō datur terminus, datur tn̄ versus maximum. Cuius ratio (inquit) est: quoniā principiū numerorū est vnitas: quę quidē est indiuisibilis, vt habetur. 5. meta. tex. 12. Sed dicet quispiā forte cōtradictionē esse ꝙ indiuisione cōtinui nō detur minima pars: ꝛ tn̄ in numeris detur vnitas indiuisibilis: nā vnitas idē est, qō res vna: quęcūq; autem res vna quāta est diuisibilis. Respōdet aūt ꝙ licet nulla sit vnitas, q̄ in ratione quātitatis cōtinuę sit diuisibilis in partes, tamē in ratione quantitatis discrete ꝛ numeri vtimur vnitate tanq; ali quo indiuisibili vnde incipimus numerare: sicut puncto indiuisibili vtimur vt principio quātitatis cōtinue. Et notato exēplū Arist. Et em homo, licet quatenus corpus q̄tum sit diuisibilis, tn̄ in ratione hominis nō est diuisibilis in plures homines: qz perfectio hois cōsistit in indiuisibili. Ita ergo vnitas in ratione numeri est indiuisibilis.

[Cum aūt numer⁹ (inquit) sit vna plura quędā.] Boetius vertit, vno plura, sed neq; ita est grece, nec mens sic explicat Aristo. quippe qui intelligit ꝙ numerus est vnitates plures (accipit enim cōcretum, vna, ꝓ abstracto, vnitates) Unde duo (inquit) ꝛ tria sunt denoiatiua a duabus ꝛ tribus vnitatibus. Quocirca. 5. meta. tex. 19. ait ꝙ senarius nō est bis tria: sed semel sex. Nō em denoiat a ternario multiplicato: sicuti species humana nō est species equina duplicata. Et iō in numeri diuisiōe sistere necesse est in vnitate indiuisibili. At vero versus augmētū nō datur maximus numerus. Ratio est, qz numerus crescit ex diuisiōe cōtinui: vnde cū cōtinuum sit diuisibile in semper diuisibilia, numerus itidem augebit in infinitū. Occurrit aūt tacite obiectioni qua quis possit obijcere, ꝙ se quit inde dari infinitū: cui rādet ꝙ nō cōceditur numerus infinitus in actu, sed solū in potētia: sicuti nec cōtinuū pōt esse actu diuisibile in omnē suā partē: sed solū est diuisibile in infinitum potētia. Ubi notat ꝙ partes vnitę nō faciūt numerum quoaduscq; sunt ptes separatę. Negat ergo hic Aristo. infinitū numerū. i. infinitā multitudinē rerū actu separatū. Et hoc est qō ait ꝙ numerus hic bi partitionis nūquā actu est infinitus: sed fit infinitus sicut tēpus: qō quidē nūq; est actu infinitū: sed est infieri. Bipartitionē appellat diuisionē continui in duas medietates, ꝛ alterius medietatis in duas, ꝛ quartę partis in duas: ꝛ ita semper ꝓportione dupla: quę quidē diuisio ꝓcedit in infinitū.

In magnitudinibus autē: cōtrarium est: etem diuiditur in infinita cōtinuū. Versus autē maius, nō est infinitū, quātum em cōtingit potētia esse, & actu cōtingit tatum esse. Quare, cum infinita nulla sit magnitudo sensibilis, nō cōtingit excessum esse omnis determinatæ magnitudinis. esset enim aliquid cœlo maius.

Textus. lxix.

¶ In tex. 69. declarat cōtrariū in magnitudinib⁹ vsu venire. Cum em versus minimū per diuisionē nullus sit terminus, ait, ꝙ versus maximū augendo est terminus. Et rō est illa q̄ tā supra dicta est: quia cū aliquid augetur, est processus a partibus ad totum, totū autem physicum cuiusc ūq; speciei sit, determinat sibi certā quātitatem: ꝛ quamuis etiā determinet minimā, illud habet verū de quātitate per se subsistēte: sed in toto nulla est tā minima quę nō sit rursus diuisibilis. Ait ergo ꝙ cū nulla sit magnitudo actu infinita per cuius diuisionē ꝛ appositionē ad alterā possit fieri infinitū (qz nulla in rebus sensibilibus potest esse maior cęlo) sit vt neq; in potētia possit esse huiusmodi infinitū taliter vt sit reducibilis ad actum. Commē-

tator

tator assignat rationē cur numerus crescit in infinitū: magnitudo vero, minime. Ait enim rationem esse, q̄ augmētum numerorum fit per appositionem nouarū specierū: nam omnes numeri differunt specie: augmentū vero magnitudinis fit in eadem specie. vt augetur lignum in eadē specie: & homo in eadem specie. &c. & cū quelibet forma determinet certam quantitatē, fit vt cuiuslibet augmēti detur termin⁹. At vero ratio hęc, licet satisfaciat de augmento proprie dicto naturali animalium, nō tamen satisfacit de augmento improprie dicto, qō posset fieri per additionē quantitatis ad quātitatem: sicut aqua vel aer, vel ignis possit in infinitum crescere: quod quidem augmentū etiam fieret per additionem nouarum specierum in genere q̄titatis, sicut in numeris: puta per bicubitum tricubitum. &c. Et ideo ratio Aristo. nō procedit hoc modo, nisi q̄ cum augmentū fiat per appositionem partium, quę diuiduntur ab alio: & quantitas quę diuiditur non pōt esse actu infinita, fit vt neq̄ augmentum possit fieri in infinitū.

Infinitum autem nō est idem in motu, & magnitudine, & tempore: tanq̄ & vna quædam natura. sed posterius dicitur secundum prius, vt motus quidem: quia prius est magnitudo in qua mouetur, aut alteratur, aut augmentatur. tempus autem propter motum. Nunc igitur vtimur his: posterius autē tentabimus dicere & quid est vnumquodque, & propter quid omnis magnitudo sit ī magnitudines diuisibilis.

Textus. lxx.

¶ In tex. 70. & postremo huius capitis, q̄ posuerat plures species infinitorū in potentia, puta generationes, tempus, et magnitudines: ne aliquis crederet q̄ infinitū se habet ad illas species sicut genus vniuocum, dicens aliquam certam naturā infinitatis, ait, q̄ infinitum non dicitur eque primo de his tribus. Nomine motus intelligit generationes & alterationes quę perpetuę fiunt: quarum motus perpetuus cęlorum est causa: tempus enim (inquit) est infinitum ratione motus infiniti cęlorum: tempus nam q̄ est mensura motus. vt videbimus in. 4. motus autem est finitus vel infinitus ratione magnitudinis, quę mouetur: motus enim augmenti animalis est secundum naturam subiecti finitus vsq̄ ad terminum p̄finitū a forma naturali. Motus autem cęli est infinitus (secundum Aristo.) ratione subiecti quod est circulare & perpetuum, & ideo partes sunt in continua successione loci: magnitudo autem est infinita modo exposito in potentia diuisionis ex natura ipsius magnitudinis. Itaq̄ tempus est infinitum ratione motus: motus autem ratione magnitudinis: magnitudo vero per se ratione quantitatis. Est enim de intrinseca ratione quantitatis habere in se, & facere in substantia partem extra partē. Addit autem q̄ nunc vtimur his infinitis gratia exempli: sed postea in. 4. videbitur an tempus sit infinitū: & in. 5. vtrum magnitudo sit infinita: & per cōsequens motus.

QVO RESPONDETVR rationibus infiniti.

CAPVT. VIII.

NON remouet autē ratio mathematicos à contemplatione: auferēs sic esse infinitum vt actu sit versus augmentum, in transibile. neque enim nunc indigent infinito: neque vtuntur: sed solum esse quantācunque velint, finitam. Maxime autem magnitudini secūdum eandem est secari rationem: quantamcūque magnitudinem alteram. Quare ad demonstrādum quidem illo modo nihil differet. esse autem: in existentib⁹ erit magnitudinibus.

Textus. lxxj.

¶ In octauo & vltimo capite huius libri: qō quinq̄ tex. habet respondetur rationibus quibus veteres sibi persuadebant esse infinitum. Atqui primum omnium in hoc tex. 71. ait q̄ ratio hec supra dicta qua negatū est infinitū esse in actu non obstat cōtemplationi mathematicorū, mathematici namq̄ supponunt in suis demonstrationibus lineas quātęcūq̄ magnitudinis, nunc pedales, nūc centupedales: & in quacunq̄ alia libitum est quantitate, atq̄ adeo videntur infinitū asserere. Respōdet Aristo q̄ mathematici non vtuntur linea infinita: sed finita quacunq̄ opus est, & quātacūq̄ ipsi fingant, diuidere etiā ficte possūt: esse vero nequit maior, quā maxima linea quę in veritate est in sensibilibus qualis est diameter mūdi, puta linea recta transiens a conuexo primi cęli per centrum mundi: vsque ad idem cōuexū e regione. Quod si aliquando fingant maiorem procedentē extra mūdum: quia illi nō loquūtur de lineis vt sunt in materia sensibili: sed abstrahendo a materia, fingunt lineas quę non sunt, ac si essent. Et ideo ait q̄ quātum pertinet ad demonstrationes nihil refert lineas quas fingunt mathematici esse, vel non esse: sed quantum ad rem physicam multum refert, an sit aliquod corpus infinitum, nec ne.

Quoniam autem causæ diuisæ sunt quadrifariam: manifestum est, quòd vt materia infinitū causa est, & quòd esse quidem ipsius: priuatio est. per se autem subiectum: continuum ipsum & sensibile est. Videntur autem & omnes alij tanquam materia, vtentes infinito. Quocirca & inconueniens est: continens facere ipsum, & non cōtentum.

Textus. lxxij.

¶ In tex. 72. quia supra tex. 30. consenserat cū antiquis infinitum, si sit, quomodocunq̄ sit, habere rationem principij: & ipse posuerat quodammodo

infinitum, puta in potentia, cõcludit ꝙ inter quatuor genera causarum infinitum solum habet rationem causę materialis: vt expositum est. Ratio enim infiniti habetur ex diuisibilitate continui in partes quę se habent vt causę materiales. Et in hoc (inquit) etiam veteres consenserunt ponẽtes infinitum vt causam materialem. In hoc autem sibi repugnarunt dicentes infinitũ continere omnia: cum materię conditio potius sit contineri, ꝙ continere.

Reliquum est autem aggredi: secũ-
Textus. lxxiij. dum quas rationes infinitũ esse videtur, non solũ potentia, sed vt determinatum. Alia enim ipsorum, non necessaria sunt: alia autem, habent alias quasdam veras obiectiones. Neq; enim, vt generatio non deficiat: necessariũ est actu infinitum esse corpus sensibile. contingit enim, alterius corruptionẽ generationem alterius esse: cum omne finitum sit.

¶ In tex. 73. tandem adornat respondere rationibus antiquorum, quibus contendebant possibile esse infinitum in actu. Quarum alię quidem non sunt necessarię. i. nihil concludunt: alię vero habent quodammodo veritatem. Sunt autem rationes quinq; quę positę sunt tex. 31. Atqui prima, quę illic erat tertia: sumebatur ex perpetua serie generationis quę in infinitum ꝓcedit, si modo admittatur mundum esse perpetuum: vt erat in eorum opinione. Quapropter ponebant infinitum principium materiale extra cęlum: vnde per quędam formalia putabant materiam generationum deriuari: sicut mulier cum net ex pẽso deducit filum. Respondet veruntamen Aristo. propter necessitatem generationum non opus esse infinita materia in actu: nam cum generatio vnius sit corruptio alterius, eandem materiam vnde exit vna forma, intrat alia: ad quod proinde sufficit infinita potentia materię. Si vero id quod generatur esset perpetuum, non possent in infinitum durare generationes sine infinita materia. Unde cũ animę sint perpetuę, sumitur magnum argumentum, ꝙ si mundus fuerit ab eterno, sint infinitę. vt. q. 4. disputabimus.

Amplius tangere & finitum esse, al-
Textus. lxxiiij. terum est illud enim ad aliquid est, & alicuius (tangit enim omne aliquid) & finitorũ alicui accidit. Finitũ autẽ non ad aliquid est. Neq; tangere, cuiusuis quod vis est.

¶ Secunda ratio quę illic erat quarta, sumebatur ex serie & ordine partiũ vniuersi. Arguebant esse ꝙ si aqua est finita, necesse est terminari per aerẽ, & aerem per ignem: & ita ascendendo in infinitum multitudine: aut saltem deueniendo ad aliquod infinitum magnitudine quod non terminetur per aliud. Respondet autem tex. 74. non valere consequentiam, si aliquid est infinitum, illud tangit aliud per quod extrinsece terminatur: qz tangere dicit respectum, & relationem ad aliud quod tangitur: esse autem finitum nullam dicit relationẽ ad extrinsecum: sed solum ad terminum intrinsecum, & ideo accidit alicui finito ꝙ tangat aliud circunstans: vt aer tangit ignem, & ignis cęlum. Supremum autem cęlum potest esse finitum, absq; eo quod tangat aliud superius circunstans.

Intellectione autem credere incon-
Textus. lxxv. ueniens est: non enim in re: superabundãtia & defectus est, sed in intellectione. Vnumquemq; enim nostrum intelliget vtiq; aliquis multo maiorẽ seipso: augmentãs in infinitum. Sed non propter id, extra vrbem quispiam est, extrave tantillam magnitudinem quã habemus, quoniam intelligit aliquis: sed quoniam est. hoc autem accidit. Tempus autẽ, & motus infinita sunt, & intellectio: non permanente accepto. Magnitudo autem neq; diuisione, neq; intelligibili augmentatione est infinita. Sed de infinito quidẽ quo modo est, & quomodo nõ est, & quid est: dictum est.

¶ In tex. 75. & postremo respondet aliis rationibus vnde ad tertiam, quę illic erat quinta, videlicet, ꝙ si intellectus supra quẽlibet numerum potest intelligere alium, & supra quodlibet corpus ad huc aliud, consequi subinde vt ita sit in rebus, negat consequentiam: intellectus enim vt supra dicebamus: qz est immaterialis, intelligens res abstrahendo a materia, potest multo plura intellige re quã sint in rei veritate. ¶ Potest enim quis intelligere hominẽ maiorẽ toto cęlo: qui tamen naturalitee nõ est possibilis. ¶ Ad aliam rationem q̃ illic erat prima de tempore & motu respondet: ꝙ solum probatur motus & tẽpus esse infinitum in potentia: quę reducitur ad actum, non simul: sed successiue. Intellectus enim est qui apprehendit cõtinuitatem temporis & motus per ordinẽ prioris & posterioris: attamen in re nunquã erit tempus nec motus infinitum in actu: sed cum aduenit vna pars alia iam transacta est, & non permanent simul. ¶ Ad quintam rationẽ quę illic erat secunda de magnitudine iam responsum est, ꝙ magnitudo licet sit diuisibilis in potentia in infinitum, tamen nunquã potest esse vt actu sint factę omnes diuisiones. ¶ Sequuntur quęstiones tertia et quarta.

¶ Finis libri tertij.

Reuerendi patris, fratris Dominici Soto Segobiensis, Theologi, ordinis Prædicatorum, super quartum Physicorum Aristotelis Commentaria.

QVO DISPVTAtur an sit locus.

CAPVT I.

Textus.

SIMILITER autem necesse est naturalem & de loco, vt de infinito: cognoscere si est, an nõ, & quomodo est, & quid est. Etenim quæ sunt, omnes existimant alicubi esse, quod vero non est, nusquam esse. Vbi em est hircoceruus, aut sphinx? Atque motuum, communis maxime, maximeque proprius, secundũ locum est, quam vocamus lationem.

¶Quarti huius libri propositum est, cum in superiori de motu qui est actus mobilis, dictum sit, de vtriusque mẽsura dicere: nempe de loco, qui est mẽsura mobilis: inquo esse oportet quicquid mouetur & subinde de vacuo, quod ex antiquis nonnulli necessarium esse cẽsebãt, vt res aliqua mouetur: atq; adeo de tẽpore, quod est mensura motus. Quare cum liber iste a traductoribus in quatuordecim capita sit distinctus, & a commentatore per textus 133. distributus, in tria precipua membra secatur totus. Priora nãq; quinq; capitula vsq; ad textũ. 49. sunt de loco: quatuor vero consequentia vsque ad textũ. 86. de vacuo: ac demũ quinq; postrema de tempore. ¶Caput hoc primum (q̃ tredecim text⁹ habet) totũ expendit Phi. vt in more habet, proponendo, & disputando. Proponit ergo statim q̃ philosopho naturali incumbit, vt de infinito, ita de loco nosse an sit, quomodo sit, & quid sit. Jdq; probat quatuor rationibus. Prima. Ad philosophum naturalem pertinet tractare de entibus naturalibus: sed omnia entia quę sunt, sunt in loco: ergo ad ipsum pertinet tractare de loco, tanquam de mensura rei quę est in loco. Maior est nota: & minorem probat ex comuni concessione physicorum, asserentium quicquid est, esse in loco, propterea, quod id quod non est (vt hircoceruus & sphinx) nõ est in loco. ¶Sed oritur dubitatio duplex ex hac ratione. Prima, quia minor illa simpliciter est falsa: nõ em omne ens est in loco: vt patet de intelligentijs. Ait em Boetius lib. de ebdomadibus, cõmunem esse animi conceptionẽ apud sapientes incorporalia nõ esse in loco. Quod & Ari. hic text. 39. docebit nẽpe sola corpora esse in loco. s. proprie vt mensurentur, & circũscribantur loco. ¶Altera dubitatio est circa probationẽ eiusdem minoris. Non enim sequitur, nihil eorũ quę nõ sunt est in loco: ergo quicquid est est in loco: ar gui ꝯ em virtualiter ex opposito antecedẽtis ad oppositum cõsequentis. s. si hoc nõ est, nõ est in loco: ergo si est, est in loco. Respondetur q̃ Arist. nõ affirmat minorẽ illã ex propria sentẽtia: sed ex cõcessione antiquorũ: qui cũ non cognoscerent: nisi res sensibiles, existimabant quicquid est esse in loco. Quod probabãt ali rõne. Ea q̃ nõ sunt nõ sunt in loco: & rõ quare nõ sunt in loco est, qz nõ sunt: ergo ea quę sunt, propterea q̃ sunt, sunt in loco: nã si negatio est causa negationis affirmatio est causa affirmationis. Ari. vero qz nondũ examinauit quibus rebus conueniat proprie esse in loco, vtitur rõne ab alijs recepta. Tametsi in rei veritate sola entia naturalia. s. corpora materialia, de quibus proprie physicus tractat, sint in loco. Qua propter ad physicũ proprie pertinet tractare de loco: & non ad metaphysicũ: cuius contẽplatio extenditur ad ens, vt est cõmune omnibus rebus: tã illis quę sunt in loco, quam illis quę proprię nõ sunt in loco. ¶Secunda ratio est. Ad physicum proprie attinet tractare de motu locali, vtpote qui omniũ est cõmunissim⁹ & maxim⁹ proprius: sed mot⁹ localis (vt nomen ipsum designat) fieri nõ põt nisi in loco: ergo ad physicũ proprie pertinet tractare de loco. Quatuor dignitates attribuit hic Cõmentator motui locali respectu aliorum. Prima est q̃ est cõmunissimus: quia quibuscunque conuenit alia species motus, conuenit localis: & non econuerso: vt patet de cęlis. Secunda q̃ fere est eadẽ, q̃ motus localis conuenit vniuersaliter omnibus entibus naturalibus. s. cõpositis ex materia & forma: alij vero motus nõ conueniũt cęlo: immo nec augmentatio proprie cõuenit elementis & mixtis inanimatis. Et propterea dicit Aris. q̃ est maxime proprius rebus naturalibus. Tertia, q̃ mot⁹ localis est prior alijs: nã ad alterationem & generationẽ & augmẽtationẽ requiritur aplicatio agẽtis ad passum q̃ fit per motum localẽ. Quarta denicq;, q̃ est causa omnium aliorũ. cũ quia applicatio agentis est quodã modo causa aliorum motuũ: tum præsertim qz motus localis cęlorum est cã omnium inferiorum.

1. Ratio.

2. Ratio

Quatuor dig. motus localis.

Habet autem multas dubitationes quid nam sit locus non enim idem videtur speculantibus. ex omnibus quæ insunt. Amplius aũt neq; habem⁹ quic quã ab alijs, aut ante dubitatũ, aut prius traditum de ipso.

Textus.

¶Alie due rationes sunt in textu. 3. Tertia ergo est. Cognitio huius, quid est locus, habet dubitationes multas: nam speculantibus naturam loci, ex his quę accidunt loco, non eadem apparet natura et quiditas loci, vt in subsequentibus videbimus. Ex illa enim verbi gratia conditione lo-

ci,quod debet continere locatum,aliqui putarunt locum esse formam locati,alij esse corpus circunstan:locatum ꝛ ergo ad physicum pertinet huiusmodi ambiguitates diffinire. Respõdere videtur hac ratione tacite obiectioni,qua quis posset dicere,perse esse notum locum esse,ꝛ per consequens non pertinere ad physicum de illo disputare. ¶Quarta ratio est. Nihil ab antiquis habemus de loco traditum aut dubitatum:aut si quid dixerũt saltem id nec plane,nec copiose: ergo opere pretium est de loco hic pertractare.

Textus. iij.

Quod igitur locus sit,videtur manifestum esse,ex transpositionis vicissitudine. vbi namque nunc est aqua: huic egressa tanquam ex vase,iterum aer in est. Aliquando autem eundem locum hunc aliud aliquod corporum obtinet hoc autem ab ijs quæ insunt & transferuntur omnibus,alterum esse videtur in quo enim aer nunc est: aqua in hoc prius erat. Quare manifestum est quod locus & receptaculum,aliquid erat diuersum ab vtrisque:ad quod, & exquo transferebantur.

¶In textu.3.aggreditur disputare ad vtrãq; partem quæstionis primę.s.an locus sit. Atque ad partem affirmatiuam format tres rationes a posteriori nam illo modo experientia probantur principia physica,ꝛ locum esse,sicuti motum esse,est principium physicum. Et tendunt omnes rationes quo probent locum esse rem aliquam positiuam preter locata:ꝛ non penitus vacuum. vt ex antiquis quidam opinabantur. ¶Prima ratio sumitur ex successione rerum in eodem loco per motũ localem. Experimur .ii. q in eodem vase quo nunc est aqua egressa aqua,succedit aer ergo idem erat locus distinctus ꝛ ab aqua ꝛ ab aere:qui prius continebat aquam. ꝛ deinde continet aerem. Et est adnotanda ratio:nam sicuti argumentabatur lib.1.materiam esse,ex successione diuersarum formarum in eodẽ subiecto:quia.s.vbi nunc est forma stupe,succedit forma ignis,quod est indicium subesse illic materiam receptaculum vtriusque forme,simili mõ arguit nunc de loco. Quod si quis inficiari contendat.hanc rationem procedere ex experiẽtia: quia cum aer sit inuisibilis,non experimur invase aqua vacuo succedere aerem. Respondetur q̃ inclepsidra aqua plena habente infundo minuta foramina experimur,q̃ quamdiu occlusum fuerit orificium superius,aqua non cadit per solum,eo quod non potest intrare aer ad replendã clepsidram,ne detur vacuum: sed quam primum discoopertum fuerit orificium,intrante aere cadit aqua.

Textus. iiij.

Amplius autem lationes physicorum corporum & simpliciũ,vt ignis,& terræ & talium: non solum ostendunt quòd est aliquid locus,sed q̃ & habet quãdam potentiam,fertur enim vnũquodq; in suum locum non prohibitum:hoc quidem,sursum,illud vero deorsum, Hæc autem sunt loci partes & species:sursum, & deorsum & reliquę distantiarum sex.

¶Secunda ratio sumitur in textu.4.ex motu naturali grauium ꝛ leuium. Grauia suapte natura mouentur deorsum,ꝛ leuia sursum: ergo signum est locum deorsum esse aliquid positiuum: ꝛ pariter locum sursum,ꝛ non omnino vacuum. ¶Probatur consequentia,quia si res suapte natura mouetur ad aliquem locum.id non est,nisi vt melius se ineſſe conseruet:signum ergo est in illis locis vim esse conseruatiuam locati:quę non posset,si esset illic penitus vacuum. Adnotandum est hic tamen quod locus naturalis non habet vim atractiuam: ꝛ motiuam ingenere causę efficiẽtis,sicut magnes atrahit ferrum alterando ipsum: sed solum ingenere causę finalis,vt enim animal mouetur ad pastũ,ita graue naturali impetu mouetur deorsum. ¶Subiungit q̃ sursum ꝛ deorsum:sicut ꝛ reliquę differentię quatuor positionum sunt partes .i. species naturalis loci.

Sunt autem talia non solum ad nos: dextrum & sinistrum,atque sursum & deorsum:nobis enim nõ semper idem, sed secundum positionem vt conuertimur fiunt,idcirco idem crebro,dextrũ & sinistrum est,sursum & deorsum,& ante & retro. In natura autem determinatum est seorsum vnumquodque. non enim quodcunque contigit sursum, est,sed quo fertur ignis,& leue,similiter vero & deorsum,non quodcũque contigit:sed cohabentia grauitatẽ & terrea:tanquam non positione differentia solum,sed & potentia. Ostendunt autem,& mathematica. cũ enim non sint in loco,tamen secundum positionem ad nos habent dextra & sinistra(adeo vt solum intelligatur ipsorũ positio)non habentia natura horum vnumquodque.

Textus. v.

¶Posset quis forsan rationem factam eneruare dicens sursum ꝛ deorsum non esse naturalia loca habentia vim conseruatiuam locati: eo quod istę differentię sumuntur per respectum ad hominem ꝛ non ex natura rei. Cui dubitationi succurrit ¶Phi.in tex.5.dicẽs,huiusmodi differentias non solum sumi in naturalibus respectu hominis,sed esse ex natura rei. Ad cuius intelligentiam notandũ est,quod istę differentię loci sunt differentię corporum:corpus autem accipitur dupliciter.s.mathematicę ꝛ physicę. Corpus mathematicum solũ dicit corpus quantum,vt abstrahit a materia ꝛ motu. non considerando sit ne graue an leue. Quocirca huiusmodi corpora non habẽt ex natura sursum deorsum

& deorsum: sed idem omnino corpus modo est sursum (quando est supra caput nostrū) modo destrorsum modo sinistrorsum (sicut nos mouemur. Vt cū ego deambulo, parietem quem modo habeo dextrum, postea habeo sinistrum. Et hoc est quod ait Arist. [nobis.n. non semper idem: sed secūdum positionem vt conuertimur]. i. secundum dispositionem nostrā. Exquo sequitur ꝙ si nullum esset animal in mundo, in animata nō essent hoc modo sursum & deorsum, nec in alijs differentijs positionis, Corpus vero phy sicum, quia natura sua graue est aut leue, habet ex natura sursum, & deorsum. Et hoc est quod ait (non quodcunque contigit). i. sursum & deorsum non est locus vt accidit se habere respectu hominis sed quo mouentur leuia, est locus sursum: & quo grauia deorsum. Subiungit exēplum in mathematicis. vt si triangulum in pariete depingas, vnus angelus dicitur sursum, & alius deorsum vel destrorsum, vel sinistrorsum solum respectu hominis: quia natura trianguli non vendicat sibi potius locum sursum quam deorsum. Si autem triangulus esset ferreus, inquantum graue appeteret locum deorsum: & si esset igneus, appeteret locum sursum.

Textus. vj. Amplius vacuum affirmantes esse, locum esse dicunt. Vacuum enim locus erit vtiq; priuatus corpore. Quod igitur aliquid sit locus præter corpora et quod omne corpus sensibile in loco: per hæc aliquis existimabit. Videbitur autem vtique & Hesiodus recte dicere, faciēs primum chaos, dicit igitur. Omnium quidem primum chaos factum est: sed postea terra lata. quasi oporteret primum fuisse receptaculum ijs quæ sunt: propterea quod putabat quemadmodū multi: esse oīa alicubi, atq; in loco.

¶ In textu. 6. subsequitur tertia ratio, sumpta ex autoritate eorum qui astruebant esse vacuum, vacuum enim est, locus aptus repleri, priuatus tamen corpore: ergo ex ipsa diffinitione vacui consequitur locum esse rem aliquam præter corpus quo locus caret, & quo posset repleri. Inducit in testimonium Hesiodum poetarum antiquissimum. Is n. explicabat generalem productionem orbis hoc modo, ꝙ primum factum est chaos, & rerum omnium confusio: mox latissima terra, tanquam receptaculum rerum disgregandarū ex illo chao: quasi prius necesse esset vas & receptaculum fieri, quā repleretur corporibus. Et mouebatur ex eo quia supponebat cum philosophis alijs, necessarium esse locum quo res reciperentur. Licet in hoc falleretur oportuisse prius fuisse vacuū, quā plenū.

Textus. vij. Si autem tale est, mirabilis quædam erit loci potentia, & prior omnibus. Sine quo namque nullum aliorum est, illud autem sine alijs, necesse est primū esse. non enim perit locus, ijs quæ in eo sunt, corruptis.

¶ Colligit ergo in tex. 7. ex veterum etiam confessione: ꝙ nō solū locus est aliquid positiuum, sed ꝙ habet quandam mirabilem virtutem, & ꝙ locus inquantum locus est prior locato, inquantū locatur Nam id quod sine alijs esse potest, & alia nequeunt sine illo esse, prius est illis, habetque respectu eorū virtutem aliquam: sed locus ita se habet respectu locatorum (non.n. pereuntibus locatis, perit locus) ergo locus est prior locatis.

Textus. viij. At verò dubitationem habet: si est, quid est. vtrum moles aliqua corporis aut quædam altera natura? quærēdum enim est genus ipsius primum. Distantias igitur habet tres, longitudinem, & latitudinem atque profunditatem: quibus determinatur corpus omne. Impossibile autem est corpus locum esse. in eodē enim essent vtique duo corpora.

¶ In tex. 8. argumentatur ad partem negatiuā nō esse locum, rationibus sex. Quę quamquam directe procedāt aduersus quęstionem an sit locus, pertinent nihilominus quid sit, & potissimū inuestigāt genus diffinitionis loci: sit ne corpus, an superficies: an vero materia vel forma. Hec tamen sunt rationes necessario concludentes: sed apparentes quales fieri possunt contra veritatē. Ad quas prout inde infra tex. 47. rñdebitur. Prima rō. Est igitur prima. Si locus est, ille est corpus, sed locus non est corpus: ergo locus non est. Maior licet nō expetimatur in textu, probatur tñ. Corpus est qđ habet trinam dimensionē. s. longitudinē, latitudinem, & profunditatem: ergo & locus corporis necesse est easdem habeat dimensiones, vt totū locatū circūscribat (loco .n. meus tam longus latus & profundus est, ꝙ ego) & per consequens apparenter sequitur, ꝙ locus itidem sit corpus. Minorē vero. s. ꝙ locus non sit corpus probat: qz cum locus & locatū debeant esse æqualia, sequeretur ꝙ duo corpora essent simul. i. quodammō in eodē loco: nā verus locus, cum adequate contineat locatum, nō debet occupare maiorem locū quam locatū: vt patet de superficie cōcaua amphorę & de conuexa aquę, quę se habēt vt locus & locatum: & a mathematicis censentur esse fimul. Corpus vero amphorę idcirco non est locus adequatus aquę, ꝙ occupat maiorem locum, & per consequens amphora & aqua non sunt simul. Et hoc est quod ait, ꝙ si vnum corpus esset locus alterius: ambo deberēt esse simul, ad hunc sensum, ꝙ locus vnius non excederet locum alterius, qz est impossibile, nisi duo corpora se penetrarent.

Textus. ix. Amplius, si est corporis locus ac receptaculū: manifestū est ꝙ & superficiei & reliquorū terminorū. eadem enim conueniet ratio. vbi nāq; erant prius, aquę plana erunt rursum quę sunt aeris. At vero differentiam nullā habemus puncti, & loci puncti. Quare si neque ab hoc est locus diuersus: neq; ab aliorum vllo. neque est quicquā præter vnumquodque horum locus.

¶In textu.9.ſequitur ratio ſecunda. Si aliquis eſſet locus corporis,eadem ratione deberet etiam eſſe locus ſuperficiei,& locus lineę, & locus puncti, ſed nullus eſt locus pſicti:ergo nec eſt locus lineę nec ſuperficiei,nec ſubinde corporis.Maior proba tur:nam ratio qua ſupra oſtendebatur locum eſſe, erat,quia in eodem loco ſuccedunt continuo diuerſa corpora,vt in loco quo nunc eſt aqua,ſtatim ſit vinum vel aer:ſed eadem eſt ratio de ſuperficie & de alijs ſpeciebus quantitatis:nam vbi nunc eſt ſuperficies conuexa aquę,& lineę & puncta eiuſdem ſuperficiei.ſuccedunt illico ſuperficies linea,& pũcta aeris.Minor vero.ſ.q puncti non ſit locus,eſt eadem ratione manifeſta:nempe quia locus debet eſſe ęqualis locato:punctum vero cum ſit indiuiſibile,neque ęquale eſt,neque inequale.

Textus. x. Quid enim tandem & nos ponemus eſſe locum? neque enim elementum, neque ex elementis,aut corporeis,aut incorporeis,eſſe poteſt, talem habens naturam. magnitudinem enim habet, corpus autem nullum. Sunt autem ſenſibilium corporum elementa, corpora,ex intelligibilibus autem elemẽtis,nulla fit magnitudo,

¶Ratio tertia in textu.10.eſt huiuſmodi. Si locus eſt,quęritur quid tandem eſt:aut.n.eſt elemẽtum,aut ex elementis cõpoſitum, corporeum vel incorporeum,nullum iſtorum ergo.Ad intelligentiam maioris notandum eſt,q antiqui non cognoſcentes,niſi ſenſibilia,omnia dicebant eſſe: aut elementa aut ex elementis compoſita:& ideo putabãt etiam cęlum componi ex elementis. quod tamen eſt falſum,vt.1.de cęlo probat Ariſ. Quod quia nõ dum hactenus probauerat,loquitur ſecundum opinionem antiquorum: celum.n. quod illi cenſebant componi ex elemẽtis,eſt locus ignis:ignis vero aeris:locus vero terrę eſt mixtus ex elementis:nam terra partim tegitur aqua partim vero circundatur aere:minorem vero.ſ.q nec ſit elemẽtum corporeum,neque ex talibus compoſitum probat quia omne tale elementum, aut mixtum debet eſſe corpus:ſed priori ratione probatum eſt locũ non eſſe corpus:ergo nec eſt elementum nec compoſitum ex illis. Et ita eſt certe q locus adęquatus aeris non eſt ignis:ſed ſuperficies eius concaua. At vero ne Platonici ponentes ideas ſpirituales,& alij ponentes intelligentias compoſitas ex elementis incorporeis dicerent aliquod horũ ſpiritualium eſſe locum cęlorum,propterea q intelligentię quodammodo continerẽt ſecundum illos cęlum:ſubiungit q nec talia incorporea poſſunt eſſe locus:quia locus debet eſſe magnitudo:& ex intelligibilibus elementis nulla fit magnitudo.

Textus. xj. Amplius autem:& cuiuſnam ponet aliquis ijs quæ ſunt cauſam eſſe locum. Nulla enim quatuor cauſarum ipſi ineſt.Neque enim eſt,vt materia eorum quæ ſunt:nam nihil ex ipſo conſtitutũ eſt. Neque vt ſpecies & ratio rerum, neque vt finis : neque mouet ea quæ ſunt.

¶In tex.11.formatur quarta ratio hoc modo. Si locus eſt aliquid,cum locus contineat locatum,& continere idem videtur pollere q cauſare:ſequitur q locus in aliquo quatuor cauſarum genere contineat locatum:conſequens tamen eſt falſum: quia locus non eſt cauſa materialis locati:nã cauſa materialis eſt,ex qua fit aliquid cum inſit:& locatum non fit iſto modo ex loco,vt pote qui non intrat compoſitionem locati. Neque eſt ſpecies & ratio.i.cauſa formalis:alias locatum ſortiretur ſpeciem a loco,& ſic omnia que ſuccederent in eodem loco fierent eiuſdem ſpeciei. Neque videtur locus eſſe finis locati:quia potius locus ſit propter locatum,vt dolium propter vinum quam econuerſo. Neque locus eſt cauſa efficiens locati, quia locus deorſum cum ſit terminus motus grauis,non poteſt eſſe cauſa efficiens eius: nam cauſa efficiens eſt prior effectu,terminus:vero eſt poſterior.

Textus. xij. Ampliusautem & ipſe,ſi quid eſt eorum quæ ſunt: alicubi erit. Zenonis enim dubitatio, quãdam rationem quæ rit. Si enim omne quod eſt, in loco eſt: manifeſtum eſt quòd & loci , locus erit. atque hoc,in infinitum procedet.

¶In textu.12.ſubditur quinta ratio quę erat Zenonis.Si omne quod eſt,eſt in loco(vt prio confeſſo habebant antiqui)& locus eſt aliquid poſitiue ſequitur vt & locus ipſe ſit etiam in loco:& cum locus & locatum non ſint in eodem loco (vt ratione prima dicebamus)ſequitur vt locus ſit in alio diſtincto loco:& ille ſecundus in alio:& ita in infinitum.Cui tamen rationi reſpondebitur infra,q nõ quicquid eſt,eſt in loco,vt patet de intelligentijs & primo celo.

Textus. xiij. Amplius ſi vt omne corpus eſt in loco , ſic & omnino in loco corpus eſt, quomodo ergo dicemus de ijs quæ augmentantur? Neceſſe enim eſt ex his, augmentari locum ſimul cum ipſis, ſi neque minor , neque maior cuiuſque locus eſt.Propter hæc ergo non ſolum quid eſt,ſed etiam ſi eſt dubitare neceſſe eſt.

¶Tandem in textu.13.ſubditur ſexta & poſtrema ratio:que procedit ex communi quadam antiquorum conceſſione.ſ.omne corpus eſſe in loco(ne vetur aliquid eſſe in vacuo)& rurſus quicquid eſt in loco eſſe corpus,quia indiuiſibilia non ſunt in loco Tunc ſic.Si locus eſt,omne corpus eſt in loco: rurſus,ergo quando corpus augetur, puta quando arbor creſcit,tunc vel locus pariter eius augetur,& hoc non,quia vt infra videbimus , locus eſt immobilis.i.non mouetur ad motum locati , ſed ſemper manet idem locus pluribus ſuccedentibus locatis ſi vero locus non augetur , fit vt corpus illud quod additur per augmentum,ſit extra locum,quia in loco alio eſſe nõ poteſt quam in lo-

co totius. Sophisma est quod infra soluetur. Concludit ergo Aristo. quod dubium est de loco, non solum quid est verum & si est. ¶ Sequitur subsequenter caput. 2

QVO DISPVTAtur quid sit locus.

CAPVT II.

Textus. xiiij.

QVoniam autem aliud quidē secundum se, aliud verò secūdum aliud dicitur. & locus alius quidem est communis in quo omnia corpora sunt, alius verò proprius in quo primò (dico autem vt nunc qui in cælo est, quia in aere: hic autem in cælo & in aere, quia est in terra. similiter autē & in hac: quia in hoc loco, qui nihil plusquam te continet) si igitur locus est, quod primum continet vnumquodque corpus: terminus vtique erit. Quare videbitur species, ac forma cuiusque, locus esse: quo terminatur magnitudo & materia magnitudinis. hęc em̄ est: vni⁹ cuiusq; termin⁹.

loc⁹ cōis & propri⁹.

¶ Quemadmodū superiori capite disputādo inquisiuit philosophus an sit locus. ita & in hoc scōo, qō nouem textus habet, disputatione inuestigat quę nā res sit locus. Qō quidē ex illis proprietatib⁹ & conditionibus venandū est (vt tex. 2. adnotauim⁹) quę cōpetunt loco. Unde vt tex. 8. ex illa conditione loci, qō locus debet ambire omnes tres dimensiones corporis locati, rōcinabatur locū ipsum esse corpus, proportionabiliter ex alijs duabus eius cōditionibus argumētatur modo locū debere esse formā aut̄ materiā. Distinguit aūt prius de loco, q̄ quēadmodū in entibus aliquid cōuenit alicui per se primo. aliquid vero per accidēs, seu per aliud: ita & rei cuiuspiā duplex est locus: cōmunis. s. & inadequatus, atq; proprius & adequatus. Ut communis locus meus est celū: qz quēadmodū homini cōuenit esse sensibilē, nō per se primo, sed qz est animal, qō est quoddā cōe genus sub quo cōtinetur hō, ita celū est locus cōis meus, nō qz me adequate continet, sed qz ego sum in aere, & aer in celo: & sum etiā in aere, qz sum interra, que est in aere: sum aūt in terra, qz sum in ista particula, que me adequate cōtinet. Ut si dicas qō ego sum Salmāticę, quia sum in scholis: in scholis autē sum, qz sum in gimnasio in gymnasio vero, qz sum in cathedra, in hac. s. concauitate aeris, que me adequare ambit. Locus ergo cōmunis non est terminus adequatus locati: sed locus proprius: nō. n. ego sum tātus quātū est gimnasium: sed quantū est concauū hoc aeris, qui me circūscribit. ¶ Hoc supposito format hunc syllogismum. Forma est terminus continens materiā: quippe q̄ dat esse rei cōstituens rē in propria specie: sed locus est terminus adequate cōtinens locatū (accipiūtur premissę doctrinaliter in sensu vniuersali) ergo locus est forma substātialis locati. Fallacia paralogismi est, q̄ procedit ex puris affirmatiuis in secunda figura: forma enim est terminus intrinsecus generationis tanquā pars ipsius rei: locus autem est extrinsecus, circunscribens totum compositum.

Sic ego cōsiderantibus, locus, vniuscuiusque speciei est. quatenus autem videtur locus esse distantia, scisura magnitudinis materia. hæc namq; diuersa est à magnitudine. hæc autem est id qđ continetur sub specie ac definitur, vt sub plano ac termino. est autē tale materia, & indefinitum, cum enim remouetur terminus, & passiões à sphera, relinquitur nihil: prętter materiam. Quamobrē & Plato, materiam & receptaculum idem esse ait in Timeo. Susceptiuum enim & receptaculum, vnum & idem. Alio verò modo & ibi dicens susceptiuum, & in ijs, quæ vocantur nō scripta dogmata, locum tamen & receptaculum, idem esse declarauit. 1

Textus xv.

¶ In textu. 15. facit secūdam rōnē ad probandū q̄ locus sit materia: intēdens similē syllogismū superiori. Est tū valde obscura ratio: vt esse solent quę opiniones Platonis tāgunt. Atq; adeo profecto diuinandū potius est, q̄ exponendū quid hic senserit Plato. Ubi ex Themistio & reliquis antiquis coniectari licet, Plato ponebat locum esse distantiā inter latera cōtinentis, seu locātis, quā Greci appellabāt, diastema, vt illud inane qō est inter latera dolij vacui: qō vulgus, nō percipiēs aerē, putat esse simpliciter vacuū. Ubi [vt hic adūbrat Aristo.] fingebat esse nescio quas dimēsiones intermenatas distinctas a locato inquibus veluti in materia recipitur locatū. Quemadmodū li. 3. diximus ipsum ponere numeros a materia separatos. Uel forte in rei veritate, cēsebat locū ignis qui gignitur esse materiā ipsam stuppe, inqua recipitur forma ignis: nā ad hūc sensum impugnatur ab Aris. Sed tū nō poterat id cōsequenter dicere, qñ vinū infunditur dolio, vnde exit aer sine aliqua noua generatione, aut corruptione. Utcunq; vero ille senserit [de quo latius infra tex. 36.] qō tū refert Ari. est, q̄ si locus teneatur esse distātia & interuallum qō est inter latera loci, vt q̄ locus sit velut materia magnitudinis illius quę recipitur in loco: siue illa sit dimēsio interminata & spacium: qō recipit successiue diuersa locata, siue sit materia vt dicebam⁹ de generatione ignis ex stuppa. Si hoc [inquit] est locus, necesse est dicere q̄ locus est materia. Qō probat quia tale spaciū res diuersa est a magnitudine quę locatur in loco: & sicut materia physica terminat̄ per formā, ita distātia illa terminat̄ planor termino. i. superficie cōuexa terminātę locatū proprīū autē est materię de se esse indefinitā & terminari per aliud. Quod autē tale spaciū termine tur per superficiē magnitudinis, probat tali similitudine. Quēadmodū si a globo spherico auferretur terminus. i. superficies cōuexa circularis auferretur

renturque omnes passiones.i.forma substantialis cum suis qualitatibus,nihil remaneret nisi informis materia,ita si a loco pura volio auferas formã ꝛ quantitatem locati, in rei veritate nihil manet, nisi vacuum:sed tamen secundum Platonem remanebant illę dimẽsiones indeterminatę,quas vocabat spacium. At vero nequis obijciat ꝙ Plato vt visum est lib.1.tex.32.ꝛ lib.3.tex.26.ꝛ.61. ponebat materiã rerum magnum ꝛ paruum, ꝛ per consequens non ponebat huiusmodi distantiam ꝛ interminatas dimensiones,esse materiam. Respondet Phi.ꝙ diuersimode quantum ad vocẽ loquutus est Plato de materia:nam in Timęo[dialogus est Platonis]dicit materiam idem esse quod receptaculum formarum:in his vero quę verbotenus dixit sine scripto(quę opera Hręce dicũt agrapha Latine vero,non scripta,quę postea Arist.scripto mandauit)dixit materiam esse locum. Quod quidem receptiuum ipse appellabat magnum ꝛ paruum. Ratio vt alias diximus est,quia cum omnia generabilia sint corpora,materiam generabilium putabat non esse,nisi quantitatem:aut forte appellabat eam quantitatem ꝛ dimensiones:quia idem est materiale ꝛ quantum:ꝛ quoniam prima passio ꝛ differentia quantitatis est,magnum ꝛ paruum, appellabat materiam magnum ꝛ paruum. Et eandem appellabat locum:falsus similiter vt authores primę opinionis: vt.n.illi nõ distinguentes inter terminum extrinsecũ ꝛ intrinsecum, putabãt formam esse locum,ita ꝛ Plato non distinguens inter receptiuum intrinsecum[qualis est materia respectu formę]ꝛ receptiuum extrinsecum (qualis est locus)dicebat materiam esse locum: simili, (vt de forma dictum est)syllogismo deceptus in secunda figura ex puris particularibus. Omnis materia est receptiuum:omnis locus est receptiuum ergo locus est materia. Nisi forsan [quod ꝛ Phi lop.adnotauit ꝛ mihi est probabile]nũquam Plato vocuit locum idem omnino esse cum materia: sed locum per analogiam ꝛ metaphoram appellabat materiam:quia vt locus successiue suscipit diuersa locata. ita ꝛ materia diuersas formas. At qꝛ Arist.voluit hic reprobare opinionem: qua quis posset dicere locum esse materiam.citauit Platonem locum appellantem materiam. Soler nãque ꝛ hoc assiduefacere.

Plato.

Textus. xvj.

Dicunt enim omnes,aliquid esse locum:quid autem est,hic solus aggressus est dicere. Merito autem ex his, cõsiderãtibus, videbitur vtique esse difficile cognoscere quid est locus: si horũ vtrumuis est, siue materia, siue species. Hæc enim & altissimam habent speculationem. & seorsum à se inuicem non facile est ipsa cognoscere.

¶In textu.16.infert ꝙ cum veteres omnes concessissent locum esse[quod ad primam quęstionẽ pertinet]solus tamen Plato aggressus est dicere de secunda,quid sit locus. Subdit autem ꝙ cum sub dubio sit,locus ne sit materia, an forma, quęstio loci merito censetur difficilis. Nam quęstio de huiusmodi principijs difficilis est. Et enim cũ materia ꝛ forma dicantur relatiue[est enim materia potẽtia formę:ꝛ forma actus materię]fieri nequit vt altera sine altera cognoscatur: quod rem facit difficilem.

At verò quòd impossibile sit vtrumuis horum esse locum:non est difficile videre: species enim atque materia nõ separatur à re. locum autem contingit. Inquo namque aer erat: in hoc rursus aqua(vt diximus)est,vicissim translatis & aere & aqua,& alijs corporibus similiter. Quare neque pars neque habitus. sed separabilis locus est ab vnoquoque etenim videtur, tale quid esse locus, quale vas. est enim vas locus transferri valens. vas autem nihil est ipsius rei.

Textus. xvij.

¶In textu.17.ꝛ subsequentibus arguit,locum neque materiam esse,neque formam, idque rationibus sex facillimis. Prima.species.i.forma ꝛ materia non separantur a re.i.sunt partes eius:locus vero separatur a re.i.est res subiecto distincta quę moto locato manet immota:ergo locus nec materia est,nec forma. Fit vero locum contingere separari nõ ꝙ sit aliquis verus locus, qui non sit realiter distinctus a re sed vel hoc dicit propter supremum celorum orbem,qui non habet extra se locũ: vel forte,quia non est id per se manifestum in omnibus,nam distinctio loci a locato cognoscitur per hoc ꝙ in eodem loco succedunt diuersa locata: vt patet in exemplo Arist.videlicet, ꝙ vbi nunc est aqua,succedit aer manente eodem loco. De toto autem elemento terrę,quia non mutat locum,aut de vno orbe,qui est intra alium, nõ est ita perse notũ sensui, locum distingui a locato. ¶Infert inde hoc corollarium. Ea ratione qua nec materia nec forma sunt locus compositi, fit vt nequ aliqua eius pars integralis,neque habitus,neꝙ aliquod eius accidens sit eius locus:qua nullum istorum distinguitur subiecto a locato sed insunt ei ꝛ mouentur ad locum eius. ¶Ad maiorem tamen euidentiam subdit ꝙ locus est velut vas. Conueniunt enim(vt statim videbimus)locus ꝛ vas,ꝙ vtrunque continet locatum: differunt tamẽ,ꝙ locus est vas quodam intransferibile .i.quod non mouetur ad motũ locati,sed manet immobile: vas autem est quidam locus(vt hic inquit)transferibilis.i. mobilis cum locato. veluti vter vehitur cum vino.

Textus. xviij.

Quatenus igitur separabilis est à re: eatenus species non est. Quatenus vero continet,eatenus diuersus est à materia. ¶Videtur autem semper id quod alicubi est: & ipsum esse aliquid, & aliud aliquid extra ipsum. ¶Platoni tamen dicendum erat,si liceat digredientes dicere: quare nõ sunt in loco, & species & numeri siquidem id quod particeps est,locus sit, siue magnum atque paruum sit id quod particeps est, siue materia quemadmodum in Timeo scripsit.

¶In textu.18.subdit rationes secundam ⁊ tertiã. Colligens prius tñ ex superiori ratione, q̃ licet locus differat a materia ⁊ a forma: diuersis tñ rationibus. Conuenit.n. locus cum forma, q̃ continet locatũ, quemadmodũ forma continet materiam: differt tamen ab illa in hoc, q̃ locus est continens extrinsecum: forma vero intrinsecum, tãquam pars compositi. In eo autem quo conuenit cum forma. s. quia continet differt a materia quę continetur. ¶Ratio secunda sumpta est ex mõ loquendi. Insinuauerat.n. in prima ratione in aliquibus nõ esse ita perse notum locum esse separabilem a locato. Fit ergo q̃ quanuis nũquam locatum dimoueret ab eodem loco, nihilomius ex hoc ipso q̃ conceditur locatum esse in loco, videtur semper q̃ locatũ sit vnum aliquid ⁊ extra illud sit aliud: puta locus in quo fit. Tertia ratio peculiariter ꝓcedit aduersus Platonem: qua molitur eum Aristo. in cõtradictionem cogere. Erat enim in opinione Platonis ideas, eo q̃ essent immateriales, non esse in loco: idemq; censebat de numeris, quos ponebat separatos a materia. Forsan ideas ipsas, eo q̃ essent rerum species appellabat numeros: quia species sunt sicut numeri. Dixit vero hic magnum ⁊ parnum, seu materiam esse locum receptiuum formarum. Hęc autem duo sibi sunt inuicem contraria. Nã si ideę separatę participãtur in materia: seu (q̃ idem est) locus est particeps illarũ (sicuti Petrus ⁊ quodcũq; indiuiduũ est particeps speciei) sequit ideas illas ⁊ numeros esse in loco. Atq; adeo redditurus erat rationem Plato, cur non essent in loco.

Textus. xix.

Amplius, quomodo ferretur in suum locũ, si locus esset materia aut species? impossibile enim est, cuius neque est motus, neque sursum, aut deorsum locum esse. Quare quærẽdus in huiusmodi est loc⁹. ¶Si vero in ipso locus est (oportet enim siquidem aut forma aut materia est) erit locus in loco, transmutatur enim simul cum re & mouetur, & species, & indefinitum: non semper in eodem, sed vbi vtique est & ipsę res. Quare loci erit locus.

¶In tex.19. sequitur quarta ratio hęc. Si materia vel forma compositi, (v.g. ignis aut lapidis esset locus eiusdem compositi, impossibile esset q̃ huiusmodi grauia ⁊ leuia mouerentur ad certa loca naturalia: mouentur autem ad certa loca: ergo nec materia, nec forma est eorum locus. Minor est manifesta ex natura rerum: sed maior. i. sequela illa probatur dupliciter. Primo quia id cuius nõ est motus. i. ad quod non est motus, neque est sursum ⁊ deorsum. i. neque est terminus qui sit sursum, aut deorsum ad quod res moueatur, non potest esse locus: nam locus grauium est punctum immobile deorsum: ⁊ locus leuium, punctum fixũ sursum, ad quod res mouentur: sed neque materia nec forma est talis terminus ⁊ punctum fixum ad quod ignis, aut lapis moueatur, vtpote cum sint vbicunque est ipsum compositum ⁊ cum illo moueantur: ergo neutra earum est locus. Quinta ratio est in text.20. (Si vero ⁊c.) Si forma, vel materia esset locus compositi, sequeretur quod locus esset in ipso scilicet locus ignis esset intrinsecus in ipso igne: ⁊ locus lapidis in ipso lapide. Unde rursus sequeretur quod loci esset locus: quod est impossibile de loco rerum naturalium. Nam huiusmodi loca rerum naturalium sunt [vt dictum est] pũcta fixa vel superficies sursum ⁊ deorsum quę non mouentur ad alium locum: sed entia naturalia mouentur ad ipsa. Sequela tamen probatur. Materia ⁊ forma [quas hic vñ nicupat, speciem ⁊ indefinitum: quia materia de se est indeterminata ad speciem quam recipit per formam] mouentur ad motum ipsius compositi: nec sunt semper in eodem loco, sed vbicunque est compositum: vnde sicut compositum est mobile ad loca naturalia ita ⁊ materia ⁊ forma mouentur ad eadem loca: ⁊ per consequens si huiusmodi partes essent loca naturalia, locus moueretur ad alium locum: ⁊ sic loci esset alius locus naturalis.

Amplius, quando ex aere aqua facta est perijt locus. non enim in eodẽ loco est, quod factum est corpus. Quę igitur corruptio? ¶Ex quibus igitur necessarium est esse aliquid locum, & rursus ex quibus dubitabit vtique aliquis, de substantia ipsius dictum est.

Textus. xxj.

¶In text.21. sequit sexta ⁊ postrema ratio sub hac forma. Si materia vel forma esset locus sequeretur quod locus corrumperetur ad corruptionem locati: consequens tamen est falsum: quia locus manet idem immobilis: nam in quo prius erat aer, postea est aqua. Sequela tamen probatur. Si forma aeris est locus eius, talem locum manifestum est corrumpi cum ex aere fit aqua: quod si fit materia quodammodo etiam corrumpitur: nam licet eadem materia prima maneat non tamen manet prima materia hęc cum conditionibus indiuiduantibus ⁊ qualitatiuis dispositionibus [quę dicitur materia secunda]. Quod autem locus corrumpatur, est falsum vt dictum est. Et hoc est quod ait. [Quę igitur corruptio?] idest quomodo potest dici quod locus corrumpatur ad corruptionem locati. ¶In textu igitur .22. concludit dicens satis dictum esse, ex quibus scilicet rationibus colligatur vt necessarium sit locum esse (quod factum est in primo capite) ⁊ rursus dictum est capite hoc secundo, ex quibus dubitari potest quidnam sit locus. Quã proinde quęstionem [vt puta quid sit locus] capite proximo tractare exoriditur. ¶Sequitur statim caput tertium.

QVO DETERMINARI incipitur quid sit locus.

CAPVT III.

Textus. xxij.

POST hæc autem accipiẽdum est: quot modis aliud in alio est. Vno igitur modo: vt digitus in manu, & omnino

omnino pars in toto. Alio vero vt totū in partibus. non enim est prēter partes totum Alio autem modo, vt homo in animali, & omnino vt species in genere. Alio autē vt genus in specie, & omnino pars speciei in speciei ratione. Amplius vt sanitas in calidis & frigidis, & omnino species in materia. Amplius vt in rege, Grecorum res, & omnino in primo mouente. Amplius vt in ipso bono, & omnino in ipso fine. Hoc autem est, id cuius causa. Omnium autem maxime proprium est, quod vt in vase, & omnino quod in loco.

3 4 5 6 7

¶ Postquam hactenus Ph. disputando inquisiuit an sit, quidque sit locus, incipit iam modo questiones has diffinire. Prius autem in hoc. 3. capite, quod septem habet textus, dissoluit dubia non nulla, qui necessario erant premittēda. At qui in tex. 23. primum omniū distinguit, quot modis vna res dicatur esse in alia. Qui sunt octo numero, sumpti ex vsitato modo loquēdi inter philosophos. ¶ Primo modo vnū dicitur esse in alio, tāquā pars in toto. ¶ Et secūdo modo tāquam totum in partibus. Utroque enim modo loquimur videlicet, digiti quinque sunt in manu, nasus est in facie ꝛc. & rursus, homo est in suis mēbris, structura domus est in parietibus. At vero qr modus secundus loquēdi non est tam solitus quā primus, confirmat eū Arist. dicens q̄ totum nō est prēter partes. i. totū non esse pōt, nisi in partibus conseruetur. ¶ Tertius modus est, vt species est in gne: & quartus ecōuerso, vt genus est in specie. Dicim⁹. n. in gne animalis tot esse species, albūq; esse in gne qualitatis & bicubitū in gne quātitatis. Et itē viceuersa, genus animal esse in ratiōe hois. Attamē cū phrasis secūda nō videat adeo recepta, vt prima, eo q̄ genus, cū contineat sub se spēs tāquam quid cōe, non tā apparet esse in speciebus q̄ sint species: in illo subdit nihilominus rationē, q̄ licet genus sit quid comune, est tñ pars etiam diffinitionis speciei: & hac ratione dicitur esse in ratione speciei sicuti & dīa hoc mō, rationale, est in hoīe. ¶ Quintus modus est quo species. s. forma, est in materia qūo sanitas est in calidis & frigidis: vtpote cū sit proportio & tēperamentum quatuor primarū qualitatum. Esse enim in aliquo est cōsistere & conseruari in illo. ¶ Sextus modus est quo res publica est in regis potestate qui fortunis atq; adeo ciuiū vita pro suo arbitrio vtitur. ¶ Septimus modus est quo appetēs bonū & finē dī esse in illo. Quēadmodum dictū est, vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuū. Et in vniuersum amantis animus est in re amata. ¶ Octauus ac postremus modus (sed tñ omnium proprijssimus) est quo aliquid est in vase, & omnino quo est in loco. Quēadmodū dicimus terram esse in cētro: & ignē, in luna cōcauo. Modi isti essendi in aliquo nō dicuntur omnino vniuoce, sed analogice. ¶ Et quēadmodum ens dī principaliter de substantia & analogice de accidente per cōparationem ad illā: & sanum de animali principaliter: & de vrina & medicina, per respectū ad animal: ita esse in aliquo prius ad sensum notū fuit esse in loco, & per analogiam dicuntur cetera. Inde enim q̄ locus continet & conseruat locatū, sum ptum est vt q̄ quicquid aliquo modo inesse pēdet ex alio dicatur esse in illo: & ideo pars est in toto, & viceuersa totum in partibus. Nam vt lib. 2. textu. 28. & 31. adnotauimus, totum & partes habent se vt forma & materia: totum. n. conseruat partes in genere causę formalis: quia partes sunt per esse totius: vita. n. totius hominis viuit manus: partes vero econuerso in genere causę materialis conseruāt totum: quia totum cōstat ex partibus. Pari modo species est in genere tanquam pars in suo toto potentiali. At. n. ca. de differētia refert Porphyrius, genus potestate cōtinet species, in quas diuiditur. Et econuerso, genus est in specie tanq̄ pars in suo toto actuali: nam diffinitio speciei in se actu continet genus & differentiam. Eadem ratione respublica est in potestate regis, tanquam in causa efficienti: & amans in amato quod tāquā finis trahit ad se amantem. Ac denique vniuersę creaturę sunt in Deo: iuxta illud Hester. 13. in ditione tua cuncta sunt posita. Prętermisit hic modum essendi in tempore: vel quia sub modo essendi in loco continetur: vel forte: quia de illo futurus erat infra specialis sermo. Alijs igitur modis prętermissis, qui ad rem presentem pertinet, est, esse in loco.

Octo modis.
1. Modus.
2. Modus
3. Modus
4. Modus
5. Modus.
6. Modis.
7. Modis.
8. Modis.

Dubitabit autem aliquis vtrū quippiam in seipso contingat esse, an nihil, sed omnia aut nusquam, aut in alio? Dupliciter autem hoc est, aut secundum se aut secundum alterum. cùm enim sint partes totius & id in quo & id qđ in hoc: dicetur totum in seipso. dicitur enim, & secundū partes. vt albus: quia superficies alba sit & sciens: quia rationale. ¶ Amphora igitur non erit in seipsa, neque vinum: vini vero amphora erit. Quod namque inest & id in quo est: vtraque eiusdē partes sunt.

Textus. xxiiij. Solutio

¶ In text. 24. mouet dubium, prętenti negocio necessarium. Cum. n. modus loquendi, quo dicimus aliquid esse in aliquo, arguat distinctionem inter id quod est, & id in quo est (vnde sumitur argumentū distinctionis inter locatum & locum) Anaxagoras nihilominus [vt lib. 3. tex. 50. visum est] dicebat infinitum esse in seipso, examinare operę pretium hic duxit, an aliquid proprie sit in seipso. Cui dubio respondet distinguens hoc posse contingere, aut per se primo, aut per aliud. Id conuenit alicui per se primo, cui cōuenit per se totū. i. psuā quiditatē sicut homini conuenit esse risibile. Per aliud autem conuenit, id quod conuenit per aliquid sui: sicut totius homo dicitur crispus ratione capillorū & calciatus, quia pedes habet calciatos & albus, quia exteram superficiem habet albam: & sciens, quia scientiā habet in anima. Sit ergo q̄ si amphoram plenam vini consideremus vt vnum totū cum vino (est. n. totum per aggregationem) dicere quodammodo possumus eam esse in seipsa, vt si dis-

cas amphora vini est in se. Nō q̄ totū aggregatū: sit i toto aggregato sed qz vinū, qđ est vna pars illi⁹ aggregati, est in amphora q̄ est alia pars, totū, rōne vni⁹ ptis, est in se rōne alterius. Est tñ mod⁹ valde impropprius: qz vinū non est pars illius aggregati ex amphora t vino: velut aia est pars hois scientis scōm animā: sed exempli gratia concessit hoc veteribus illis Philos. qui impropprie loquebantur.

Textus xxv.

Sic igitur contingit, quippiā in seipso esse. Primò autē uon contingit, vt album in corpore. superficies enim in corpore. scientia autē: in anima. secundum hæc autem quæ partes sunt, vt in homine appellationes existunt. Amphora autē & vinum, cùm seorsum quidem sunt, partes non sunt, sed cùm simul. Quapropter cùm sint partes: erit ipsum in seipso. vt album, in homine, quoniam in corpore, & in hoc, quoniā in superficie. in hac autem, non amplius secundū aliud est. Et diuersa quidē specie hæc sunt, & aliam naturam habet vtrūque & potentiam, & superficies & album.

¶ In tex. ergo. 25. respōdet ad quęstionē, q̄ primo modo nō cōtingit aliquid esse primo in seipso. i. secundū se totū: bene tñ non primo. i. rōne partis. Scōam partē probat in hoc textu, t primā in duobus sequētibus. Alit. n. q̄ si amphora seorsum consideret, t seorsum vinū. i. quādo vinū nō est in amphora, tunc nihil est in seipso, nec primo, nec non primo: qñ vero sunt simul. i. amphora est plena vino, tunc si loquamur de toto aggregato ac de vna re, totū rōne vini est in se rōne amphorę. Est enim amphora vini in amphora vini: sicut album est in corpore, non primo, qz albedo non est in partibus intrinsecis corporis: sed rōne superficiei q̄ est terminus corporis, t scientia est in homine ratione animę. ¶ Subdit autē q̄ res quę est primo in alio. i. secundū se totum, debet esse diuersa ab illo in quo est, vt albedo quę per se primo est in superficie, est res distincta genere ab illa, distinguntur quę potētia: nam superficies est quālitas quę est subiectū qualitatis: albedo vero est qualitas, quę se habet vt forma: t actus quantitatis.

Textus xxvi.

Neq; igitur inductiue cōsiderantibus, aliquid in seipso videmus secundum aliquem determinatorū & rationem manifestum, q̄ impossibile est. Oportebit enim ambo vtrunq; esse (vt amphoram, & vas, & vinum esse: atq; vinum: vinum & amphoram) si quidē contingit, quippiā in seipso esse. Quare si quā maximè in seipsis sint: amphora quidē accipiet vinū, non quatenus ipsa vinum est, sed quatenus illa. vinū autē inerit in amphora: non quatenus amphora ipsum est, sed quatenus illa amphora est. Secundū igitur ipsum esse, q̄ alterū sit: manifestū est. Alia nāque ratio est, eius in quo, & illius qđ in hoc est.

¶ In tex. 26. probat primā partē cōclusionis: nempe q̄ nihil pōtesse primo in se: t inductione t ratione. Inductione, qz in nullo modorū octo, qui supra positi sunt, reperitur aliquid primo esse in se. Totum enim est in partibus t ecōuerso: totum vero partes singulę differunt re: atq; simul sumptę saltem rōne differunt a toto. Et pari modo differunt genus t species. Nam de alijs modis manifestum est quomodo id qđ est, realiter differat ab eo in quo est. ¶ Rationes autē formant duas. vbi cōsiderandum est nō esse idem q̄ vna res sit in alia primo, t q̄ sit per se: sicut nec est idē q̄ sit in alia nō primo, t q̄ sit per accidens. Nam ad hoc q̄ sit primo satis est q̄ sit scōm se totum t non solum scōm partē: sed ad hoc q̄ sit per se requirit q̄ sit ab intrinseco rōne sui t nō rōne alterius. Exempli gratia. Nauis est in mari t primo t per se: sicuti homo est etiā in naui: homo vero ille est in mari, primo quidē, qz scōm se totū: non tñ per se (sicut si naretur nudus in mari) sed per accidens, rōne nauis quę est in mari. Primo ergo probat q̄ nihil pōt esse in seipso primo t per se. Et perseuerat in exēplo amphorę. Si totū hoc qđ est amphora vini est in se primo t per se, sequitur (inquit) q̄ ambo sunt vtrūq;. i. q̄ amphora esset t amphora t vinum copulatim: t vinum itidem esset ambo simul: consequens est impossibile: ergo t añs. Probat sequela. Si amphora vini, capit t continet vnū tanquā locus, manifestum est hoc esse rōne amphorę quę continet, t non rōne vini qđ continet: ergo si totū rōne etiā totius aggregati capit t cōtinet, amphora esset totum aggregatū. Et eadem rōne si totū est t cōtinet in se, hoc est rōne vini qđ cōtinet: nā amphora nō cōtinet: si ergo itidē rōne totius totū est in se, sequit q̄ vinū est vinū t amphora. Perinde ac si arguas. Hō est risibilis ea rōne qua est rōnalis: si ergo itidē est risibilis ea rōne qua aīal rōnale: fit vt rōnale, idem sit q̄ animal rōnale (quod certe est verū.) Minorē autē. s. q̄ amphoram esse totum. s. vinum t amphorā sit impossibile, probat. Manifestum enim (inquit) est q̄ alterū sit ipsum esse vāsis ab ipso esse vini: alia enim est ratio vasis (quę est cōtinere) t alia ratio vini: q̄ est contineri.

Textus xxvij.

At vero neq; secundū accidens contingit. Simul autē duo corpora, in eodem inerunt. nam & ipsa amphora in seipsa erit: si id cuius natura susceptiua est, contingat in seipso esse, & insuper illud cuius est susceptiuū: vt si vini vinum. Quod igitur impossibile sit in se ipso aliquid esse primò manifestū est.

¶ In tex. 27. subiungit secundā rōnem, videlicet, q̄ nihil est in seipso per accidens. i. rōne alterius, velut nauta est in mari rōne nauis in qua est. Nā tunc (inquit) sequeret q̄ duo corpora essent simul

in eodem loco, qđ est impossibile. Ratio est implexa ꝛ obscura: nisi hoc prius consideret, ꝙ amphoram esse in se per accidens, paralogizatur hoc modo. Vinum est in amphora: ꝛ amphora est in vino: ergo de primo ad vltimũ amphora est in se. Quod quidẽ sophisma facile potuisset Phil. diluere negando cõsequentiã. Nam vt primũ sit in tertio rõne secundi, exigitur vt eo modo sit in secũdo, quo secundũ est in tertio. vt quia nauis est localiter in mari: ꝛ nauta eodem modo est in nauí: fit vt nauta sit in mari. In proposito vero nõ est ita. Qm̃ vinũ est localiter in amphora: amphora vero non est localiter in vino, sed tanquã terminãs ꝛ cõtinens ipsum, vt textu sequenti patebit. Et ideo non sequit ꝙ amphora sit in se. Supersedit tamẽ Phil. argumentum infringere: ꝛ intulit aliud incõueniens. Quod est huiusmodi. Si amphora est in seipsa de per accidens, id erit ratione vini: accidit. n. amphoræ vt vinum sit in illa, ꝛ illa vice versa suo modo sit in vino. Arguit ergo. Si amphora cuius natura est cõtinere dicit esse in seipsa ratiõe vini qđ continet, sequitur in amphora esse duo corpora. s. ꝛ amphorã ipsam, ꝛ id rursus cuius est susceptiua [vt si vini, vinũ]. i. si est susceptiua vini, vinum erit in illa: ꝛ sic duo corpora erunt in eodem loco. Qđ est absurdum. ¶ Concludit ergo ex dictis, ꝙ impossibile est idem esse in seipso primo. i. secundũ se totum, vt eadem sit ratio continentis ꝛ contenti. Et in illo verbo. Quod igitur, secat Commen. textum. 28. Cõmodius autem secatur hic.

Quod autem Zeno dubitabat, ꝙ si

Textus. xxviij.

locus est aliquid, in aliquo erit: soluere non est difficile. Nihil enim prohibet, in aliquo quidem esse primum locum, non tamen in illo vt in loco, sed vt sanitas quidem in calidis sicut habitus, calor autem in corpore vt passio. Quare nõ necesse est in infinitũ abire.

¶ In tex. 28. ex his quę in hoc capite dicta sunt, dissoluit primo dubitationẽ Zenonis de loco. text. 12. ppositam. Arguebat enim. Si locꝰ est aliquod corpus positiuũ, sequitur ꝙ. locus ipse erit in alio loco: ꝛ ille in alio: ꝛ ita in infinitum. Rñdet Phil. ꝙ locus omnis est in aliquo: non quidem tanquã in loco: verum quodãmodo vt forma in materia. Vt enim dictum est totum esse in partibus, vt forma in materia quã continet, ꝛ cui dat esse, ꝛ vicissim partes in toto, sicut materia in forma aqua recipit esse ꝛ conseruatur: ita locatũ est in loco tanquã cõseruatũ in conseruante: ꝛ ecõuerso in locato est locus tanquam cõseruans in conseruato. vt Deus est in rebus. Et qꝛ formę proprium est dare esse atq; adeo conseruare, modũ essendi loci in locato, cõparat modo essendi formę in materia, vt sanitas quę est proportio qualitatũ est in ipsis qualitatibus: ꝛ habitus vel dispositio est in subiecto. Non ꝙ sit omnimoda similitudo: quia locus non inest formaliter locato: sed sicut forma terminat ꝛ cõtinet materiã intrinsecę, ita locus terminat et continet extrinsecę. Unde suprem̃ cęlum, quod omniũ locus est, quę sub illo continent, est quidẽ in aliquo: verum non tanquã in loco: sed tanquam in eo qđ terminat, cõtinet, ꝛ cõseruat. Quo circa non sequit processus in infinitũ in locis. ¶ Ex quo sequitur ꝙ quãuis nihil sit in seipso positiue (vt hactenus monstratum est) nihil tamen prohibet aliquid esse in seipso negatiue, id est, non in alio, tã quã in loco.

Illud autem manifestum, qđ cùm vas nihil sit eius quod in ipso (aliud enim est, primò & quod inest & id in quo inest) non erit vtique aut materia, aut species, locus, sed aliud. Illius em̃ aliquid hęc sunt: quod inest, & materia & forma. Hæc igit̃ sunt dubitata. Quid autem tãdem sit locus: hic vtique fiet manifestum.

Textus. xxix.

¶ In tex. deniq; 29. ꝛ postremo respondet ad alias duas dubitationes capitulo secundo discusas: an videlicet locus sit materia, aut forma. Ait enim ꝙ cum locus ex natura sua sit extra rationem locati (alia enim ratio continentis ꝛ terminãtis, ꝛ alia contenti ꝛ terminati) materia vero ꝛ forma sint de intrinseca ratione rei, fit vt neutra earum sit locus ipsius compositi: sed locus sit vtriq; extrinsecum. ¶ Subdit autẽ hactenus dubitationis modo disputatum esse: atq; ideo in subsequentibus determinari superest, quidnam sit locus.

¶ Consequenter Caput. 4.

QVO DEFINITVR QVID sit locus.

CAPVT IIII.

Textus. xxx.

Accipiamus autẽ de ipso quę cunq; videtur verę secundũ se ineſſe ipsi. Censemus igitur locum esse primum quidem quod continet illud, cuius locus est: & nihil ipsius rei esse. Amplius, primum locum neq; minorem esse, neq; maiorem. præterea neq; deseri ab vno quoq;, & separabilem esse. Ad hæc autem, omnem locum habere sursum, & deorsum, & ferri natura, & manere in pprijs locis: vnumquodq; corporum. Hoc autem facere, aut sursum, aut deorsum.

¶ Descendẽs deniq; Arist. in hoc ca. 4. per. 13. textus distributo, ad diffinitionem loci, præmittit in quinq; prioribus textibꝰ quatuor suppõnes, ꝛ documenta quinq;. ¶ In tex. ergo isto. 30. iacit quatuor suppositiones, quibus loci naturã explorat. Quæ aũt sumunt ex cõmuni cõsensu loquentiũ de loco: nã inde petędę sunt hmõi dignitates. Prima suppositio est. Locus (vt in cõfesso est vniuersis) est primũ qđ cõtinet locatũ, ꝛ nihil ipsius est. Locus enim vini est amphora: ꝛ locus pecunię, bursa. Designat ergo tres cõditiones loci. Prima qđ contineat locatum: qua reprobat vacuum: qđ eum nihil sit, nihil subinde cõtinere potest. Altera ꝙ sit primum, id est, prime tangẽs locatum. Locus

Tres conditiones loci

nāq; pecunię existentis in bursa non tam proprie dicitur arca vbi est bursa, quā bursa ipsa. vnde vt q.1. examinabimus locus est superficies vltima cōcaua cōtinentis locatū. Tertia cōditio est q; distinguat a locato t a qualibet eius parte, ita enim proprie loquuntur hoies de loco. ¶ Secunda suppositio est. Primus locus. i. propinquissime attingēs locatū, nec maior nec minor est, sed equalis locato. Dit, primus, q; locus materialiter acceptus, p corpore cōtinēte (qualis est amphora respectu aquę) maior est locato. Hęc etiā suppositio sumit ex modo loquēdi, eo q; locus est iusta exactissimaq; mensura locati. ¶ Tertia suppositio. Locus non deserit, nec separatur ab vnoquoq; locato. Non pretēdit q; in eodem loco neutiquā esse possit nisi vnū idēq; locatum: constat enim in eodē loco succedere diuersa locata: seu vult dicere q; vnusquisq; locus semper habet aliquod locatū: sicuti quodcūq; locatū est in aliquo loco. Ita vt dicant ad cōuertētiam. Locus est: ergo locati locus est, locatum est: ergo loco locatū est. Non tamē sequit, corpus est: ergo in loco est, vt patet de supremo cęlo. ¶ Quarta suppositio est. Locus ois sursum est, aut deorsum: t ad quēcunq; locū fertur aliquod corporum. Hęc autē suppositio intelligit solum de locis naturalibus grauium t leuiū: q; cum de cęlo nihil hactenus diffinierit, loquitur scōm famosam antiquorum opinionē: qui putabant cęlos etiam constare ex natura grauí, vel leui: cum tamen in rei veritate cęlum nec sursum, nec deorsum, nec prorsus ad locum, sed precise in loco moueatur.

Suppositis autē his: reliqua specu-
Textus. lari decet. oportet autē tentare, consi-
xxxj. derationē sic facere: vt ipsum quid est
Diffini- reddatur, vt & quæ dubitantur, soluan
nio bona tur, & quæ videntur inesse loco, insint. & amplius, ipsa difficultatis, & earum quæ circa ipsum dubitationum causa erit manifesta. sic enim pulcherrimè demonstrabitur: vnumquodq;.

¶ Post quatuor suppositiones subdit documenta quinq;. Primum in hoc tex. 31. explicat quatuor cōditiones quas habere debet diffinitio, cū loci, tū etiā cuiuscunq; rei, vt sit bona. Dit nāq; talē habēdam hic esse loci cōsiderationē, vt eius diffinitio, primo explicet ipsum qō quid est: nā vt habetur 7. Top. cap. 2. diffinitio est oratio explicans quod quid est. i. naturā rei. Secūdo debet esse talis diffinitio, vt per eam omnia dubia t quę supra mota sunt, t quę de loco submoueri possunt, terminent. Etenim vt est. 3. meta. tex. 1. veritatis cognitio, dubiorum est solutio. Tertia cōditio diffinitiōis est, vt per eam accidentia, quę rei proprie insunt, dignoscantur: nam cum diffinitio explicet naturam rei, t naturam accidentia propria subsequant, per diffinitionē cognoscuntur accidentia propria. Cōpetit deniq; bonę diffinitioni, vt per eam aperiat causa difficultatis t discordię opinionū quę de natura rei controuersantur.

Primū igitur considerasse oportet:
Textus. quòd non quæreretur vtiq; locus, si nō
xxxij. motus aliquis secundū locum esset. p-
Locus per pter hoc enim & cœlum maximè in
quem ins- loco putamus esse: quia semper est in motu. Huius autem aliud quidem est loci mutatio, aliud vero augmentū, & decrementum. Etenim in augmento & decremento, transmutantur: & qđ prius erat hic, iterum trāslatum est in maius, aut minus. ¶ Est autem qđ mouetur: aliud quidem per se actu, aliud verò per accidens. Eius autem quod secundum accidēs: aliud quidem potest moueri per se, vt partes corporis, & in nauigio clauus: alia verò non possunt, sed semper secundum accidēs, vt albedo & scientia. hęc enim sic transmutātur secūdum locū: quia id in quo sunt, transmutatur.

¶ In tex. 32. subsequitur duo alia documenta. Secūdum ergo documentū est, q; nunq; fuisset quęstum disputatū de loco, nisi esset motus aliquis localis. Enimuero (vt tex. 3. visum est) quemadmodum materiā philosophi perscrutati sunt ex successione diuersarum formarū in eodem subiecto, ita indagauerūt locum, videntes, in eodem loco diuersa succedere corpora: idemq; corpus diuersa loca mutare. Unde quidā antiqui credentes omne cęlum moueri, inferebāt supremum etiam cęlum esse in loco. Et hoc est qō ait hic Philo. [propter hoc cęlum putamus in loco esse] aut enim intelligit de orbibus inferioribus: aut si intelligit de supremo, loquit secūdum illorum opinionē. De qua 6. huius t. 1. cęli copiosior habebit sermo. ¶ Est autem triplex motus localis: alius enim est totius loci mutatio qui dicit motus ad locū. Et hic per se primo dicit motus localis: q; termin⁹ talis motus nō est alius, quā locus. Alij duo sunt motus nō ad alium distinctū locum, sed ad maiorē vel minorem. vt augmētatio t diminutio. Et isti nō sunt per se primo motus locales: nam augmētatio non est motus ad locum, sed ad quantitatē: t pariter diminutio: sed de per accidens t consecutiue, aucta vel diminuta quātitate, augetur vel diminuit locus. Hec sine causa adiecit hanc distinctionē: q; locus nō tam manifeste cognoscit per augmentū vel decrementū locati (vbi nō mutat totus locus, sed fit mutatio a parte ad totum locum, vel a toto ad partē) quā cognoscitur per motum localē: qui est per se primo motus ad locum.

Triplex motus localis.

¶ Tertium documentum est. Eorum quę mouent, aliud est quod actu mouet per se, vt totum suppositum: puta homo, vel lapis: aliud vero, qō mouet per accidens, vt partes eius t accidentia. Rursus horū quę actu mouent per accidens, aliud est quod pōt per se moueri. vt pars si abscidatur a toto. Et clauus nauis mouetur per accidens ad motum nauis: t per se a gubernatore. Aliud vero est quod neutiquam potest per se moueri, vt accidentia. Quę cum nō possint separari a subiecto, nō possunt moueri motu pprio. Subiecit itidē hāc distinctionē: primo q; quot modis cōtingit moueri localiter, tot modis contingit esse in loco. s. per se t per accidens. Secūdo, q; locus nōtam innotescit ex his quę mouentur per accidēs, quā ex his q; per se mouent.

Quoniam autem dicimus esse in cœ-
Textus. lovt in loco, quia in aere, hic autem
xxxiij. in cœlo est, & in aere autem, nõ toto, sed propter vltimum ipsius & continens: in aere esse dicimus. si enim totus aer sit locus: non æqualis erit vniuscuiusque locus, & vnumquodque. videtur autem æqualis esse. talis autẽ est: primus in quo est.

¶ In textu. 33. quis dixerat locum inuestigari ex motu: non ex quocũq;, sed ex motu ad locum: atq; adeo eorum maxime quę per se actu mouentur: addit quartum documentum tale. Mõ omnis locus dignoscitur per motũ: q; nõ locus cõmunis, sed tantũ proprius. Vbi repetit distinctionẽ illam loci, quam fecerat textu. 14. est. n. alius locus communis: qui nõ est æqualis locato: sed est locus, aut q; est loci locus. vt cęlum est locus meus, q; est locus aeris in quo ego sum: similiter totum corpus in cuius parte ego sum (vt elemẽtũ aeris) est materialiter locus meus: q; sum in aliqua eius parti cula. Et q; per motum non mutat locus communis: sed locus proprius, puta superficies q̃ me tãgens circundat, per talem motũ non cognoscem⁹ locum communem: sed proprium. Et hanc superficiem appellat vltimum continentis versus locatum. Vbi ait q; nõ est homo in toto aere [sed propter vltimum ipsius continens.] Et eandem appellat primum locum. Nam quod incipiendo ab aere versus me, est aeris vltimum, incipiendo a me, est mihi primum.

Cùm igitur nõ diuisum est quod cõ
tinet sed continuum: non vt in loco di
Textus. citur esse in illo, sed vt pars in toto.
xxxiiij. Cùm verò diuisum est, & tangens: in primo quodam est, vltimo continentis, quod neque pars est eius quod in ipso est, neque maius spacio: sed æquale. in eodem enim sunt vltima se tangentium. ¶ Et cùm continuum sit, nõ in illo mouetur: sed cum illo. diuisum autem in illo. Et siue moueatur continens, siue non: nihil minus. ¶ Amplius autem cùm non diuisum est: vt pars in toto dicitur, vt in oculo acies, & in corpore manus. Cùm autem diuisum est. vt in cado aqua, aut in fictili vinum: manus enim cũ corpore mouetur, aqua autem in cado.

¶ Vnde in textu. 34. quinto documento explicat quomodo primus locus debet esse vltimum continentis: quo potissimũ explicat natura loci. Ait enim q; illud vltimũ continentis debet esse vltimũ, non in potẽtia: sed in actu. Illud. n. est vltimũ in potẽtia respectu alicuius, q̃ est continuũ alteri: illud vero est vltimũ in actu, q̃ est actu diuisum: atq; alteri cõtiguum. Exempli gratia. Totum cõtinet partem: non quidẽ vt locus locatũ. Humerus enim cõtinet brachium: sed q; est cõtinuus brachio, nõ est vltimũ actu corporis versus brachium: & ideo non est locus brachij. Et eadẽ ratione oculus, qui est continuus cerebro, non est in illo tanquã in loco: si autẽ esset discontinuus, illa superficies cerebri circuntangens oculũ esset ꝓprius locus eius. Et enim quia esset vltimũ actu continentis, esset primus locus oculi. Vnde colligit q; locus, nec est pars locati, neq; maior locato: sed equalis: quia vltima se tangentium. i. superficies conuexa locati & concaua locantis in eodẽ sunt simul loco: vt infra 7. q. 1. amplius explicabimus. ¶ Probat autẽ q̃ totum non cõtinet partẽ: sicut locus locatum duabus rõnibus. Prima illic [& eum cõtinuum.] Pars non mouet in toto, sed cũ toto. i. ad motum totius: si autem est diuisa a toto, poterit moueri in toto, siue totum continẽs moueatur, siue non: hęc autẽ est natura locati, vt possit moueri in loco cõtinente, siue ille moueatur siue nõ: ergo pars continua nõ est in toto: sicut in loco. Brachiũ enim et oculus nõ mouent, nisi ad motum totius: quando enim moueo oculũ, totus moueo⁹ scõm partẽ: si autem oculus esset discontinuus in eadẽ parte cerebri qua modo est, tunc posset moueri oculus in cerebro quiescente. Cognoscit ergo locus per hoc q̃ ad motũ locati non sequit motus loci. Quod est mente obseruandũ. Hac enim rõne cognoscit sanguinem esse inuena sicut in loco: mouet enim inuena & ex vena, ipsa manẽte immota: & per consequens est illi, non cõtinuus, sed cõtiguus. ¶ Scõa ratio est illic [amplius autẽ] quę sumitur ex modo loquendi diuerso. Nam pars alteri continua dicitur esse in illa alio modo essendi eorũ, qui notatẽ sunt textu. 23. sicut forma in materia. vt acies. i. pupilla dicitur esse in oculo tanquã quędam dispositio oculi: & manus in corpore tanquam organũ eius. Quando autem diuisum est, dicitur esse in illo: sicut in vase. vt vinum in cado.

Iam igitur manifestũ ex his: quid est Textus.
locus. Quatuor enim fere sunt: quorũ xxxv.
necesse est locum, vnum aliquid esse. aut enim forma est aut materia, aut spacium aliquod medium extremorum, aut extrema, si non est vllum spacium præter in existentis corporis magnitudinem. Horum autem, q̃ tria non possint esse, manifestum est. Sed propterea q̃ cõtinet, videtur forma esse. in eodem eñ sunt, extrema continentis & contenti. Sunt igitur vtraque termini, sed non eiusdẽ. sed species quidẽ rei, locus autẽ continentis corporis.

¶ His prętactis suppositionibus ac documẽtis in residua parte textus constituit exactam diffinitionem loci: incipiens a genere diffinitionis. Quod inuestigat mõ diuisiue: ita eñ. 2. post. tex. 17. ostẽdit inuestigandam esse diffinitionem. Format ergo huiusmodi rõnẽ. Locus vel est materia, vel forma locati, vel spaciũ interceptũ inter locatũ & tera cõ-

Caput quintum.

tera cõtinentis, vel vltima superficies cõcaua continẽtis: non tria prioza: ergo quartum. Maioz est nota ex supza dictis ca. 2. vbi enarrauit opiniones antiquoꝝ credentiũ locum esse eoꝝ aliquod triũ Minoꝛẽ autẽ probat sigillatim. Et primo de forma repetit rationẽ quã fecerat tex. 14. ad: probandum formã esse locum, ꝓpterea ꝙ prioziũ loci est terminare locatũ: sunt em̃ simul superficies cõuexa locati ⁊ cõcaua locãtis (quas hic appellat extrema cõtinentis ⁊ cõtenti.) Forma est etiã terminus materię ⁊ suppositi nam generatio terminat ad formã: ergo forma est locus. Respõdet ꝙ ꝗuis vtraq; i. tam forma quã locus sint termini, diuersi modo tñ ⁊ diuersoꝝ: qz forma est terminus intrinsecus rei locate, dans illi speciẽ: locus autẽ nõ est terminus intrinsecus locati, sed locantis: cui nõ dat speciẽ: sed terminat quãtitatẽ eius versus locatum: atq; adeo est terminus extrinsecus locati.

* Ex eo autẽ ꝙ mutatur sæpe, manente, cõtinente, contentũ & diuisum, vt ex vase aqua: ipsum mediũ, esse aliqd̃ videtur spaciũ, tanquã aliquid existẽs præter ipsum corpus translatũ. Hoc autẽ non est: sed quoduis incidit corpus eorum, quæ transferuntur ac tangere apta natura sunt.

¶ In tex. 36. prosequit ostendere ꝙ locus non sit spaciũ ⁊ interuallũ ꝙ est inter latera cõtinentis. Opinio hęc (vt elicitur ex istis antiquis ⁊ ex Cõmentatoze) sumpta est ab estimatione vulgi. Cum enim in dolium vacuũ infundit vinum, vulgares non putant vinum recipi in dolio, sed in spacio illo: vbi (cum aerem nõ experiunt) existimãt esse simpliciter vacuũ. Obidq; aliqui antiqui, aut Plato nici aut alij, dicebant esse in illo inani quasdã dimensiones interminatas q̃ erãt quãtitates separate ab aere inde exeũte, ⁊ a vino subintrãte: quę quidem se penetrabãt prius cũ aere ⁊ postea cũ aqua. Eo modo (vt reoz) quo Christiani credimus corpoza gloziosa cũ quantitate cęli se penetrare. Ratio istoꝝ erat hęc, quã hic tãgit Aristo. Locus est id qõ manet immotũ qñ locatũ mouet: ergo pręter aerem exeuntẽa vase ⁊ aquã succedẽtẽ debet esse aliquid qõ sit locus manẽs immobilis: illud autẽ non põt esse doliũ continẽs: ex eo (vt dicit hic. S. Thom.) qz etiã aliquãdo ad motũ locati mouet dolium continẽs, ⁊ tñ locus debet manere immobilis. Vel forte ratio qua putabãt corpus cõtinẽs nõ esse locũ, erat, qz locus debet esse equalis locato: ⁊ continẽs semper est maius locato: qz non aduertebãt quomodo locus debet esse equalis locato solũ scõm superficiem concauã. Et ideo ponebant illas dimensiones quę adequate se penetrant cũ locato, esse locum. ¶ Negat ergo Aris. ita esse vt illi putant ꝙ intra latera continẽtis sit res aliqua immobilis pręter corpoza quę transferunt. i. pręter aerem exeuntem ⁊ aquã subintrantem quę successiuę tãgunt latera cõtinentis, atq; adeo replent totum spaciũ: nec manet aliquid immobile pręter continens ipsum. Et hoc est quod ait. Hoc autem non est ꝛc.

Si autẽ esset aliquod spaciũ aptum natura, ac manens in eodẽ loco: infinita vtiq; essent loca. Translato em̃ aere & aqua idẽ facient partes õẽs in toto, quod nunc tota aqua in vase. ¶ Simul autẽ: & locus erit mutatus. Quare erit loci & alius locus: & multa loca simul erunt. non est autẽ, alius locus partis in quo mouetur, cum totum vas transfertur: sed idem. In quo em̃ sunt, vicissim transferuntur aer, & aqua, aut partes aquę: sed nõ in quo sũt loco, q pars est eius loci, qui est locus totius cæli.

¶ Subsequẽter in tex. 37. probat ꝙ infra latera cõtinentis nulla sit alia res quã corpus locatũ, duabus rationibus: quas Themist. Philo. ⁊ priſci omnes merito aiunt esse obscurissimas, ⁊ vix vnq; expositas. Ratio prima est hęc. Si locus esset spaciũ (puta dimensio inter latera spaciũ, distincta a locato) sequeretur ꝙ essent simul infinita loca, actu respectu partiũ locati. cõsequens est impossibile: ergo ⁊ añs. Sequelã diuersimode exponunt. Eam tñ sic mihi videoꝛ intelligere. Partes locati scõm Aristo. ⁊ rei veritatẽ, nec sunt per se in loco neque habent propria loca: sed sunt per accidens in loco totius. Cuius ratio est qz locus per se ⁊ prozius debet esse actu diuisus a locato, ⁊ illi equalis secundũ totas superficies, cõcauam loci, ⁊ connexam locati, ⁊ manifestũ est quod nulla pars aquę existentis in vase est hoc modo in loco propzie. Mã partes interioꝛes nõ tangũt superficiẽ concauam vasis, quę est locus: sed sunt cõtinue aliꝭ partibus aquę: ⁊ pars superficialis non potest dari quin secundũ profunditatẽ sit etiã continua aquę. Quare si locus est superficies continẽtis, nulla pars locati habet perse propriũ locũ. At si locus non sit superficies continentis sed dimensiones illę quę se penetrant cũ toto locato, nõ requiritur equalitas loci ⁊ locati secundũ superficies, sed secundum totam quantitatem dimẽsionis loci se penetrantis cũ toto locato. Ideoq; singulis partibus locati respondent singula propzia loca: vt puta dimẽsio quę se adequatę penetrat cũ tali. Et p consequẽs sunt infinita loca. ¶ Quod si si quis arguat ꝙ illę dimensiones sunt omnes cõtinue: ⁊ per cõsequens nõ sunt actu propzia loca, sicut nõ sunt actu diuisa entia. Responsio ad hoc est adnotanda, ꝙ scõm illoꝝ opinionẽ nõ requiritur, vt aliquid sit prozius locus, ꝙ nõ sit continuus alteri loco: hoc enim requirit scõm Aristot. idcirco, ꝙ superficies cõcaua loci debet esse equalis superficiei cõuexe locati: ⁊ ideo quãdo pars cõtinui discõtinuat producit noua superficies, quę fit actu locus. vt si oculus discontinuaret a parte cerebri in qua est ⁊ maneret in eodem loco. At vero scõm illoꝝ opinionẽ, si pars locati discontinuaretur, in eodem loco maneret, in quo modo est (vt inquit hic. S. Thom.) puta in eisdem dimẽsionibus: atq; adeo eadem dimẽsio, quę tunc esset ꝓprius locus partis, est ⁊ modo. Quin etiã (quantũ illoꝝ opinionẽ coniector) neq; dimẽsiones totius spatij vasis, quę sunt locus totalis aquę, sunt actu per se diuise: quinimo cõtinuant cum dimensionibus penetrantibus se cum lateribus vasis: ⁊ illę cum aliꝭ quę sunt locus circunstantis. Itaq; sunt eędem dimensiones continuę per totum orbem cũ quibus se penetrant elementa ⁊ mixta. Et hoc est quod ait

quod ait hic Phil.[idem facient partes oēs ꝛc.] id est,sicut tota aqua est in dimēsionibus quę sūt partes aliarū dimensionū tanquā in proprio loco, ita ꝛ oēs partes sunt in toto .i. dum vniunt sunt in suis ppriis locis. ¶Secunda ratio est illic.[Si mul autē ꝛc.]Et est hęc,Si locus aquę esset spacium illud contentū inter latera vasis, sequeret ꝙ loci esset alius locus.i.ꝙ duo ꝛ plura essent loca adequata,quorum vnus esset in alio: qō est absurdum:Probatur sequela.Cum vas plenū aqua transfertur ꝛ mutatur simul cū aqua, necesse est vt trāsferatur illud spaciū qō erat inter latera vasis:tunc ergo totū illud aggregatū ex vase ꝛ spacio(.i.ex dimensionibus ꝛ aqua)recipitur in alio spacio.s.in alijs dimensionibus:per cōsequens illę dimensiones ꝛ spaciū inter latera vasis, quod est locus aquę, recipientur in alijs dimēsionibus tā quā in loco adequato:cōsequens tū(inquit) est falsum.Cum enim(inquit)totū vas transfertur, nō est alius locus partis in quo mouet.Aquā totam appellat partem illius aggregati ex vase ꝛ aqua. Et vult dicere ꝙ cum vas transfert,aqua vel aer, quo vas est plenum,nō mutat perse locū, sed per accidens ratione vasis. Et hoc est qō ait [in quo enim sunt ꝛc.]aqua vel aer in eodē loco in quo modo sunt(puta in superficie vasis) transferunt, cū transfertur vas. ¶Quod autē subdit[sed non in in quo sunt loco ꝛc.]hoc modo intelligit. Cum dixisset contentū in vase moueri de per accidens qñ mouet totum vas,explicat non hoc esse verū vniuersaliter,vt pote quādo vas seu continēs mouetur,contento manēte in eodem loco formaliter respectu centri mundi.Quādo eñ aliquis homo est in fluuio vel inaere,licet aer vel aqua circundans hominem fluat,homo tamē nō mouet. Immo superficies aeris succedentis reputat idem locus:qr manet in eadem distantia ad centrū terrę ꝛ ad pūcta fixa cęli.vt.q.1.amplius explicabimus. Vel si nauī in qua sum mota versus orientem,ego mouerer versus occidentē,vt nō mutarem Zenit cęli, ego non mouerer.Et hoc est quod ait,ꝙ aqua vel aer non mouent qñ sunt in loco codē,qui est pars eius loci,qui est locus totius cęli.i. quādo manēt in eodem puncto respectu orientis, ꝛ septemtrionis,ꝛ centri terrę.Sed de hoc latius.q.1. ¶Adnotauerim hic tamen, ꝙ Aristo.nō formauit rationē hanc secūdam tanquā demonstrationē aduersus illos.Sed ꝓbabiliter dixit ꝙ cū vas mutat et trāsfert trāsferūt simul dimēsiōes q̄ erant intra latera vasis.Credo nāq; hoc illos negasse. Nam fingebant dimēsiones fixas coutinuas in toto orbe,quibus immotis per illas penetratiue mouent corpora:veluti Christiani affirmamus post diē iudicij corpora gloriosa mouenda intra corpus cęli penetratiue.Et sic quādo amphora mouetur, non mouentur dimensiōes quę erant inter latera. Immo hac de causa dicebant illas esse locum,quia sunt immobiles ad motum locati. Sunt tamen hęc antiquorum nugę: ꝛ ideo quicquid illi negassent bene arguit Aristo.ꝙ dum vas mouetur,quicquid postiuum est intra illud,mouetur simul cum illo.

Z^a vō

Nota.

Dimensiones.

Et materia etiā videbit vtiq; esse locus:si in quiescente aliquis cōsideret, & non separato,sed continuo. Vt eñ si alteratur est,quippiam quod nunc quidem album est olim autē nigrum, & nunc quidem durum, olim autē mole(quopropter dicim⁹ esse aliquid materiam)sic & locus per hanc quandam videtur esse imaginationem. Verum illud quidem:quoniam quod erat aer, hoc nunc aqua est. locus vero: quoniā vbi nunc erat aer, hic nunc est aqua. Sed materia quidem sicut dictum est in prioribus:neque separabilis à re,neque cōtinens est.locus autē ambo.

Textus. xxxviij.

¶In tex.38. probat tertium membrum prioris diuisionis.s.ꝙ nec locus est materia.Adducit tamē prius apparentiā ad contrariū,dicens,ꝙ si cōsideretur analogia inter locum ꝛ materiā,videbit locus esse materia. Conueniūt enim quod sicut eadem numero materia manens successiue recipit diuersas formas,ita ꝛ idem manens locus diuersa locata.Differunt autem, ꝙ locus subiecto separatur a locato:materia vero ꝛ forma,sicut substrīt ꝛ accidens,sunt idem subiecto.Et hoc est quod ait [videtur materia esse locus,si quis consideret in quiescente,ꝛ non separato].i.si solum cōsideret ꝙ quēadmodum materia eadem manens suscipit diuersas formas,ita locus idem quiescens diuersa locata,quę illic succedunt:ꝛ nō cōsideret ꝙ locus separatus subiecto a locato:materia vero non,sed est continua formę.i.sunt vnum subiecto. Vt eñ qō nūc est album,idem postea est nigrū ꝛc.ita idē locus qui nunc suscipit vnum locatū,deinceps recipit aliud. ¶Excludit autē materiā esse locū triplici cōstituta differentia.Prima qō materia ita recipit successiue formas,vt virtute illius idē subiectum recipiat in recto diuersa predicata successiue:nam ꝓpter materiā quę manet eadem concedimus aliquo modo,id qō erat aer,nunc esse aquā ꝛ proprie id quod erat album,nunc esse nigrum. De loco autē non ita:sed in obliquo concedimus, ꝙ in codē loco,vbi erat aer,nunc est aqua. Scōa differētia est illa suprapositā.s.ꝙ materia recipit formā tanquā subm̄,ꝛ ideo materia ꝛ forma nō separātur:sed sunt vnum subiecto: omnia enim quę sunt in Petro sunt idem subiecto:locus autē nō isto modo recipit locatū,sed tanquā res diuersa. Tertia differētia est ꝙ locus continet locatū:materia vero non cōtinet formam,sed suo modo continetur:quia continere dicit actum:materia vero est pura potentia. Quare locus in hoc similior est formę quā materię.

Si igitur nihil horū trium locus est, neq; species, neq; materia, neque spacium semper aliquid existens alterum præter spacium rei trāslate:necesse est locum esse reliquum ex quatuor,continentis, scilicet terminum corporis: Dico autem contentum corpus, quod mobile est secundum loci mutationē. Textus. xxxix.

¶In tex.39. a sufficiēti diuisione,quā fecerat tex.55.cōcludit ꝓpriū genus definitionis loci.Aut eñ vel spaciū,ꝙ si locus vel est forma,vel materia,vel vltimus termin⁹ cōtinētis:ꝛ nō est forma,nec materia,neq; aliqō spaciū prēter spaciū rei translatę (id est, alię

(id est, aliqua dimēsio distincta a quātitate rei locate quę mutatur localiter) fit vt sit quartū: puta terminus vltimus cōtinentis Dimensiones illas ⁊ spaciū separatū vt infra tex. 61. copiosius patebit, censebāt esse accidēs (puta quātitatem) per se subsistēs: sine subiecto, q̄ cū recipiunt corpus physicum, exercent vicem loci, cum vero carēt illo, cēsebantur esse vacuum. Et ꝓpterea appellabant illud spacium vacuū separatū. s. a corpore physico. Ideoq; ne quis putet locum cōtinere illas dimēsiones immobiles supra impugnatas, subdit ꝙ cōtentum nihil aliud intelligit quam corpus ipsum mobile secundum locum.

Videtur autē aliquid magnū esse, & difficile caput locus: tum quoniā esse materia videatur atq; forma, tum quoniam in ipso continente quieſcēte fit translatio eius quod fertur. Posse em̄ videtur esse spacium medium: aliud quippiam à motis magnitudinibus. Comfert autem aliquid: & aer apparens incorporeus esse. Videntur enim non solum termini ipsius vasis, esse locus, sed & quod intermedium est vt vacuum.

Textus. xl.

¶Constituto genere definitionis prosequit Aris. tex. 40. rimari vltimā differentiā, seu propriā passionem loci, quę est, vt sit immobilis ad motū loci. Ait ergo difficilem esse considerationē loci: cū ex eo ꝙ censetur ab aliquibus esse vel materia vel forma quarū consideratio in physica perdifficilis est, tum maxime: q; motus localis fit a loco in locum, locis ipsis quieſcentibus: ꝙ autē sit aliquis locus quieſcens qui nō moueat ad motum locati, nihil aliud censetur esse, quā vacuū illud, ⁊ inane spacium in quo recipitur locatū: nā quicquid est cōtinens, est pariter mobile cū locato. Et enim amphora mouetur cum vino, ⁊ aqua fluuij cū piscib⁹: ⁊ aer me circundans pōt ⁊ mecū moueri. Sic videtur ꝙ locus nō est, nisi illud inane volij in quo recipitur vinū. Et hoc confirmat saltem in ęstimatione vulgariū: quibus, cū aer incorporeus ht ⁊ insensibilis, apparet in vase aere pleno, esse vacuū. Concludi ergo videt, ꝙ nō terminus cōtinentis sed interuallum illud sit locus.

Vt autem vas, locus est qui transferripōt: sic locus, vas immobile. Quapropter cū in eo quod mouetur quippiam moueatur, muteturq; id quod intus est, vt in flumine nauis: vt vase magis quā loco, vtimur continente. Vult autem, immobilis esse, locus. Quocirca totus magis fluuius, locus est: qa immobilis totus est. Quare cōtinentis terminus immobilis, primus: locus est.

Textus. xli.

Loci definitio circa ꝙ versat. q. 1.

¶In tex. igitur. 41. explicat proprietatē illam loci, quę est esse immobilē: atq; adeo exacte colligit definitionem loci. Et q; locus res est occulta ostēdit locum ex vase: qđ nobis est manifestum. Cōuenit enim inter locū ⁊ vas, ⁊ pręterea differt: obidque ingeniose ait ⁊ locum esse quoddā vas: ⁊ vas rursus, quendā locū. Nisi ꝙ locus est vas immobile: vas vero locus mobilis. Locus enim admodū vasis, continet locatū: additur vero naturę loci, vt immobilis semper maneat, locatis vicissim inde translatis. Vasis autē natura est ad res vehēdas ⁊ loco mutādas: iuxta illud actuum. 9. vas electionis mihi est vt portet nomē meum ꝛc. ⁊ ideo vasi, nihil repugnat simul moueri cum locato. Unde infert ꝙ cum quippiā mouetur in alio, qđ itidē mouetur, vt cum nauis monetur in fluuio ad fluxum aquę, tunc inquit vnde deferentes secum nauim, potius se habent vt vas nauis, quā vt locus. Quē admodū ⁊ nauis potius se habet vt vas eorum q̄ mouenť in naui, quā vt locus. Locus etenim suapte natura vult esse immobilis. Quocirca totus potius fluuius est locus cōmunis in quo mouetur nauis. Fluuius enim idem dicitur vt Tormes (qđ est singulare nomē) q; aquę, quāuis alijs alię succedant, tamē ista aluens immobilis permanet respectu orientis ⁊ poli fixi in ęclo. Locus inquā cōmunis: q; nauis non occupat totum fluuium, sed solam partē. ¶Concludit ergo definitionē loci dicens. Locus est terminus cōtinentis, immobilis, primus. Terminus cōtinentis ponitur loco generis. Et debet esse terminus actu. vt tex. 34. expositum est. i. superficies concaua, qua continens intrinsece terminatur. ¶Immobilis ad differentiā vasis. Et est sensus, qđ talis superficies ea ratiōe qua nō mouetur ad motum locati, sed semper manet in eadem altitudine respectu centri terrę, ⁊ in eadem lōgitudine respectu orientis, ⁊ in eadē latitudine respectu poli (ita em̄ geometrę lōgitudinem ⁊ latitudinē metiūtur) est locus. Non em̄ locus supponit pro respectu: sed pro superficie cōtinente talem respectum. Unde locus arboris suis radicibus fixę in fluuio semper est idem, quamuis aqua circunstans incessanter fluat. Nam licet superficies circūstantes sint semper diuersę in genere quātitatis, sunt tamen idem locus. Quod quęstione prima copiosius examinabimus. Postmus, ponitur ad differentiam loci communis: superficies em̄ cōuexa lunę, sicut superficies gymnasij, sunt mihi loca communia: verum locus propriius sola est superficies aeris, quę me circunqua que contingit.

Atque propter hoc medium cæli, & vltimū ad nos circularis lationis: videtur esse, hoc quidem sursum, illud vero deorsum, maxime omnibus ꝑpriē. quoniam illud quidem semper manet circuli autem vltimum, similiter se habens manet. Quare, cum leue quidē sit, qđ sursum fertur natura, graue vero, quod deorsum: qui versus mediū cōtinet terminus, deorsum est, & ipsū medium. qui verō versus vltimū: sursum, & ipsum vltimum. ¶ Et propter hoc: videtur planum quoddam esse & veluti, vas, locus, & continens. ¶ Amplius:

Tex. xlij

plius: simul cum ipsa re quodammodò etiam locus existit. simul enim cum finito: fines sunt.

¶In tex. deniq. 42. & postremo per amplius explicat particulas tres diffinitionis loci. Et primo q̄ sit immobilis, exēplo & authoritate omniū physicorum. Sane qui duo fixa & immobilia loca reb⁹ naturalibus statuunt. s. mediū cęli (qō est centrū terrę) & vltimū quo ad nos circularis lationis. i. superficies cōcaua orbis lunę. Et hoc (. s. cōcauū lunę) est locus sursum, quo mouent leuia, illud vero (s. centrū terrę) est deorsum, quo mouent grauia.

Quod autē vterq; locus sit immobilis patet: q̄ centrū semper permanet immobile: concauum vero licet circulariter ferat, tñ semper permanet in eadem distantia lōgitudinis respectu centri. Circa qō cęlū mouet: & ideo dicitur mediū cęli. ¶Secundo inquit genus loci esse non materiā vel formā, quę sunt de prędicamēto substantię, neq; dimēsiones illas separatas a locato (vt tertia ferebat opinio) sed planū quoddā. i. cōcauā superficiem de genere quantitatis. ¶Tertio demū ex dictis sub infert quomō locus & locatū sunt simul, atq; adeo equalia. Non enim debent esse simul aut equalia vt opinio illa fingebat, quę affirmabat locum esse dimensiones quę sese intus penetrant cum toto locato: sed debent esse simul. i. contigua secundum superficies concauam loci & conuexam locati: & secundum tales superficies equantur locus & locatum. Nam cum superficies non sit diuisibilis secūdum profunditatem, neutiquam concaua loci, maior esse pōt, quam conuexa locati. Sequitur. q. i.

QVO OSTENDITVR QVO modo res quæcunq; sit in loco.

CAPVT V

Textus. lxiiij.

IGitur corpori est aliquod corpus extra, continens ipsum: hoc in loco est. cui vero non: minime. Quocirca etiam si aqua fuerit huiusmodi: partes quidem mouebuntur ipsius: cōtinent enim a se inuicē. Totum autē, est quidem vt mouebitur, est vero vt enim totum, simul locū non mutat. circulariter autē: mouebitur (partiū enim hic locus est) & sursum quidem & deorsum non. Circulariter autem nōnulla: alia vero sursum & deorsum, quæcunq; habent densitatem & raritatem.

¶Posquā diffinitione cōstituit quidnā sit locus, in hoc demū quinto capite septē textus complectenti pergit Phi. ostendere quot modis contingat rem aliquā esse in loco. Et id absoluit in quatuor prioribus textibus. Nam in reliquis tribus respondet contrariorum argumētis. Atqui tota causa sermonis huius fuit suprema sphera cęlorū. Nam cū dictum sit terminū cōtinentis esse locū, & supra primū orbē nullū sit corpus cōtinens, consequens esse videtur, suprēmū orbē nō esse in loco. Quapropter intēdit hic cōstituere eiusmodi cęlū nō esse in loco rōne totius. sed rōne partis. Ad qō ostendendū pręmittit tres distinctiones. ¶Prima est in hoc tex. 43. Dupliciter aliquid est in loco. s. scōm se totum: & scōm partes. Et primus modus est essendi in loco, ppie & simpliciter. Et illud est hoc modo in loco, extra quod est aliud corpus continens: cuius superficies cōcaua est propria locus scōm positā diffinitionē. Illud autē cui nullū circunstat corpus, non est propie & simpliciter in lo co: sed scōm quid. i. secundū partes. Et q̄ locus vt tex. 32. dictum est, innotescit per motū, subiungit exemplū q̄ si illud corpus, extra qō nullū est reliquum, fuerit aqua, partes quidē eius mouebunt: q̄ inuicem continentur quodāmodo tanquā loca in potentia: vt statim explicabitur: totū autē insū quodāmodo mouebit, quodammodo vero nō. Nā cū totū nō mutet locū, poterit quidē circulariter moueri quatenꝰ vna pars succedit in loco in quo erat alia, & hoc est qō ait [partium enim hic locus est]. i. locus qui mutatur per motum est locꝰ partium. Sursum autē vel deorsum. i. motu recto nō mouebitur: q̄ totum non pōt mutare locum: qō requiritur ad motum rectum. ¶Ponit exemplum de aqua, vel forte q̄ philosophi audierant apud Ægyptios quod ipsi ab Hebreis acceperant. s. firmamentū diuidere: inter aquas, quę sunt sup firmamētum & quę sunt sub firmamento: vel (qō est verisimilius) id solū ponit exempli gratia, ppterea q̄ ad experientiā cōstat quomodo partes aquę mouētur in vase (q̄ facile sibiipse cedunt) dato q̄ tota aqua nō mutet locum. Quod etiā in toto mari cōperimus. Scio Cōmentatorē hoc exēplū non referre ad suprēmā spheram: sed ad totū vniuersum: nempe qō sicut in toto elemento aquę, aliquę partes mouētur sursum. Et alię deorsum, alię circulariter, ita in totouniuerso. Verisimilius tamen est ad hoc solum esse positū, vt intelligatur quomodo stet vltima spheram moueri secundum partes, & non scōm totum: nam illius causa sermo hic summotus est. ¶Concludit ergo Aristo. corū quę mouentur alia moueri circulariter, quę non necesse habent mutare locum scōm totum, alia vero recte. s. sursum vel deorsum [quęcunq; habent densitatem vel raritatē]. i. grauia & leuia: quia vt densitas, grauitatis, ita & leuitatis raritas est causa.

Vt autem dictum est: alia quidem sunt in loco secundum potentiam, alia vero secundum actum. Quapropter cum continuum quidem sit id quod est similium partium: secundum potentiam in loco partes sunt. cum vero separata quidem sunt: tangunt autem se, vt aceruus: secundū actum. Textus. xliij.

¶In textu. 44. subdit distinctionem secundam qua explicat quomodo partes continui sunt in loco præsertim, quando totum non est in loco. Dupliciter enim aliquid est in loco scilicet potentia vel actu. Potētia quidem quādo locus nō est actu diuisus a locato actu vero quādo est actu diuisus. Exempli gratia dum oculus meus continuus est cerebro, nō dabitur vltima superficies cōtinentis in actu: si autem diuideretur a cerebro, produceretur noua superficies concaua cerebri

que esset locus oculi. Et ideo ait ꝙ partes cōtinui sunt in loco in potentia, partes vero acerui granorum milij sunt in loco in actu. Et loquitur de locis proprijs partium: nam tanquam in loco communi omnes partes continui sunt ratione totius in loco totius. Quapropter cum suprema sphera nō sit tota in loco, sit vt quelibet eius pars tantū sit in loco in potētia: puta in alia parte cui est cōtinua.

Atque alia quidem, perse. vt omne corpus, aut secundum loci mutationē aut secundum augmentum mobile, perse alicubi existit. Cœlum autem sicut dictum est, non est alicubi totum neque vllo in loco est, siquidem nullū corpus ipsum continet. quo autem mouetur, hoc etiam locus est partibus, altera enim partium, alteri adherens est. Alia vero, secundum accidens, vt anima, & cœlum. partes enim in loco quodammodo omnes sunt. in circulum enim continet alia aliam. ¶Idcirco moueturquidem circulariter solum, quod sursum est. Totum autem, non alicubi est. quod enim alicubi est. & ipsum aliquid est, & adhuc aliud aliquid esse oportet præter hoc in quo sit, quod continet. Præter autem vniuersum ac totū nihil extra est.

Textus. xlv.

¶Tertiam distinctionem subiungit in text. 45. dicens alia esse in loco perse: alia vero accidens. Illa sunt in loco perse que mouentur secundum locum .i. que secundum se totum mutant locum motu recto, aut illa que augentur ad maiorem locum, vel decrescit ad minorem. Semper perseuerat ꝓbi. esse in loco, diffinire & explicare per motum ad locum: vt ea tantum sunt proprie in loco, que proprie mutant locum. Cœlum vero [inquit] nullibi est totum. Aliqui accipiūt hic cœlum pro vltima sphera sed forte id accipit pro aggregato omnium simul orbium. Et quantum ad rem idem est: nam neq; vltima sphera, nec proinde totum vniuersum, habet extra se corpus quo contineatur. Unde infert ꝙ loci, quo totū mouetur, locus est partibus. Quod est dicere, totum non moueri, nisi secundum loca partium: que sunt loca in potētia [vt dictū est] quatenus pars que modo est in oriente postea est in angulo medie diei, postmodumq; in occidēte. ¶Subdit duo exempla corū que mouētur per accidens. ꝓbi mū de anima: que cum sit in diuisibilis, nec est in loco perse, nec mouetur secundum locum, nisi ratione corporis. Alterum est de cœlo quod quamuis sit diuisibile, non tū habet extra se locū quo moueat recte: sed est in loco secundum partes que se inuicē in circulum continēt. Nā, vt expositum est vna est locus impotentia alterius: si enim sydus qō nunc est continuū orbi, adeo supra naturaliter diuidere tur, manente in eodem loco, esset tūc actu in loco: modo aūt est in loco impotēria. ¶Infert ex dictis duo corolaria. ꝓmum est: idcirco cœlū solū moueri circulariter, quia talem motū non requiritur esse proprie & perse in loco totum autem. i. vniuersum non est in loco proprie. Ad hoc enim requiritur ꝙ præter id quod cōtinetur in loco sit aliud corpus quo cōtineat at vero extra vniuersū nihil est.

Et propter hoc omnia in cœlo sunt Cœlum enim ipsum totum fortasse est. ¶Est autem locus, non cælum, sed cœli quiddam, vltimus. s. & tāgens mobile corpus & terminus quiescens. & ob hoc, terra quidem, in aqua est. hæc vero: in aere. hic autem, in ethere, & ether in cælo, cælum autem, nō amplius in alio est.

Textus. xlvj.

¶In textu. 46. infert primo secundum corolariū: mēpe ꝙ omnia sunt in cælo, illud aūt nullibi. Nam cælū inquit totum fortasse est. i. oīa ambiēs contineq;. Dit, fortasse, nō q; dubiter sed q; nōdū (vsq; ad libros de celo) ostensum est extra cælū nihil eē. ¶At nequis ipsum contradictionis redarguat, explicat ꝙ ly cælū. i. aggregatū omniū cælorū oīa sub se cōtineat: non tū totū corpus cæli, sed quiddam illius. i. vltimus terminus, est locus: vtpote superficies concaua lune, que tangit corpus mobile, puta ignem. Terminus inq; ille, quiescens. i. non quatenus circulariter mouetur, sed quatenus semper est in eadem distantia a centro terre: vt text. 42. expositum est. Et eadem ratione terra est in aqua: aqua vero, in aere: aer in ethere. i. in igne: ignis in cælo cælum vero nullibi.

Manifestum autem ex his, quod & dubitationes omnes soluentur. si hoc modo dicatur locus. Neque enim simul augmentari necesse est locum, neq; que puncti esse locum: neque duo corpora, in eodem loco neque spacium aliquod esse corporeum: corpus enim est medium loci quoduis, sed nō spacium corporis. Et est locus alicubi, non autē vt in loco, sed vt terminus in termino, non enim omne quod est, in loco est, sed mobile corpus.

Textus. xlvij.

¶In tex. cōsequēter. 47. respōdet ad argumenta quibus supra argumētatū est ad partē negatiua videlicet ꝙ nullus sit loc⁹. Que quidē vt tex. 8. vsq; ad. 13. visus est, sunt numero sex. Nec tū ad oīa, sed ad quatuor precise, neq; ordine quo ꝓpositę sunt, respōdet. ¶Sexta ratio erat in tex. 13. ꝙ si nullus est loc⁹ sine locato nec locatū siue loco. sed semper sunt equalia tūc qū res augetur necesse est vt eius locus augeat. Ad quā respōdet negādo cōsequētiā nā: cū locus sit superficies cōtinētis, qñ arbor. v. g. augetur acquirit maiorē superficiē cōtinētis, ꝙs nō fit maior per augmētū ꝓprium (sic vt arbor augetur ab intrinseco) sed per augmētū improprium quia acumulatur noua superficies precedēti. Dicitur aliqui expositores ꝙ illa cōsequētia teneret si loc⁹ esset spaciū & dimēsio que se penetrat cū locato. Sed tamē nec tunc profecto, sequitur ꝙ si pro

Respondet ad argumentis.

priꝫ augetur locatum(vt viuẽtia augẽtur)augere tur illo modo locus,sed tunc locatum extenderetur ad maiores dimensiones.sicut nunc extẽditur ad maiorem superficiem.¶ Secunda ratio erat in tex.9.ꝙ si corporis esset adequatus locus,eadem ratione ⁊ puncti esset locus.Que consequentia nihilvalet: quia punctum cũ sit indiuisibile non potest ambiri loco adequato. Sed solum sequitur ꝙ cuilibet puncto superficiei concaue locantis corresp̃ondet punctus in superficie conuexa locati. Quocirca secundum opinionem tenentem locum non circuire locatum:sed esse dimensiones quę se penetrant cum locato,bona esset consequentia,ꝙ sicut locus corporis sunt illę dimensiones,ita ⁊ locus puncti erit simile punctum cor respondens illi in illis dimensionibus. ¶ Prima ratio erat in tex.8.ꝙ si est aliquis locus corporis.locus ẽt ipse oꝫ esse corpus nam si locus debet ambire totum locatum habens tres dimensiones,debet etiam ipse tot dimensiones habere. Hęc consequentia in opinione tenentium locum esse spacium ⁊ dimensiones quę se penetrant cum locato bona est: sed tamen secundum rei veritatem (quia locus est concaua superficies continentis).consequentia nulla est:quia potest ciusmodi superficies ambire omnes tres dimensiones locati,licet illa non sit corpus:quia non est diuisibilis secundum grossitiem Diuidetur autem ad diuisionem locati in sursum deorsum dextrorsum ⁊ sinistrorsum ante ⁊ retro.

Locus est insignis iste ad probandum ex mẽte Aristo.superficiem esse distinctam a corpore ⁊ percon sequens quantitatem a re quãta. ¶ Quinta ratio erat Zenonis in tex.12.Si locus est aliquid positi uum,ille erit in alio loco:⁊ ita in infinitum. Cui respondet per distinctionẽ primi cõsequentis locus enim potest esse in aliquo dupliciter: vno modo tã quam in loco:⁊ isto modo non sequitur,si locus est illũ esse in alio, vt patet de suprema sphęra quę est locus proxime inferioris ⁊ tamen ipsa non est in loco. Quinimo nullus locus isto modo potest esse in loco. Nam superficies concaua continentis, non potest esse discontinua a continente:⁊ per consequens ita non habet locum in actu. Alio modo locus est in aliquo vt terminus extrinsecus in eo ꝙ terminatur:⁊ hoc modo omnis locus est in aliquo puta in locato,vt tex.28.dicebamus. Unde locus respectu locati potius habet rationem formę quã materię. ¶ Tertia ratio erat in tex.10.Si locus est vel est elementum vel mixtum. Et quarta in tex.xi. Si locus est,debet reduci ad aliquod genus causa rũ. Quas hic silẽtio preterit[nec opus eas est discolnere]eo quod nullus fuit qui opinaretur locũ esse,vel tanquam elementum respectu mixti,veltã quam causa propria respectu effectus.

Textus. xlviij. Et fertur igitur ad suum ipsius locum, vnumquodque rationabiliter. Quod enim consequenter est, & tangit non vi: congeneum est. Atque simul adnata, impassibilia sunt:quæ vero se tangunt,passiua & actiua sunt ad inuicem. ¶ Et manet igitur natura totum in proprio loco .vnumquodque non irrationabiliter. Etenim pars hæc in toto loco,vt diuisibilis pars ad totũ est:vt cum aquæ moueat aliquis partẽ aut aeris.

¶ In textu.48,ex his quę supra dicta sunt, potissimum ex eo ꝙ locus est superficies continentis,elicit Phi.causam cur vnumquodq; entium naturalium quę sub cęlo sunt suapte natura feruntur ad sua cuiusque loca,⁊ in illis naturaliter manent. Et est equidem egregia physica. Enimuero quem ordinem partes orbis seruant secundum suam nobiliratem ⁊ naturalem perfectionem, eundem seruãt in situ ⁊ loco naturali: vt quemadmodum cęlũ nobilissimum est omnium,ita ⁊ omnium supremũ est:deinceps ignis,eo ꝙ reliquorum est prestantissimus, cęlo collocatur proximus: eadem ratione aer proxime situs est apud ignem: quia nobilior quã terra. Itaq; causa cur ignis naturaliter moueatur adconcauum lune est,quia cum sit elementorum optimum,situ naturaliter supereminet omnibus:⁊ ita suo ordine de reliquis. Et hoc est quod ait[quod consequenter est ⁊ tangit non vi].i.corpus quod non per violentiam: sed suapte natura contiguũ est alteri, congeneum est.i. cognatum est illi ⁊ perfectione proximum. Explicat deinceps amplius elementorum naturam,dicens,quando elementa sunt adnata.i.cõiuncta incompositione mixti,non se corrumpunt:sed quando sunt loco distincta ⁊ se tangunt. ¶ Subiungit deinde causam cur vnumquodq; manet in proprio loco naturali. Ratio enim est quia cum locus sit superficies concaua continentis,habet se locatum respectu loci quodammodo vt pars respectu totius:pars(inquit)nõ continua sed actu diuisa Et hoc est quod ait[vt diuisibilis pars ad totum] pars autem naturaliter conseruatur in suo toto. Ut si quis moueat partem aquę vel aeris a suo toto elemento, non quiescit quo ad vsq; reuertatur ad totum:cum autem fuerit in suo toto,illic naturaliter quiescit. Quo fit,vt si locus esset illud spacium ⁊ dimensiones dispersę per totum orbem,nulla esset ratio cur alia entia naturalia mouerentur sursum alia deorsum tanquã ad propria loca:nam illę dimensiones indifferenter se habent per totum orbem: sed quia aer.v.g. cognatus est igni ⁊ proximus ei in perfectione,naturaliter conseruatur in concauo ignis:⁊ ignis in concauo lunę.ꝛc.

Sic autem & aer,si habet ad aquam nam vt materia:illud autem, species. Textus. xlix. aqua quidem materia aeris est: aer vero veluti actus quidam illius. Nam aqua:potentia aer est.aer autem, potentia aqua,alio modo. Determinandum autem est de his,posterius,sed propter temporis oportunitatem, necesse fuit dixisse immanifesta autem nunc dictũ tunc erit manifestius. Si igitur idẽ est materia & actus(est enim aqua, ambo sed hoc quidem potentia, illud vero actu) se habebit vtique vt pars quodã modo ad totum. Quapropter & his tactus est. Copulatio autem, cum ambo

actu

actu vnum facta fuerunt. Et de loco quidem & quod est, & quid est dictum est.

¶In tex. tandem. 49. eleganter sane dilucidat quē admodum locus se habet vt totum respectu locati. Sic enim inquit aer (qui est locus aquę) se habet ad aquam: nam aqua inquit habet se vt materia respectu aeris aer vero vt forma vel vt tota species respectu materię. Quod probat eo q aqua est potentia aer: ꝛ licet aer sit etiam potētia aqua est aliomodo. Vbi notandum est (vt. 1. de generatione videbitur) q quamuis sicut ex aqua per rarefactionem fit aer, ita ꝛ ex aere per condensationem fiat aqua, [nam ex aere in cauernis terrę generantur fontes] tamen quia aer est perfectius ꝛ nobilius ens, aqua appetit aerem, sicuti imperfectū, perfectius: ꝛ materia, formam. Obidque cum ex aqua generatur aer, dicitur corruptio secundum quid ꝛ generatio simpliciter, veluti cum semen corrumpitur ex quo generatur homo: cum vero econuerso aer corrūpitur ꝛ generatur aqua, est corruptio simpliciter ꝛ generatio secundum quid: veluti cū ex homine generatur cadauer. Quapropter potius aqua se habet vt materia ꝛ aer vt actus, quam ecōuerso. De hoc autem licet posterius [inquit] libro de generatione determinandum sit exactius, nunc autem pro tempore necesse fuit hoc dicere ad ostēdendum quomodo aqua conseruetur in aere, ad similitudinem aliquomodo, quo materia conseruatur in sua forma aut in suo toto. Et hoc est quod subiungit, dicens, q licet idem sit materia ꝛ actus: aqua enim est ambo: materia. s. respectu aeris, q ex illa fit aer: ꝛ rursus actus respectu eiusdem q ex aere fit aqua: tamen quia aer est simpliciter perfectior, est simpliciter actus: aqua vero, quia est quid imperfectum, est in potētia actus, puta aer, ꝛ actu est materia. s. aqua. [Qua propter (inquit) ꝛ his tactus est]. i. hęc duo elementa immediate se contingunt tanquam locus ꝛ locatum. Copulantur autem cum miscentur in compositione mistī. Atq hęc de loco satis. Sequitur. q. 2.

DE VACVO. CAPVT, VI.

Textus. EODEM autem modo existimandum est esse physici, considerare & de vacuo si est aut non, & quomodo est aut quid est, sicut & de loco. namque similem habet & incredulitatem & fidem: per ea quę putantur, vt locū enim quendam, & vas, ipsum vacuum ponunt esse dicentes. videtur autem, plenum quidem esse cum habet illam molem cuius susceptiuum est. cum vero priuatum est: vacuum tanquam idē quidem sit, vacuum & plenum & locus, esse autem ipsis: non idem est.

¶Secundum membrum huius libri, vt in exordio dicebamus, versatur in cōsideratione vacui: quod quatuor deinceps capitula continet: textus autē secundum Commenta. 37. nempe vsque ad tex. 86. In primo namque capitulo recitat, cū suis cuiusq rationib⁹, antiquorū opiniones. In secūdo describit quidnā sit vacuū. In tertio, phat nō esse vacuū separatū a corporib⁹. Et in quarto, neq esse vacuū corporibus immixtū. Capitulū ergo istud de textibus septem distributum est. In primo, vt ordinem huius tractatus ad superiorem ostendat, ait, perinde ad physicum pertinere disputare de vacuo, atque de loco: nam similibus rationibus, quibus creditur esse locus, creditur ab antiquis esse vacuum: ꝛ quibus arguitur non esse locum itidem arguitur non esse vacuum: eo q locus ꝛ vacuum idē subiecto sunt: sed sola ratione ꝛ diffinitione differunt. Et hoc est quod ait (est autem). i. diffinitio ꝛ quidditas non est eadem ipsis. Quod est dicere. Locus ꝛ vacuum idem subiecto sunt: sed sola ratione ꝛ diffinitione differunt. Vt enim apud Aristot. vas idem quatenus aliquod corpus continet, puta aquam, dicitur locus plenus: ꝛ quatenus caret corpore, quo repleatur, dicitur locꝰ vacuus: ita apud antiquos ille dimensiones separate replere corpore physico erant locus: ꝛ sine illo erant vacuum. Non intelligit Aristo. rationibus eisdem re vera comprobari vacuū esse, quibus comprobatur locū esse: nam primum est falsum, ꝛ secundum verum: neque subinde apparenter argui locum non esse, vt vacuum non esse: sed ait q cum locus ꝛ vacuum sola ratione differunt similibus rationibus persuadebant sibi antiqui locum esse ꝛ vacuum esse. s. ad saluandum motum localem. Atque adeo quibus rationibus reprobatur dimensiones illas esse locum, refellitur ꝛ eisdem esse vacuum. vt in subsequentibus constabit. Obidq tractatus hic cōcinne assuitur superiori.

Incipere autem oportet considerationem: capientes & ea que dicunt affirmantes esse, & rursus quæ dicunt non affirmantes esse, & tertio communes opiniones de ipsis. Alij igitur monstrare tentantes quod non est: non quod homines volunt dicere vacuum, hoc redarguūt, sed peccantes dicunt, vt Anaxagoras, & qui hoc modo redarguunt. demōstrant enim quod aliquid est aer: strictę ligantes vtres, demonstrāteſq, quod fortis est aer, ac accipientes in clepsidris. Alij autem homines volunt, vacuum, esse spacium, in quo nullum est corpus sensibile. ¶Existimantes autem omne quod est, corpus esse, dicunt in quo omnino nihil est, illud esse vacuū Quapropter plenū aere vacuum esse.

Textus. lij.

Textus. lij.

¶In tex. 51. in fauorem eorum qui asserebāt vacuū reiecit modum quo Anaxagoras ꝛ eius sequaces redarguebant opinionē vacui tanquā in sufficientem

rem. Vbi adnotandum est, ꝙ vacuum (si esset) deberet esse locus nullo prorsus corpore repletus sensibili. i. quanto: nam res spirituales, vt quæstione. 2. adnotauimus, non replent locum. At vero quamuis omnes ponentes vacuum ita consentiunt. nihilominus erant nonnulli adeo sensuales Philosophi, qui nihil crederent esse in orbe, nisi corpora tãtum sensibilia: ea videlicet, que sensibus corporis percipimus. Et quia aer [non dico ventum sed elementum] nullo sensu percipitur putabãt vbi est solus aer nihil esse: ⁊ per consequens esse vacuum. Obidꝙ Anaxagoras existimabat, satis probasse nõ esse vacuum, cum probasset, vbi est aer non esse vacuum. Ait ergo Aristo. ꝙ oportet referre primum ea. s. eas rationes, quas afferunt affirmantes esse vacuum ⁊ secundo eas rursum, quas afferunt negãtes esse vacuum: ⁊ 3. communia quibus omnes cõueniunt. Atqui inter secundos sunt quidam qui redarguunt opinionem vacui non ad mentem eorum qui ponunt vacuum. Anaxagoras enim solũ demonstrabat, ꝙ aer est aliquod corpus, ⁊ ideo vbi est aer nõ esse vacuum. Quod autẽ aer sit aliquid probabat duplici experientia. Prima in vtre pleno aere: cui licet grauem lapidem superponas nõ cedit: sed resistit: ⁊ tamen si vter esset vacuus, non resisteret. sed comprimerentur latera. Secũda experiẽtia est de clepsidra: quod est vas ad furãdũ ⁊ surripiẽdum aquã dictũ a clepto ꝙ est furor, ⁊ idor quod est aqua, habet enim foramina parua infundo, strictumque desuper orificium. Quod quidem orificium si obstruas, quamuis fundum clepsydrę super aquam ponas, non intrabit aqua resistẽte aere, ne detur penetratio dimensionum. Dico non intrat nisi parum aque quantum cõdensatur aer, qui est facillimę condensationis. Aperto autem orificio quo exeat aer, subintrabit aqua. Si ergo aer resistit aque sequitur, vt sit corpus. Subiungit autem Phi. quod ratio Anaxagore est nimis particularis: nam alij. s. ponentes vacuum volunt illud esse spacium in quo nullum est corpus sensibile. i. quantum, ⁊ ideo qui aggreditur pugnare contra hãc opinionem deberet vniuersaliter probare nullum esse locum qui non sit corpore quanto repletus. Ratio vero Anaxagore solum procedit contra eos qui existimantes omne ens esse corpus scilicet perceptibile sensibus putabant aerem nihil esse, ⁊ per consequens quod plenum est tantum aere vacuum esse.

Anaxagoras.

Clepsydra

liij

Non igitur hoc oportet demonstrare, quod est aliquid aer, sed quod non est spacium aliud à corporibus aut separabile, aut actu existens quod diuidit omne corpus, vt sit non continuum quemadmodum dicunt Democritus & Leucippus & multi alij physiologorum, aut etiam siquid est extra vniuersum corpus existens continuum.

¶ In tex. 52. [qui perspicacius hic quam apud Cõmentatorem in illo verbo ; existimantes, secatur) aperit viam qua redarguendi sunt assertores vacui. Quorum aliqui erant [licet male] velut naturaliter loquentes. in hoc ꝙ ponebant vacuum in rebus istis mobilibus. Dupliciter autem. Aut extra corpora sensibilia. vt in aula ⁊ in campo vbi in rei veritate est aer: aut in mixtum corporibus. vt Democritus ⁊ Leucippus. Hi namꝙ vt lib. 1. super textum. 41. referebamus astruebant res ex insectilibus atomis componi. Et quia non intelligebant quomodo res distincte ⁊ discontinue essent, nisi inter illas vacuum esset, ponebant inter atomum ⁊ atomum porum vacuum ita vt mixtum, ex atomis per poros disiunctis esset compositũ. Obid que qui recta aggredi debet impugnationem vacui, huc neruum intendere debet, vt vniuersaliter probet, nec intra corpora, nec in corporibus aliquẽ esse locum, qui non sit corpore plenus. Alij erant non naturaliter loquentes de vacuo: vt Pythagorici: de quibus statim tex. 56.

Democritus.

Hi igitur non secundum positiones ad problema occurrunt sed affirmantes esse magis. dicunt autem vnum quidem: quod motus secundum locum: non vtique erit, hic autem est loci mutatio, & augmentatio. non enim videbitur vtique motus esse: si non sit vacuum. plenum enim non posse suscipere. si vero suscipiat, sintque duo in eodem: continget vtique & quodlibet simul esse corpora. differentiã enim propter quam non vtique erit quod dictũ est: non est dicere. Si autem contingat hoc & minimum suscipiet maximum. multa namque parua, ipsum magnum est. Quare si multa æqualia contingit in eodem esse & multa inęqualia.

Textus. liij.

¶ In tex. 53. prosequitur enarrare rationes ponentium vacuum ait ergo ꝙ hi. s. discipuli Anaxagore non secundum positiones. i. ad mentem ponentiũ vacuũ arguẽtes occurrũt: sed illi potius qui vacuũ defendũt apparẽtius argumẽtãtur. Illi nãꝙ qui ponebãt extra corpora, ponebãt illud propter motũ localem: credentes aliter huiusmodi motũ non esse possibilem. Cum enim quis [aiebant] deambulat, aut in loco illo, quo se recipit, erat ante corpus aut non: si non, ergo erat vacuum: si vero erat corpus, duo corpora erunt simul. s. quod prius erat, ⁊ quod denuo subintrat. Et idem argumentum fit de augmẽtatione arboris ad maiorem locum. Nõ enim mẽte videbant, quomodo aer secatur cõdensaturꝙ ad latera vt cedat corpori subintrãti. Rursus si duo corpora sunt simul in eodem loco, fit vt quodlibet. i. in quocũꝙ numero possint esse simul: differentia enim signari nequit cur potius possint esse duo quam plura. Et inde rursus fit ꝙ minimũ. i. minimus locus potest recipere maximum ꝛc. puta corpus cõpositum ex illis multis corporibus ęqualibus loco quę recipiuntur in illo. Et rursus si paruus locus, puta pedalis recipit corpus bipedale non solum recipiet simul plura corpora sibi ęqualia, sed plura etiam inequalia, atque maiora quod est absurdius.

Meliſſus igitur etiam ostẽdit quod vniuersum immobile sit: ex his: si enim mouebitur necesse est (inquit) esse vacuum,

Textus. liiij.

Vacuum

vacuum autem , non est eorum quæ sunt.

Melissus. ¶In tex.54.intrinserit obiter opinionem Melissi qua inuerso argumento probabat contrariam conclusionem omne ens esse immobile.vt enim illi arguebant a positione antecedentis adpositionem consequentis.Si motus est,vacuum est : motus autem est:ergo vacuum est.Melissus recipiens eãdem maiorem arguebat ex contrario consequẽtis ad contrarium antecedentis.Si motus est, vacuũ est:sed vacuum non est:ergo motus non est. vnde absurdius erat argumentum Melissi quam aliorum.Multo enim ad sensum notius est motum esse,quam vacuum esse.Quare illi concessa manifesta minori inferebant,falsum quidem sed non tam euidenter falsum:hic vero concessa minori, vera quidem,sed non tam manifesta,inferebat vnũ falsum contra experientiam.Utrique autem peccabant conditionalem illam maiorem concedentes.

Vno igitur modo demonstrant qđ
Textus. aliquid est vacuum,alio vero , quia vi-
lv. dentur aliqua cogi ac constringi, vt & vinum dicunt cumvtribus:recipere dolia,tanquam in ea quę insunt vacua,su-
Textus. beunte quod densatur corpore.¶Amplius autem , &augmentatio videtur
lvj. fieri omnibus per vacuum,alimentum enim corpus esse. duo autem corpora impossibile simul esse. ¶Testimoniũ autem &illud deficere faciunt,qui tantum aquæ recipit , quantum vas vacuum.

¶In tex.55.affert rationes tres eorum qui ponebant vacuum intra poros corporum.Primam sumebant a condensatione.Vt ergo ꝙ vno modo demonstrant vacuum esse.s.illo argumento proximę facto sed aliomodo , quia vident res non nullascõ densari ⁊ constringi,vt aqua dum gelatur. Illam vero partium comprehẽsionem intelligere non valebant:nisi positis poris vacuis quos partes sibinvicem accederent.Signum autem condensationis designabant in vtribus vino plenis.Experiẽtia enim est quod si totũ vinum magni dolij in vtres fundas, idem dolium capiet iuste totum etiam vinum cum vtribus , potissime mustum.Cuius causa est qꝛ vinum in vtrecõ pressum condensatur : ⁊ ideo mustum ⁊ vter simul
tres mus. non capiunt maiorem locum quam solum mustum ¶Ratio secunda atq; adeo similis sumitur ex augmentatione ⁊ nutritione. Etenim vt illi superiores recitati ex hoc ꝙ corpus dum augetur maiorẽ locum occupat,arguebant vacuum esse extra corpus vbi recipitur pars addita,ita Democritus persuadebat sibi poros esse vacuos intra corpꝰ animalis quibus recipitur alimentum : alias esset penetratio dimensionum. Qua rationem eleganter redarguit infra tex.63.¶Tertia ratio(vbi Cõmẽ.distinguit textum.56.)confirmatio est primę, seu testimonium condensationis:quę erat prima ratio. Est enim experientia quod si accipias duo equalia vasa alterum vacuum alterum cineribus plenum,tantum aquę capit vas cũ cineribus quãtum vas vacuum:vel saltem non tãto minus quãta est quantitas cinerum . Quod illi putabant signum esse pororum cinerum quibus recipitur aqua,cui experientię non satis respondebant: nam quamuis pori illi admitterentur , nihilominus partes cinerum aliquem locum deberent occupare:nisi dicerent ãtomos illas indiuisibiles nullum occupare locum.Quod erat ridiculum. Ad experientiam cinerum respondebitur infra.tex.63.

Esse autem affirmauerunt & Pytha- lvj
gorei,vacuum:ipsumque,cælum ex infinito spiritu veluti respirans ingredi, & hoc esse vacuum : quod disterminat naturas,tanquam vacuum : separatio quædam sit eorum,quæ sunt consequẽter:& disterminatio.& hoc esse primũ in numeris.vacuum enim disterminare naturam ipsorum. Ex quibus igitur alij quidem dicunt esse , alij vero non dicunt,tot fere ac talia sunt.

¶In tex.56.qui aptiuas hic,quam superius diuidi-
tur,recitat opinionem Pythagoreorum tertiam Pythago-
de vacuo.Qui in hoc erant velut non naturaliter ra.
loquentes,ꝙ (preter errorem vacui)ponebãt illud extra sphęrã vniuersi,⁊ inde subintrare in mundũ hunc.Simili enim formę ratione Pythagorici vt Democritus asserebant vacuum.Nempe quia intelligere non poterant quomodo esset rerum distinctio numerica ⁊ discontinuatio inter duo corpora indiuidua,nisi aliquid esset medium,quod nõ esset corpus.Vbidque vt Democritus in eodem corpore ponebat poros quibus atomi distinguerẽtur. Pythagoras ponebat extra corpora vacuum quo indiuidua numero distinguerentur,puta Petrus a Paulo:hoc lignum,ab illo ⁊c.Hoc autẽ vacuum ponebat extra vniuersum aiebat autemꝙ celum foraminibus quibusdam paruis inspirabat intra se vacuum illud adfaciendam huiusmodi distinctionem materialem ⁊ indiuidualem rerum. Hec opinio nimirum si tibi primafronte apparuerit contradictionem inuoluere . Si enim vacuum nihil est,quid,quomodo ve intrabat. Aliqui dicunt quod illud vacuum non erat simpliciter nihil.sed spiritus quidã temissimus vt sicut pulueres tenuẽ flatu respirantes diuidimus,ita celum inspirando intra se illud vacuum faciebat distinctonem numericam rerum . Et ad hanc metaphoram videtur hic Phi.alludere.Et cum distinctio indiuidualis
primo inueniatur in numeris] propterea enim illa dicitur diuisio numerica , quia vnumquodque ens perse est vnum ⁊ cum alio facit numerum) ponebat vacuum esse primo in numeris. Vacuum ergo istud extra celum est infinitum illud separatum materiale Pythagorę cuius meminit Phi.libro 3.textu.25.⁊.35. Philoponus dicit hanc opinionem Pythagorę esse solum metaphorice intelligendam:nempe quod distinctionem numeralem rerum appellaret vacuum:veluti cum flatu pulueres secernimus,videntur vacuitates medie inter eos restare.

Quid

QVID NAN NOMINE vacui designetur.

CAPVT. VII.

Textus. lvij.

VT autem sciamus vtrose modo habeat, oportet accipere, quid ipsum nomen significat: videtur igitur vacuum: locus esse, in quo nihil est. huius autem causa est: quia quod est, corpus esse putant. omne autem corpus: in loco esse. vacuum autem: in quo loco nullum est corpus. Quare sicubi non est corpus: ibi vacuum esse. ¶ Corpus autem, rursus omne putant esse tangibile huiusmodi autem est, quodcunque habet grauitatem aut leuitatem. Accidit ergo ex syllogismo, hoc esse vacuum in quo non est graue quicquam, aut leue. hæc igitur, sicut diximus etiam prius: ex syllogismo accidunt. Inconueniens autem est: si punctum vacuum sit oportet enim locum esse: in quo corporis sit spacium tangibilis.

¶ Postquã superiori capite attulit rationes Anaxagoræ negãtis vacuum, & aliorum id contra asserẽtium statuere hic intendit diffinitionem vacui, in qua omnes debent conuenire: vt inde initium disputationis capiat ad destruendum vacuum. Sunt autem in hoc cap. textus septem. In tribus ostendit antiquorum diffinitionem vacui esse insufficiẽtem: & in reliquis: eorum quoque rationes nihil valere in primo qui est. 57. exponit quid significat nomen vacuum apud veteres: nam quemadmodum ad demonstrandam passionem de subiecto oportet supponere quid est subiectum, ad ostendendũ an res significata per subiectum sit, oportet supponere quid nomen significet. ¶ Primum quod supponebant aliqui antiqui erat vacuum esse locum vbi nihil est. Et causa erat: quia intelligentias spirituales nondum cognoscentes nihil putabant esse, nisi corpus: & cum in rei veritate vacuum sit locus vbi non est corpus (nam angelus non replet locum) pro eodem accipiebant corpus, & ens: & in loco non esse corpus, & esse nihil. Inde rursus labebantur in alium errorem putantes nullum esse corpus, nisi tantum tangibile: omne autem corpus tangibile aut graue est aut leue. Tangibilia. n. corpora sunt cuncta, que continentur sub celo elementa & mixta: celum vero non est tangibile. Colligebant ergo hoc syllogismo hanc diffinitionem vacui. Vacuum est locus, vbi non est corpus graue aut leue. Fit autem hec ex syllogismo accidere. s. ex eorum deceptione, & non ex rei veritate: quia ista secunda (vt statim videbimus) non est sufficiẽs diffinitio vacui. ¶ Explicat particulam illam que ponitur loco generis. s. locus. Non enim vbicunq; non est corpus est vacuum, vt de indiuisibili puncto palam est: oportet ergo vacuum esse spacium corporis capax, corpore tamen carens.

At igitur videtur dici vacuum vno quidem modo non plenum sensibile corpore secundum tactum, sensibile autem est secundum tactum: quod grauitatem habet vel leuitatem. Quocirca dubitauerit aliquis, quidnam dicent si habeat spacium, colorem aut sonum vtrum vacuum an non? An videlicet si corpus quidem suscipiat tangibile vacuum esse. si vero non minime?

Textus. lviij.

¶ In tex. 58. mouet dubitatiunculam, quę est aduersus eos argumento. Si enim dicunt, vacuum esse locum, vbi non est tangibile corpus, & tangibile corpus idem esse quod graue aut leue, queritur ab istis, vtrum si esset locus repletus corpore, nec graui quidem nec leui (quale est celum) affecto tamen alio accidente, puta colore aut sono, quale aliqui ex antiquis putabant esse celum (coloratum quidem propter lucem, & sonorũ propter motum) talis locus esset vacuus. [An videlicet si illud corpus &c. In his vltimis verbis videtur mihi Aristo. velle istos contradictionẽ implicare. Si enim dixerint q̃ solum eum locum qui suscipit corpus tangibile. i. qui susceptiuus est corporis tangibilis, cum tali corpore caru erit, esse vacuum dicere tunc coguntur locum repletum corpore celesti aut aere (que illi putabant, non esse grauia aut leuia esse tamen colorata) vacuum esse) Si vero nõ minime]. i. si vero nõ fuerit necessariũ, vt locus nõ sit vacuus, corpus illud quo repletur, esse tãgibile: sed satis est esse corp⁹, sit vt talis locus nõ sit vacuus. Et ita est in rei veritate. Contradictionem ergo implicant, dicentes prius vacuum esse locum vbi nullum est corpus, & subiungentes postea vacuum esse, vbi non est corpus tangibile: cum detur locus, qui secundum primam diffinitionem non est vacuus & tamen secũdum alteram sit vacuus. Hinc colligitur, veram diffinitionem vacui esse, vt sit locus non repletus corpore.

Alio autem modo, inquo non est hoc aliquid neque substãtia aliqua corporea. Idcirco, quidam dicunt, vacuum esse corporum materiam. quiquidem & locum, hoc idem dicentes non rectę. Materia enim separabilis non est à corporibus. Vacuum autem, quærũt vt separabile.

Textus. lix.

In text. 59. subiungit secundam diffinitionẽ Platonicorum, qui etiam de vacuo errabant. Cũ enim vacuum nihil aliud sit, quam locus non repletus corpore. & Platonici (vt textu. 15. relatum est) dicebant locum esse materiam, & quatenus recipit formam, per quam res fit hoc aliquid. i. cõstituitur in hac specie: consequens secundum eos est vt materia (quatenus consideratur non determinata ad certam

certam speciem substantie per formam) sit vacuū Hos Aristo. reprehendit, q vt non recte dixerunt materiam esse locum, ita nec recte dicunt, eam esse vacuum: materia enim non est separabilis. i. subiecto distincta ab eo cuius est materia: locum vero atq; adeo vacuum omnes concedunt, rem esse distinctam a corpore, quo locus aut repletur, aut caret.

Textus. lx. Diffinitio vacui.

Quoniam autem de loco determinatum est, & vacuum locum necesse est esse (si sit) priuatum corpore: locus autem & quomodo est, & quomodo non est, dictum est: manifestum est igitur, quod sic quidem vacuum non est aut separatū aut inseparabile. vacuū enim non corpus, sed corporis spacium esse vult.

¶In tex. 60, postquam ostendit insufficientiam diffinitionis antiquorum, manifestare pergit eorum itidem rationes non esse efficaces. ¶Proponit ergo primum exactam diffinitionem vacui quā ex text. 58. colligit & q. 3. non copiosius explicabimus. Et inde arguit, q cum vacuum idem sit, quod locus non repletus corpore, & determinatum sit tex. 37. locum non esse spacium inter latera loci, puta dimensiones distinctas a corpore locato, sit, vt neque vacuum detur extra corpus quod localiter moueatur, vt dicebat prima opinio: neq; intra corpora, vt dicebat Democritus. Insinuat enim hic Aristot. hos assertores vacui eosdem esse qui supra posuerant. locum esse illas dimensiones, insensibiles distinctas a corporibus: quas tex. 37. reprobauerat Arist. quas, cum carerent corpore sensibili, appellabant vacuum. Et ideo dicitur vacuum extra corpora. i. distinctum a corporibus, sunt. n. accidentia sine subiecto, & quantitates per se subsistentes. Quod adsequentium intelligentiam notandū est. Et hoc est, quod subiungit [vacuum enim non corpus, sed corporis spacium esse vult] Argi. & Boe. vertunt, volunt. In codicibus grecis quos ego viderim, verbum est singulare, quod refertur ad ly vacuum, si autem sit plurale, referendum est ad opinionis authores.

Textus.

Qua propter & vacuum: videtur aliquid esse quia & locus, & per eadem. Venit enim motus qui secundum locum est: & ijs qui locum dicunt esse aliquid preter incidentia corpora, & ijs qui vacuum. causam autem motus: putant esse vacuum, sic vt in quo mouētur, hoc autem tale erit: qualem locum dicunt quidam esse.

¶Concludit ergo textu. 61. vacuum eandē rē esse, que est locus, sola ratione differens, vt supra dictum est eisdemq; rationibus convictos fuisse prisc os illos, vt crederent vacuum esse, quibus & locū esset puta ratione motus. Ut enim compertum est locum esse, eo q. mouens necesse est, vt locum vnū deserat & in alium se recipiat: ita arguebant illi vacuum esse, quia putabant locum quem mouens acquirit debere esse alio corpore vacuum, ne duo se corpora penetrarent. Et hoc est quod ait [venit enim motus secundum locum, &c.]. i. motus localis contingit: ijs qui asserut & locum esse spacium preter corpora, que mouentur, & illud esse vacuū. Q̄ est dicere. Utrumque asserunt propter necessitatē motus localis: vt id quod vocāt locum, asseranr esse vacuum.

Textus. lxij.

Nulla autem necessitas est, si motus est, esse vacuum. Omnino igitur omnis motionis, nequaquam. quo circa: & Melissum latuit. alterari namq; potest, plenum. Sed neque secundum locum motum. si mul enim cedere sibi inuicē contingit. nullo existente spatio separato præter corpora mota atque hoc manifestum est & in continuorum reuolutionibus. vt & in ijs quæ sunt humidorum.

¶His prejactis fundamentis ostendit modo ineficatiam rationum eorum. Quas tamen capit. sequen. exacitus est soluturus. ¶Prima enim ratio tex. 53. recitata sumebatur a motu ad probandum vacuum extra corpora. Cui prius ingenere respōdet, conditionalem illam non valere, si motus est vacuum est. Nam in primis de motu alterationis nulla est apparentia, vt requirat vacuū quo se mouens conferat: nam alteratio non fit per mutationem loci: sed per receptionem qualitatis in subiecto corpore. Et in hoc fuit deceptus. Melissus, qui ex negatione vacui substulit omne genus motus. ¶Deinde ostendit, quod neque propter necessitatem motus localis [de quo moior erat apparētia] ponendum est vacuum: potest enim res moueri ad nouum locum cedentibus partibus corporis: q̄ illic erat per condensationem ad latera circūquaque. Ut patet in reuolutionibus, quas aqua facit, dum lapis influmen iacitur: si enim lapis in vacuo tunc reciperetur: nulla esset causa illarum reuolutionum: sed quia nihil illic erat vacuū, necesse est, vt pars vacua illinc depulsa comprimens circunstantem aquam faciat prope vehemētiorem reuolutionem, & postea magis ac magis remissam vt remittatur impetus. Vacuum appellat semper, spacium separatum: alludens ad illas dimensiones, quas illi ponebant esse locum. Fortasse reuolutionibus continuorum insinuat motum rote molendini circularem: & motum humidorum ad motum aque circularē in lebete. vt Themisti. & Philop. atūr que cū nō mutēt locum non indigent vacuo.

Textus. lxiij.

Contingit autem & densari, non in vacuum, sed propterea quod ea quæ insunt elabuntur. vt aqua collisa: aerem qui inest. Et augmentari, non solum ingrediente aliquo, sed & alteratione: vt si ex aqua fiat aer. Omnino autem de augmentatione ratio, & de aqua in cinerem infusa ipsa seipsam

ipsam impedit aut eam nō augeī quod libet, aut nō corpore aut cōtingit duo corpora in eodē esse. Dubitationē igitur communem volunt soluere, sed. nō vacuum demonstrant quod est vacuū demonstrant quod est, aut totum corpus vacuum esse necessarium est, si penitus augetur, & augetur per vacuum Eadem autem ratio, & in cinere est.

¶Quod igitur ea ex quibusdomōst rāt vacuum esse, soluere facile sit manifestum est:

¶Deinceps in tex.63. prosequitur ostendere neq; rationes Democriti, quibus probatur, vacuū esse intra corpora quicquam valere. Prima enim sumebatur a condensatione. Quam tamen (inquit) condensationem palam aliquando est nō fieri propter repletionem vacui, sed propterea quod corpus tenue illic inclusum elabitur. Cuius testimonium est in spongia: que cum plena est aqua aut aere habet maiorem quantitatem sed quando pugno comprimitur, aquam inde aerem ve depellit Non intelligas, hāc esse veram causam condensationis. Illa enim dabitur cap. sequenti. sed adducitur experientia ad ostendendum inefficaciam & ruditatem rationis istorum. Itidem nec augumentatio animalis indicium est quod detur vacuum: sed fit aliquando ex alteratione extenuante corpus grossum, quod resoluit in aliud magis tenue vt cū aqua per calorem abit in aerem. ¶Neque omnino illa experientia de aqua cineribus infusa, quam tex. 56. explicuimus, neque experientia de augmētatione probat esse vacuum. Quin potius ipsa se impedit, idest potius contra se militat. Argumentum enim & dubitatio, que contingit in augmentatione, est hec. Cū aīal augetur, aut locꝰ vbi alimētū recipitur erat sine corpore aut duo se corpora penetrāt. Dubitatio (inquit) cōmunis est, & apud affirmātes vacuū, & apud negantes. Cū aūt respōdent, nullum illic precessisse corpus, sequitur inde, quod cum augmentatio fieri debet per singulas particulas corporis, totum prorsus corpus si vacuum: & per consequens nullum sit corpus, quod augetur. Atq; adeo nec detur vacuum commixtum corpori bus. vt vult Democritus. Est acutissima redargutio. ¶Et eadem (inquit) ratio est de cinere. Si enim vas cineribus plenum tantum aque recipit, quantum si fuisset vacuum, propterea q; aqua recipit in vacuitatibus cinerum, necesse est dicere, cineres prorsus omnes esse vacuos, atq; adeo non esse vacuum immixtum corpori cinerum. Causa ergo huius est experientie q; aque pars exalatur: & pars reliqua condensatur: atq; adeo cineres propter humorem condensantur. ¶Colligit ergo facile esse ex his rationes dissoluere, quibus vacuum demonstrat. Ubi Commen: distinguit textus. 64. sed lucidius incipit in capite sequenti. Est enim illi in more conclusionem & epilogum non incalce dictorum sed in dicendorum capi. colocare.

QVOD VACVVM a corporibus separatum non sit possibile.

CAPVT, VIII.

QVOD autem non est vacuum sic separatum, vtquidam dicunt, dicamus rursum. Si enim est vniuscuiusque simplicium corporum loci mutatio aliqua natura, vt ignis quidem sursum, terræ autem deorsum & admedium, manifestum est quod vacuum non erit causa loci mutationis. Cuius igitur causa erit vacuum? videtur enim, esse causa motus secundum locum. huiusautē nō est. Textus. lxxiiij.

¶Postquam in. 6. cap. proposuit antiquorum opiniones, & in. 7. constituit diffinitionem vacui, ostendens eorum rationes infirmas esse & inbecillas, in hoc. 8. quod duodecim textus continet, persuadere aggreditur, non esse vacuum extra corpora. Et id quidem inseptem prioribus textibus octo rationibus sumptis a motu locali absolute, atque in reliquis quinq; textibus alijs tribus rationibus sumptis a velocitate & tarditate motus. Ad euidentiā huius prime, quę est in tex. 64. considerandum est q; anthores vacui dicebant vacuum esse in causa, vt naturalia corpora mouerentur: videlicet ad replendum vacuum. Est ergo contra illos ratio prima. Si vacuum esset, id maxime [vt dicūt] propter motum localem: sed hoc non: ergo. Probatur minor: Si elementa & mixta naturalia mouerentur propter vacuū, non haberēt motus determinatos sed quocunq; esset vacuum, promiscue moueretur quodlibet (vt dicimus aquam perfistulam subtracto aere ascendere licet sit grauis) non tamen ita indifferenter mouentur sed leuia mouentur sursum grauia vero deorsum: ergo non propter vacuum, sed ex natura sua sese ad determinata conferūt loca.

Amplius si est aliquid, vt locus priuatus corpore: cum est vacuū, quo mouebitur impositum in ipso corpus? nō enim in omnem partem. Eadem autē ratio, & ad eos qui locum esse quid separatum putāt, in quem id fertur quod fertur. Quomodo namque feretur impositū: aut manebit? Et de ipso sursum & deorsum. & de vacuo, conueniet eadem ratio merito. vacuum enim, locū faciunt, qui esse dicūt. Et quonā modo inerit, aut in loco, aut in vacuo? nō em cōtingit, cum totū positū fuerit, vt inseparato loco ac permanēte, corpus aliquod Textus. lxv.

quod, pars enim: nisi seorsum ponatur non erit in loco sed in toto. Amplius, si neq; locus est: neq; vacuum erit.

¶Secunda ratio in tex. 65. probat vacuū non esse causam finalem motuū naturaliū: nam superior vi debatur suadere q̄ non esset causa efficiens. Ratio est huiusmodi. Si vacuū esset, nullus esset rerū naturalis motus: consequēs est falsum: ergo z ans. Probat sequella. Detur. v. g. totum concauū lunę esse vacuū: z ponatur in quacunq; eius parte ens quodpiā naturale siue graue sit siue leue: illud nō mouetur magis sursum quā deorsum quā ad alias differentias positionis: ergo. Ans patet q̄ motus naturalis ad locū determinatū est ꝓpter vim conseruatiuā que in tali loco est: in vacuo vero nulla potest vis talis imaginari, obidq; nullum corpus huc potius sese quā illuc cōferet. ¶At q̄ fautores vacui credebant locū esse spaciū illud z dimensiones separatas toties reprehensas, ait eandē rationem militare aduersus ponentes hoc modo locū: huiusmodi em̄ dimensiones sunt vniformes per totum concauū lunę nō aliam sursum virtutē quam deorsum habētes. Jdeoq; merito inquit eadem ratio est z de loco hoc modo z de vacuo quantum ad sursum z deorsum: nēpe q̄ nō poterunt huiusmodi differentię ex natura rei designari. Qui em̄ dicunt esse vacuū, hoc modo faciunt locum. ¶Addit deinde tertiā rōnem. s. q̄ nec secundum ponentes locum esse spacium z dimēsiones ꝓprie defendi pōt aliquid esse in loco. Textus obscurus est nisi ea reuiseris que supra cōmento. 37. explanauim⁹. Est enim semper memoria retinendum authores istos vacui opinari locū esse dimēsiones illas z spatium separatum a sensibilibus corporibus. i. quātitates sine subiecto. ¶Mox item meminisse oportet ex illo comm. q̄ in rei veritate id qō est in aliquo tanquā in loco debet esse in illo tanquā in aliquo separato cōtinente taliter vt nulla pars locati sit in loco sibi adequato. At scōm ponentes illas dimensiones penetrantes se cum singulis partibus interioribus locati quelibet pars locati est ꝑ se in loco vt illic expositum fecimus. Ordina ergo sic istam literam [Quonāmodo locatū tunc erit in loco?] Quasi dicat nullomodo. Non em̄ contingeret vt cū corpus aliquod totū positum fuerit in huiusmodi spacio vel vacuo sit in illo tanquā in aliquo separato permanente. i. tanquā in termino cōtinentis immobili: que est diffinitio loci: sed erit totū penetratiue cū toto z quelibet etiā pars cū suo ꝓprio loco: qō est cōtra rationē existendi in loco: nam pars cōtinui nō est per se in loco: sed est sicut pars in toto. Ex quibus tandē colligit q̄ si locus nō est illo modo, sit vt nec sit vacuum.

Textus. lxvj. Accidit autē dicētibus vacuum esse vt sit necessarium sit erit motus: cōtrarium magis, si quis cōsideret, nō posse moueri quicquā si sit vacuum, vt enim qui propter simile dicunt terrā quiescere. sic & in vacuo necesse quiescere. nō enim est: quo magis aut minus mouebitur: quatenus enim vacuum est: non habet differentiam.

¶Quarta ratio est in tex. 66. aduersus eōsdē rōnē. Ait em̄ q̄ nō solum nō infert ex motu vacuū esse, verum expositione vacui sequitur motū non esse. Quare ponētes vacuū potius destruūt quā tuentur motū. Probat id de motibus naturalibus. Et enim quēadmodū dicunt nōnulli (quos. 2. de celo tex. 90. citat Phil.) terrā esse immobilē ꝓpter similitudinē z vniformitatē superficiei cōtinentis, vel ꝓpter similitudinē z equalitatē quā habet in toto vniuerso: rōne cuius nō huc magis quam illuc ꝓpendit: pari ratione si aliquid ponas in vacuo, nihil erit cause cur ad hanc quā ad illam differentiam potius feratur. Et per cōsequens manebit immobile.

Primum igitur: quoniā omnis motus, aut violentia, aut secundum naturā fit necesse autē est, si quidē sit violētus: esse & eum qui secūdum naturam est. violētus em̄ præter naturā est. qui vero præter naturā est, posterior est eo qui est secundum naturā. Quare si non est secundum naturā vniquiq; naturaliū corporum motus, neq; aliorū erit motuum vllus. ¶At vero natura quidē quomodo erit, cum nulla sit diferentia secundum vacuum & infinitum? Quatenus enim infinitum est, nihil erit sursum aut deorsum, aut medium. Quatenus vero vacuū, nihil differēs erit deorsum à sursum. vt em̄ nihili nulla est differentia, sic & illius quod nō est. vacuū autē non ens quippiā, & priuatio videtur esse. Natura autē loci mutatio differens est. quare erunt q̄ sunt natura, differentia. aut igitur nō est natura vsquā vlli, loci mutatio, aut si hoc est, non est vacuum.

Textus. lxvij.

¶Cum textu superiori demonstrauerit, si vacuum esset nullū fieri posse naturalē motum, tex. hoc. 67 quinta ratione probat vniuersaliter nullū esse tūc possibilē motū nec naturalē nec violentum. Ratio est hec. Omnis motus aut naturalis est aut violentus. (apud Aristo. qui nō cognouit motum super naturalē nō est dare mediū): sed posito vacuo nullus est motus naturalis. vt probatum est: ergo nec esse pōt violentus. Probat hec prima cōsequentia. Motus naturalis prior est motu violēto saltē natura q̄ motus violētus aut præter naturā nō dicit nisi per respectum ad naturalē: z qō est ex naturali inclinatione rei prius est eo qō est contra aut præter naturā: ergo vbi naturalis motus non est possibilis, nec violentū possibile est esse. ¶Et subdit [at vero ꝛc.] repetit ꝓbare ens naturale in vacuo nō moueri: nā motus naturalis est sursum vel deorsum: q̄ sunt differentie ex natura rei z nō solū quo ad nos, vt supra tex. 5. expositū est: vacui autē (quēadmodū neq; infiniti) nulla est positiōis differētia ex natura rei: ergo nullus in vacuo esse pōt naturalis motus. In infinito vt lib. 3. text. 53.

J exposuimus

exposuimus ꝓpterea non pōt esse sursum ⁊ deorsum, qz iste differētie sumunt respectu medij: infiniti autē cū non sint extrema, nec signari pōt medium. De vacuo aūt alia est rō: videlicet ꝙ vacuū nihil est, ⁊ nihil nullā habet differentiā specificā positionis: sursum aūt ⁊ deorsum dicunt virtutes positiuas cōtrarias vt questio. i. dicebamus.

Textus. lxviij. Amplius nunc quidē mouentur ꝓiecta, eo qui impulit nō tangente: aut propter cōtrarij circunstātiā sicut quidā dicunt, aut ex eo ꝙ pellit pulsus aer motu velociori quā sit pulsi latio, qua fertur in propriū locū. in vacuo autē: nihil horū pōt esse. neq; enim ferri erit nisi vt quod vehitur.

¶ Subdit in tex. 68. rōnem sextā sumptā a motu proiectorū. Mouet em̄ sagitta aut lapis funda iactatus, eo qui pepulit nō tangente. i. posto a ꝓsciente loco distant. Huius causam motus perquirētes antiqui, duplicē reddebāt. Prima erat per antiparistasim. i. ꝓ repercussionē aeris ait ergo rei q̄ mouet: quā primū. n. ꝓiectū relinquit hunc locum aer circūstans citissime illū replet. Atqui ad introitū illius loci percutit a tergo rē ꝓiectam ⁊ ita mouet illam. Scōa ratio cui magis Phil. applaudet est ꝙ aer cū fit velocissime mobilis semel pulsus a re ꝓiecta velocissime mouet. Et ita quasi vehiculū quoddā perfert rem proiectū: Non intelligas has esse totales causas motus proiectorū nā precipua est impetus impressus a proiciēte: sūt tn̄ auxiliatrices. Est ergo rō Ari, Lotus ꝓiectorū adiuuat a medio: si autē esset vacuū nullū inde iuuamē res proiecta susciperet: nam illi dimensiōes non erant mobiles cum essent abstracte a corpore physico: ergo propter motum violentum non est vacuum introducendum.

Causa motus proiectorum.

Textus. lxix. Amplius nullusvtiq; poterit dicere: propter quid, quod mouetur stabit alicubi, cur em̄ magis hic, quā ibi? Quare aut quiescet, aut in infinitū necesse est ferri, nisi aliquid potētius impedierit.

¶ Septima ratio est in tex. 69. ad cōfirmandū ꝙ in vacuo nihil moueret. Detur em̄ vacuum qnale est extra celū. Si aliquid illic moueret sequeret ꝙ in finito tēpore moueretur saltē si esset motus naturalis: qz cū nulla sit rō vt in vno loco imaginario potius quā in alio quiescat, sequit ꝙ aut nunq̄ incipiet moueri aut si inceperit, nusq̄ quiescet. Immo nec motꝰ violētus usq̄ quiescet: nā mō dicimꝰ quiescere vbi cessat illa repercusio aut volatus aeris simul cum impetu. Que causa in vacuo vari non potest.

Textus. lxx. Amplius autē, nunc quidē in vacuo, quoniā cedit: ferri videtur. in vacuo aūt: prorsus similiter tale est. quare, in omnem feretur partem.

¶ In. 70. deniq; tex. concludit prima pars huius capitis octaua rōne q̄ est velut superiorū cōfirmatio. Qui ponūt vacuū, ea rōne illud ponunt vt cedat corpori qō mouetur. i. vt mobile inueniat quo se inferat sine impedimēto alterius corporis: vacuum aūt similiter vndiq; tale est: ergo mobile in illo ad quancunq; differentiam ⁊ per infinitum tempus semper mouebitur quod est absurdum in motu recto: alia enim ratio est de celo secundum Aristoteles.

Amplius autē: & ex his manifestum est, quod dicitur. videmus enim idem pondus, atq; corpus: velocius ferri, ꝓpter duas causas. aut quia id differt per quod, vt per aquam, aut terrā, aut aerē: aut quia id differt qđ fertur, si alia sint eadē, propter excessum grauitatis aut leuitatis. hoc igitur per quod fertur, causa est: quoniā impedit maximè quidem, quod contra fertur. deinde autē, & manens. magis autem: id quod non facile diuiditur. tale autem est: quod crasius est. ¶ Id autem in quo est. a. mouebitur per. b. eo in quo. c. tēpore per ipsum autem. d. cum sit subtilis, eo in quo. e. si equalis est lōgitudo ipsius. b. cum ipso. d. secundū analogiā impedientis corporis. Sit enim. b. quidem aqua. d. vero aer. quanto ergo subtilior est aer, aqua, & minus corporeus, tanto citius. a. per. d. mouebitur quam per b. Habeat ergo eandē rationem secundum quā distat aer ab aqua, velocitas ad velocitatem. Quare si in duplo subtilius est, in duplo tempore lineā quā est ipsum. b trāsibit quā quæ est ipsum. d. & erit tempus in quo est. c. duplum eis in quo est. e. Atque semper quanto fuerit minus corporeum minusq; impeditiuum, ac melius diuisibile id per quod fertur, citius mouebitur. Vacuum autem nullam habet rationem qua exceditur à corpore, sicut neque ipsum nihil, ad numerum. Si enim quatuor excedunt tria vno, pluribus autem duo, & adhuc vtrum pluribus quam duo, ipsum sane nihil, non amplius habent rationem qua excedant (necesse enim est diuidi id quod excedit, & in excessum, & in id quod exceditur. quare erunt ipsa quatuor, & id quo excedunt, & nihil.

Quapropter

Quapropter neq; linea, punctum excedit: nisi componatur ex punctis. Similiter autē & vacuum, ad plenum: nullā materiæ possibile est habere rationem. quare, neque motum.

Questio

¶In secūda parte huius capituli, q̄ incipit ab hoc tex. 71. prosequitur Aristo. reprobare opinionē vacui rationibus tribus sumptis a velocitate ꝛ tarditate motus: supponens prius velocitatē motus aut tarditatē penes duos esse metiendam: aut penes resistentiā medij, aut penes causam motricē, puta grauitatē ꝛ leuitatē (loquit em de motu naturali elementoꝝ) nam hec duo extrema considranda sunt in vna quaq; actione. Et q̄ debeat attendi penes motricē causam, tanquā perse notum relinquit: nā quāto virtus actiua fortior est, ceteris paribus, velocius mouet. Quod aūt debeat attendi penes mediū, probat, q̄ mediū resistit motui: id maxime si mediū cōtra pugnet. Ut ventus, q̄ a proza perflat, motui obstat nauis: at quamuis non cōtra pugnet, sed si permanens ꝛ quietū, non nihil morat ac retardat motū. Mediū (inquit) crassius ꝛ grossius, magis, subtilius autē, minus. Minus enim impedit aer quā aqua: ꝛ idcirco graue velocius per aerē quā per aquā descendit: per terram autē, non nisi cum maxima difficultate ꝛ impetu, ꝛ id quidē parumper. ¶Hoc preiacto fundamēto, supposito etiā pro nunc, non quidem tanq̄ vero, sed gratia disputationis, q̄ ex parte mobilis nulla esset resistētia, sed tota pueniat ex parte medij, probat, q̄ qualis sit proportio inter grocissiem ꝛ resistentiā duoꝝ mediorū equalis lōgitudinis, per que idem mobile moueret, talis erit ꝓportio inter tēpus, quo moueret per vnū ꝛ quo per aliud. Ut sit. v. g. mediū. b. aqueū pedalis ꝓfunditatis, p quod descendit. a. lapis, sit etiā. d. medium aereū subtilius secundū aliquam analogiam. i. ꝓportionem. v. g. duplam. vt in duplo minus. d. quā. b. resistat. Cōcludit, q̄ tēpus. c. q̄. a. consumit descēdēs per. b. erit duplū ad tēpus: e. quod cōsumit descēdens per. d. vt in hac figura contineri potes. Subdit aūt ꝛ eadē rōne q̄ quāto mediū minus fuerit corporeū, minusq; impeditiuū, tāto velocitus atq; adeo citius idē mobile perträsibit tale spaciū. Tūc probat conclusionē intentā, videlicet mobile per vacuū moueri in nō tēpore. Qualis est ꝓportio medij ad mediū in resistētia, talis est ꝛ tēporis ad tēpus: sed inter plenū (quodcūq; sit) ꝛ vacuum nulla est ꝓportio, sed infinitus excessus: ergo cū mobile per plenū mouet in tēpore, sit, vt per vacuū moueat in non tēpore, puta in instāti. Cōmostrat aūt minorē. s. pleni ad vacuū nullam esse ꝓportionē: nā si quatuor excedat tria per vnum, ꝛ duo per alia duo, ꝛ vnū p tria, sit, vt nihil nullo certo numero, sed per infinitū excedat. Vacuū dicit nihil quantū ad resistentiā, q̄ etiā si ponatur esse illas dimensiones insensibiles, nihil resistunt sue penetrationi. Ut q̄ posset quis dicere, q̄ quatuor excedit nihil p quatuor, id refellit dicēs, q̄ vnum extremū excedens aliud debet diuidi in illud q̄ excedit, ꝛ illud per q̄ excedit tanquā in duas suas partes: sicut quatuor excedens vnūm per tria, diuiditur in vnum ꝛ tria. Unde sicut linea diuisibilis nulla ꝓportione excedit indiuisibile punctum nisi diceres, linea componi ex punctis, ita neque plenum aliqua ꝓportione excedit vacuum. Potēris sic forsitā a pertius rem intelligere. Quatuor excedunt vnum per tria: ꝛ medietatem vnius per septem medietates, ꝛ quartā partem per quindecim partes, ita vt per diuisionē vnitatis crescat excessus in infinitum: ergo numerus quicunq; excedit nihil absq; vlla proportione.



Textus. lxxij.

Sed si per subtilissimū in tanto tempore tanto motu fertur, per vacuū omnem exuperat rationem. Sit em. f. vacuum æquale autē magnitudine ipsis. b. &. d. Ipsum ergo. a. si transibit & mouebitur quidē in quodam tempore, eo scilicet in quo est. g. in minori autem qualā in quo est. e. & hanc habedit rationem vacuum rd plenū sed in tanto tēpore quantū est, in quo est. g. ipsius. d. a. transibit lineam. K. transibit autem: si etiam sit quippiam subtilitate differens ab aere, id in quo est. f. secundum hāc ꝓportionē quā habet tps̄ quo est. e. at tps in quo est. g. Si em sit tanto subtilius corpus in quo est. f. ipso. d. quanto exuperat. e. ipsum. g. econuerso trāsibit velocitate in tanto quantum. g. ipsum in quo est. a. si feratur. si ergo nullum sit corpus, in ipso. e. adhuc velocius. sed erat in ipso. g. Quare: inequali tempore transibit & quod plenum est & vacuum, sed impossibile est.

¶Ratio proxima demonstrabat a priori conclusionem. Idcirco maioris elucidationis gratia secundam hanc adhibet in textu. 72. que procedit a posteriori, deducendo ad impossibile. Repetit ergo conclusionem superioris rationis dicens, q̄ si mobile per subtilissimum spacium tēporis certo moueturr, si moueretur per vacuum, omnem exuperaret proportionem, ꝛ per consequens non moueretur. Quod adhuc perspicatius manifestans arguit sic. Detur oppositum, q̄ mobile. a. per vacuum. f. equale ipsis. b. ꝛ. d. moueatur in aliquo certo tempore puta. g. quodquidem tempus necesse est esse minus tempore. e. quo mouebatur. a. per medium. d. plenum aere. v. g. sit tempus subduplum: nam omne finitum tempus habet certā proportionem ad maius. Tunc (inquit) sequitur q̄ in tanto tempore adequate quāto mouetur per vacuum, mouebitur etiam per plenum, quod est absurdum: siquidem medium plenum semper resistit. Sequellam autem probat dupliciter. Quod attente inspiciendum est in textu. Primo quia eodem tempore. g. quo mouetur per spacium. f. mouebitur per medietatem eiusdem linee. d. que terminatur in punto. k. vt patet in hac figura. Secundo

eundo probat, ꝙ nõ solũ id contingit qñ mediũ plenũ est minus quã mediũ vacuum, verũ etiã si sint equalia. Nã detur aliud mediũ tãte longitudinis quantum est .f. plenum quidẽ medio subtiliori quam sit medium .d. in eadem proportione puta tempus .g. erat minus tẽpore .e. Tunc sequitur: ꝙ .a. mouebitur per tale mediũ qõ sit .h. in eodẽ tempore adequato, quo mouetur per vacuũ tãte longitudinis: quoniam cum subtilitas .h. sit dupla ad subtilitatem .d. in sub duplo resistit: ⁊ per cõsequens mouebitur in illo mobile in duplo minori tempore: ergo in tẽpore .f. equali .g. qõ habebat ad .e. eandem sub duplã proportionem: hoc tamen est impossibile: ergo Rationes iste Arist. non carẽt difficultate. Quas proinde .q. 3. numerosius examinamus.

Textus. lxxiij. Manifestũ est igitur quod si erit aliquod tẽpus in quo per vacuum, quoduis feretur: accidet hoc impossibile. in æquali enim accipietur: aliquid & ꝙ plenum est transire & vacuũ. erit em aliquod analogum corpus alterum: vt tempus ad tempus. Vt autẽ in summa dicam, manifesta est eius quod euenit causa: quia motus quidẽ omnis admotum, est proportio (in tempore enim est) temporis autem omnis est ad tempus, finitis vtrisq;. vacui autem ad plenum non est.

¶ In tex. 37. cõcludit repetẽs cõclusionẽ ꝙ manifestum est si aliquid admittat moueri per vacuũ certo tẽpore, in tanto adequato posse moueri per plenum. Nam dabitur inquit corpus analogum ad alterum .i. proportionabile alteri pleno in subtilitate eadem proportione qua tẽpus consumptum in vacuo est minus tempore quod cõsumabatur in pleno, vt dictum est. Atq; adeo in summa colligit causam huius .s. ꝙ si mobile moueret per vacuũ, moueretur in non tempore: qz (inquit) vniuscuiusq; motus ad alium motum est proportio in velocitate: ⁊ talis est proportio temporis cõsumpti vno motu ad tempus cõsumptum in alio: ⁊ hoc vsu venit, quando tam motus quã tẽpora sint finita. vacui autem ad plenum nulla est proportio.

Quatenus igitur differunt ea ꝓ quæ
Textus. lxxiiij. feruntur: hæc contingunt secundũ autem eorũ quæ feruntur excessum: hęc. Videmus enim ea quę maius momentum habẽt aut grauitatis aut leuitatis: si quo ad alia similiter se habeant figuris, citius ferri per æquale spacium, & secundum rationem quam habent magnitudines ad inuicem. Quare & per vacuum. Sed impossibile est. Propter quam enim causam, ferentur velocius. in plenis enim ex necessitate. velocius em diuidit fortitudine: maius. Aut em figura diuidit, aut momento quod habet: id quod fertur, aut proiectum est. **Textus. lxxv.** Aequæ velocia ergo: omnia erunt: sed impossibile est. Quod igitur, si vacuũ est, accidit contrarium illius propter quod probant, dicentes esse vacuũ ex dictis manifestum est.

¶ In tex. 74. addit Phil. rationem tertiã ad eandem conclusionẽ: videlicet nihil posse in tempore moueri per vacuũ. Proposuerat enim tex. 71. duabus de causis velocitatẽ tarditatẽ ve motus estimandã esse .s. aut ex parte medij, aut ex parte virtutis motricis. Rõnes precedentes procedunt ex prima. Et hoc est qõ ait, hęc contingere quatenus differunt media per q̃ mobilia feruntur. Sed tñ secudũ virtutẽ mobiliũ sequitur ratio hec tertia. Ceteris paribus mobile maioris virtutis velocius ac citius mouet quã minoris virtutis: vt pondus maioris grauitatis, puta plumbũ velocius descendit quã stuppa: ⁊ ignis leuior velocius ascendit ꝙ aer. Ceteris inquit paribus ex parte figure: nam plana aut quadrata, qz plus aeris sub se comprehendũt, tardius descendũt, quã acuta aeri scindẽdo aptiora: ergo eadem ratione si per vacuũ ista descenderent, deberet id quod grauius est velocius descendere ⁊ ratione maioris virtutis, hoc tamen est impossibile, qz si per plenum maior virtus velocius mouetur, est propter excellentiã quam habet ad superandam resistentiam medij cum autẽ nulla sit resistentia in vacuo, fit vt equa velocitate descenderẽt, vt leuissima stuppa, ⁊ grauissimum plumbum. Quod absurdum est dictu. Rationem etiam hãc cum superioribus .q. 3. per amplius excutimus. ¶ Concludit deniq; Arist. (vbi Cõmentator textũ scindit. 75.) manifestum esse ꝙ posset vacuo contrarium contingit illius, quod illi antiqui volunt. puta motuũ non esse possibilem.

QVOD NEQVE INTRA corpora sit vacuum. CAPVT. IX.

Si igitur putant vacuum esse, si erit secundũ locum motꝰ: separatum secũdum se. Hoc autẽ idem est, ac si dicamus locum esse quid separatũ. Hoc autẽ ꝙ impossibile sit, dictum est prius.

¶ Post impugnationem vacui separati a corporibus, prosequitur in hoc demum capitu. 9. Arist. opinionem refellere Democriti ponentis intra corpora vacuos poros. Sunt autem in hoc capite textus .xi. præter fragmentum hoc superioris textus, quo repetit conclusionem superioris disputationis: nempe ꝙ qui propter motũ localem ponũt vacuum separatum a corporibus idẽ faciũt ac si dicãt locum esse spaciũ separatum: puta dimẽsiones: q̃ cũ se penetrant cũ corporibus sensibilibꝰ

habent vicem loci: quibus si careant, dicuntur vacuum. Huiusmodi autem positionem loci & spacij esse impossibilem, supra ostensum est. potissimum textu. 36. & 37.

Textus lxxvj.

At vero per se cõsiderantibus: videbitur vtique dictum vacuũ, per quã vere vacuũ. Vt enim in aqua si ponat aliquis cubũ, cedet tanta aqua quãtus est cubus: sic & in aere, sed sensu immanifestum est. Atque semper itaque omni corpore habenti translationem, in quo est aptum natura, transferri: necesse est, nisi cõdensetur, cedere aut deorsum semper, si deorsum latio est vt terræ, aut sursum si ignis, aut ad vtraq; vt aer, siue quodcunq; aliud sit impositũ in vacuo autẽ: hoc quidem impossibile est, non enim. corpus est. Per vacui autem æquale spaciũ transiuisse videbitur: quodquidem erat & prius in vacuo. tanquam sine aqua cederet ligneo cubo, neque aer: sed omnia transirent per ipsum. At vero & cubus tantam habet magnitudinem, quantũ occupat vacuũ. quę si calida est aut frigida, aut grauis aut leuis, nihilominus ratione, altera ab omnibus passionibus est, etiam si separabilis non sit ab illis. dico autem, lignei cubi molem. quare & si separetur ab omnibus, & neque leuis, neq; grauis sit, ocupabit æquale spacium, & in eadem erit & loci & vacui parte æquali sibi. quid ergo differt corpus cubi, ab æquali vacuo, & loco? & si duo talia, propter quid non & quodlibet in eodem erunt! Vnum igitur hoc. inconueniens, & impossibile est.

¶Tria sunt huius cap. membra: nã in tribus prioribus textibus facit ꝓpoh. rones tres aduersus vacuum in se consideratũ: nempe vt ponebat, esse spatium separatũ a corporibus & dimensiones insensibiles: qõ mẽte est semper retinendũ. Et in tex. 79 procedit ad impugnationẽ vacui intra corpora: et in tex. 83. & infra respõdet argumẽtis cõtrarie opinionis. Ait ergo, q videt, id qõ vacuũ dicitur, vere esse vacuũ, vt nomẽ sonat. i. videt opinio vacui vacua ipsa esse et inanis. Idq ꝓbat rõne huiusmodi. Si in aliquod corpus, corpus aliud immittatur. v. g. cubũ. i. vndiq; quadratũ vt tessera tanta pars prioris inde depellit, quantus est immersus cubus hoc autẽ fieri nõ posset posito vacuo: ergo vana est opinio vacui. Maiorẽ manifestat exẽplo lapidis aut ligni immissi in aquã: si enim in magno lebete aqua pleno pedalẽ lapidẽ quadratum mergas, tñ aque exundabit ac reffundet quantus est lapis. Idẽq; etiã cõtingit in aere: nisi q nõ est nobis sensu cõpertum. Idq; ait semper cõtingere in corpore habenti trãslati onẽ. i. in corpore physico: ad differentiã mathematici. Vel forte intelligit, dum corpus habet exitũ liberũ: nẽpe si terra est, in quã aliquod mittit, exibit pars terre per partẽ inferiorẽ iuxta naturã grauis: si vero ignis, per superiorẽ iuxta naturã leuis: si vero nõ põt aqua exire per partẽ inferiorẽ, exibit per superiorẽ, vt cedat graui. Si vero exire non põt, cõdensabit, & tãdem rũpet vas: vt si in vas vitreũ aqua plenũ conaris submergere lapidẽ obstruens vas ne aqua exundet, frangẽt vitreum. In vacuo autẽ non ita fit scõm illos: sed corpus adueniẽs penetrabit spaciũ vacuũ, ac si corpus ligneũ nõ depelleret aquã, sed se penetraret enim illa. Quod aũt hoc sit impossibile, patet. Nam cubus ligneus adueniẽs tantã habet quantitatẽ & dimensiones, quãtas dimẽsiones insensibiles habet illud spaciũ, qõ ipsi vocant vacuũ, duo aũt corpora de genere quãtitatis non possunt se penetrare: ergo. ¶Respondebãt autem illi, q quanuis duo corpora sensibilia vt duo lapides aut ligna in eodẽ se simul loco penetrare non sit possibile, tum cũ dimensionibus illis in sensibilibus, que abstracte sunt a corpore physico, põt se quodcunq; corpus physicũ penetrare. Quam responsionẽ refellit sic Aristo. Quamuis corpus physicũ calidum sit aut frigidũ, & graue aut leue, aut aliam habẽs sensibilẽ qualitatẽ, nec passio sensibilibis sit separabilis a quãtitate. i. ne detur corpus quantũ, quin sit sensibile, tñ non ea rõne qua sensibile, sad ea potius, qua est quantũ non secum eodẽ loco corpus aliud cõpatitur. Quare si per impossibile separet omnis passibilis qualitas a corporibus quãtis, non poterũt se cõpati in eodẽ subiecto & tunc inquit illius modi corpora nihil different a dimensionibus illis, & spacio, qõ illi ponebant vacuũ. Quo circa si illa corpora tunc nõ possent esse simul, nec poterit corpus physicũ simul esse cum suo illo vacuo: & sic sequit, vacuũ non posse esse illas dimensiones, quas illi ponebãt. Quod si dicant, vacuum nihil prorsus esse, hoc est, quod Aristo. venari pretendit.

Textus. lxxvij.

Amplius autẽ manifestum est: quod hoc, cubus habebit etiam cum trãsfertur, quod & alia corpora omnia habẽt. quare si à loco nihil differat, quid oportet. facere locum corporibus præter vniuscuiusque molem, si impossibilis moles est. nihil enim confert. si alterũ circa ipsum æquale spacium hmõi sit.

¶Secũda ratio ad idem est in tex. 77. nẽpe qua ꝓbare superuacaneas esse dimensiones illas insensibiles abstractas a corpore physico. Et rõ est hęc Cubus. i. corpus quadratũ physicũ, qõ loco mouetur, habet hoc, qõ quecũq; alia corpora. i. dimẽsiones quãtitatis terminatas iuxta materiã sue forme: que quidẽ dimẽsiones a loco illo suo nihil differunt, qz eiusdẽ rõnis sunt dimensiones corporis physici, & ille separate quantũ ad mutandum & resplendum locũ, licet ille sint impassibiles & immobiles: ergo superflue ponuntur, cũ nihil conferat,

vt vnum corpus dimensionatū habeat equales dimensiones prope se.i.secum penetratiue.

Textus. lxxviij. Amplius manifestum esse oportet quale vacuū sit in his quæ mouentur Nunc autem.nusquam infra mūdum. Aer enim aliquid est non videtur autem. Neque aqua si essent pisces ferrei. Tactu enim est discretio illius qđ tangitur. Quod igitur non sit separatum vacuū, ex his manifestum est.

¶Tex.hic.78.nec in vetustis codicibus grecis est nec est Arist.id qđ phrasis ipsa testat. Quare ꝛ ab Argyropilo ꝛ Catablo ꝛ alijs traductoribus merito prætermittit:sed additus ab Auerroe: ꝛ ideo ex translatione Boecij eum hic insertū duximus. Censuit enim.Commen.ꝙ Arist.prætermiserit rñ dere illis,quos tex.51.subnotauimus: qui censebant,hoc mediū inter nos ꝛ celū esse vacuū id circo,ꝙ aer nō percipitur sensu:cōtra quos facit hic tertiā rōnem.Si vacuū est,oportebat manifestari quomodo illud esset in his q̄ mouenť.i.in hac regione mobiliū q̄ est sub luna:nā de eo ꝙ extra vniuersum est,nihil ad physicū:at vero intra mundū nullibi est vacuū:nam aer licet non videat, est tñ aliquid.Subdit exemplū.Si pisces ferrei essent, .i.cerulei ꝛ aquei colorīs,quale est positū ferrū, essentq; immobiles vt ferrū,tunc visu per colorē ꝛ motū non possemus eos distinguere ab aqua: tactu tñ per duriciem eos diiudicaremus: ita licet visu non possimus percipere aerem,tñ tactu,nullo etiā vento flante cognoscimus in state,aerem esse calidum:ꝛ in hieme,frigidum.Cōcludit Phil. ex his manifestum esse, non esse vacuum a corporibus separatum.

Textus. lxxix. Sunt autē quidam:qui per rarum:& densum putant manifestum esse ꝙ est vacuū. Si enim non est rarum & densum:neq; coire& densari possibile est. si vero hoc non sit:aut omnino motus nō erit,aut totū fluctuabit,vt dixit Xuthus,aut inæquale semper mutari aerem,& aquā oportebit.dico autē, vt si ex aquæ cyatho factus est aer:simul ex æquali aere,tantā aquā fieri,aut vacuū esse ex necessitate. coartari enim ac dilatari:non aliter contingit.

¶In secunda parte huius capitis que in hoc text. 79.incipit progredit Phil.ad exterminandā opinionem vacui cōmixti corporibus.Proponit aūt prius in hoc textu rationē eorū:que erat hec. Si non sit vacuū in corporibus,nec poterunt esse rara aut densa,nec rare fieri nec condensari. Putabant enim ꝙ scōm quod vacui plus minusue esset in corpore,rarius esset aut densius:vt spongia aut pumex esset rarior qz plus habet vacui,lignū vero aut lapis,minus,qz minus habet vacui. Sublata autē raritate ꝛ densitate re rū duo merito inferebant inconueniētia. Primū inferebat Xuthus philos.ex motu locali.nēpe ꝙ admotū vnius mu-

Xuthus.

sce deberet moueri,ac fluctuare totū vniuersum: nā si aer aloco quē musca intrat de pulsus nō cōdē sat cū circunstanti,necesse est vt ille moueat alīs aerem:ꝛ ille alīū vsq; ad celū:qō proinde motu illo fluctuabit:vt terra cōmouet aere int⁹ moto. Alterū incōmodum inferebāt ex generatione, videlicet ꝙ quoties ex aqua.v.g.generat aer necessarium esset ex alio tāto aere quātus hic ginnit tantumdē aque alibi generari quantū hic corrūpit: nā cū ex vno pugillo aque fiant decē aeris,nisi tantus aer cōuerteretur in aquā nō posset ille aer capi intra orbē lune ꝛ eadem rōne si ex aere fieret aqua,necesse esset vt alibi ex tanta aqua fieret tantus aer.Ad euitandū ergo huiusmodi incōuenientia necesse est ponere cōdensationē ꝛ rarefactionē circunstantium locorum atq; adeo vacuum.

Textus. lxxx. Si igitur rarū dicunt multa vacua separata habens,manifestū est qđ si neq; vacuum esse pōt separabile,sicut neq; loc⁹ habēs spaciū suiipsi⁹,neq;rarū sic.

¶In tex.80.aggredit istorum rōnem impugnare: distinguēs prius sensum duplicē quo isti possent vacuū intra corpora cōminisci.Vnomō sicut extra corpora hactenus dictū est:nempe ꝙ inter singulas particulas corporis(quas Democritus appellabat atomos)interciperent spacia situ separate ab ipsis particulis, puta dimensiones insensibiles vacuas corpore physico.Et hic sensus vt ex dicendis colligitur erat intētus a Democrito.Qui tamē satis impugnatus est.Nā quibus rōnibus non sunt extra corpora sensibilia huiusmodi spacia ꝛ dimensiones separate,neq; sunt intra corpora. Alius sensus esse posset vt non darent huiusmodi spacia ꝛ dimensiōes situ ꝛ loco separate a particulis corporis.Quē sensū ipugnat quatuor rōnib⁹.

Si vero nō separabile,sed tñ ineſſe qđ vacuū:minus quidem impossibile est. Accidit autē primū quidem:non omnis motus causam esse vacuū, sed eius qui sursum est.rarū em̄:leue. quapropter ignem.rarum esse dicunt.Deinde causam motus non sic esse vacuū:vt in quo.sed vt vtres ex eo quia ferunt sursum, ferunt quod ipsis cōtinuū est sicut vacuū sursum fert. At qui qualiter possibile est:esse lationē vacui, aut locum vacui?vacui enim est vacuum ad quod fertur.

Textus. lxxxj.

¶Scōus iste sēsus Democriti varie exponit.Phi. em̄ ait ꝙ intelligeret vacuitates istas vt in cumulo.v.g.granorū miliī orbicularīū,q̄ sunt quidēsibi cōtigua tāgētia se in pūctis:vt sphera tāgit sphera:sed sunt nihilominus vacuitates in alīs partibus quibus nō se tangūt.Et iste sensus differt sic a prio,ꝙ scōm primū essent talia spacia q̄ possent recipere alias atomos similes:sed scōm istum nō possunt huiusmodi spacia similes atomos recipere,vt si tres aut quatuor globos se tangētes disponas non posset in vacuitate intercepta alius globus.Sed re vera nō videť esse ista mens Arist. Nam iste sensus coincidit cū superiori:si quidem

adwttit

admittit vacuum separatū.i.dimensiones vacuas corpore physico. Cum quibus licet non se possent penetrare alie similes possent tamen alie dissimiles.vt inter globos. Et ideo sensum scōm forte ita oportet intelligere, ꝙ ille dimensiones essent simul cōsperse cum atomis,ꝛ penetratiue se habentes cū illis, sed dicerent vacue respectiue vt vbi plus esset illarū ꝛ minus a tomorū corpus esset rarius:vbi vero minus illarum ꝛ plures atomi,esset densius. Hecꝫ impugnat hunc sensum quasi sit alicuius:sed nequis eum posset fingere. Et ideo ait Aristo.minus inconueniēs esse ponere in illo sensu vacuum quā in primo sensu. Cuius rōnem assignat ℙaulus venetus:qz in primo sensu admittebatur accidens per se sine subiecto:in scōo vero non. Hoc tamē nescio quomodo dixerit ℙaulus: nam etiā in scōo sensu datur accidens sine subiecto qz quāuis dimensiones se penetrent cū corporibus,nō tñ scōm illos erant in corpore vt in subiecto. Sed ℙhil. ait animus esse incōueniēs: qz in secūdo sensu nullus admittit locus vacuus corpore physicorsicut in primo. ¶ℙrimū nihilominus incōueniens qō sequit ex hoc sensu est, ꝙ vacuum nō esset causa omnis motus localis(cuius cōtrarium erat in eorum opinione)sed solū motus sursum:quippe cum dimēsiones ille solū essent causa raritatis:nam copia dimensionū cum paucitate atomorum faciebat raritatem:raritas vero est causa leuitatis:atꝫ adeo leuitas est causa solius motus sursum motus. ¶Scōm incōueniens est ꝙ vacuum nō esset causa motus tanquā locus,sed tā quā vas. Locus enim in rei veritate est causa quodammodo finalis motus naturalis , tanquā quid immobile fixum in aliquo puncto vbi cōseruatur res naturalis. At dimensiones iste non essent locus immobilis,sed que mouerent simul cū corpore quasi corpus ipsum deferentes:sicuti vtres sursum sublati deferunt secū vinum. Quod est absurdum:quoniā tunc sequeret ꝙ loci deberet esse locus:ꝛ vacui,vacuū in quo se reciperet:nam si vacuum ponitur ratione motus,ꝛ vacuū ipsum mouetur,necesse est dare alium locum vacui ad quē moueatur ipsum vacuum:ꝛ secūdi vacui,aliud vacuum:ꝛ sic in infinitum.

Textus. lxxij. Amplius autem: quomodo in grauibus assignabunt ferri deorsum? Et manifestum est ꝙ si quanto rarius & magis vacuum fuerit, sursum feretur: si omnino sit vacuum, velocissime vtiq; feretur. Fortasse autem: & hoc impossibile est moueri. ratio autem eadē, quoniam vt & in vacuo immobilia sunt omnia: sic & vacuum quod est immobile. incomparabiles enim sunt velocitates.

¶In tex.82.subdit duo alia incōuenientia. Tertium ergo est ꝙ tunc non poterūt assignare causam motus grauis deorsum:nam cum vacuū solū sit causa motus sursum leuium,ꝛ nullā aliam causam motus inueniunt,nisi vacuum,nullam grauibus relinquunt causam sui motus. ¶Quatū argumentū est ꝙ si vacuū est causa raritatis atꝫ motus leuium sursum, quanto quidpiā magis fuerit vacuum,velocius ferret sursum: ꝛ per cōsequens quod omnino fuerit vacuū velocissime ascendet. Consequens autē est impossibile:nam qua ratione dictum est superius nihil posse moueri per vacuum(alias daretur motus in instanti) probatur itidem nec vacuum posse per se moueri:puta dimēsiones illas separatas:quia nulla erit ꝓportio velocitatis earū ad velocitatem corporis physici.

Quoniam autē vacuū quidem non dicimus esse,alia verò dubitata sunt verè: aut motus non erit, si non erit densitas & raritas, aut fluctuabit cœlum, aut semper æqualis aqua ex aere erit, & aer ex aqua. manifestum enim est, quòd plus aeris, ex aqua fit. Necesse est igitur, si non est constrictio:aut expulsum attiguum vt vltimum fluctuet facere, aut alicubi alibi æquale mvtari ex aere in aquam,vt tota moles totius æqualis sit, aut nihil moueri. semper enim re transmutata,hoc accidet, nisi circulariter moueatur. Nō autem semper fit in circulum loci motatio:sed & in rectum hi igitur: propter hæc , vacuum aliquid esse dicerent. Textus. lxxxiij.

¶In tertia parte huius capitis respōdet antiquorum obiectionibus. Atqui in tex.83.resumit argumenta supra facta.ca.6.ꝛ postea proxime tex.79. quibus arguebant motū localem non esse possibilem,nisi sit raritas ꝛ densitas:alias fluctuaret celum:ꝛ rursus si alicubi ex aqua generatur aer, oporteret,vt alibi ex tāto aere generetur aqua, vt cōmento.79. exposuimus. Et hoc(inquit) necessarium eueniet,nisi sit cōstrictio vel cōdensatio,alias[Expulsum attiguum].i.expulsa illa pars ℘ id qō mouetur tangit,ꝛ expellit loco, faciet vltimum.i.celum fluctuare:ꝛ pariter aer hic genitus faciet tantū alibi corrumpi[vt tota moles totius equalis sit].i.ne cum ex parua aqua generat magnus aer,detur penetratio dimensionū ꝛ sic cōtinget vt celum amplius dilatet a centro : ꝛ cum ex paruo aere generat magna aqua,fiet,vt constringatur ad centrū ad modū fluctuantis aque ne det vacuū. Excludit cauilationē,qua quis posset respondere dicens, ꝙ motus sit semper per circulum:vt a loco quem intrat .A.mobile,pellatur.B ꝛ a loco quē intrat.B.pellatur.C.ꝛ.C.rursus intret locum,vnde.A.discesserat.Arguit autē ℙh. ꝙ non semper res mouentur sic circulariter : sed aliquando mouentur recte. Obidꝫ necesse est dari modum,quo fiat raritas ꝛ densitas ad euitandum huiusmodi inconuenientia.

Nos autē dicimus ex suppositis, ꝙ est materia vna contrariorū , calidi, & frigidi, & aliarum physicarum contrarietatum : & ex eo quod potentia est, id quod est actu, fit. & non separabilis quidem est materia:ipso autem esse diuersa est. & vna est numero si forte fue Textus. lxxxiiij.

rit:coloris, & caliditatis, & frigiditatis. ¶Est autē & corporis materia, & magni & parui: eadem. manifestum autē est: cùm enim ex aqua factus est aer:eadem materia non insuper accipiens aliquid aliud facta est, sed quod erat potentia actu facta est. Atque rursus aqua ex aere:similiter. Aliquando quidem in magnitudinem:ex paruitate: aliquando verò in paruitatem, ex magnitudine. similiter igitur si & aer multus existens, in minori fiat molē, & ex minori maior:potentia existens fit materia vtraq;. Vt enim ex frigido fit calidum, & ex calido frigidum eadē quia erat potentia: sic & ex calido, magis calidum nullo facto in materia calido, quod non erat calidū, quando minus erat calidum. ¶Sicut neq; maioris circuli circunferentia & curuitas, si fiat minoris circuli, eadē cum sit, aut alia:in nullo facta est curuitas, quod erat non curuū, sed rectū. non enim ex eo quia intermittitur:ipsum minus aut magis est. neq; est accipere flamæ magnitudinem aliquam:in qua & albedo & caliditas nō insit. Sic igitur & prior & calor posteriori, quare & magnitudo & paruitas sensibilis molis, non insuper accipiente aliquid materia, extēditur:sed quia potētia est materia vtriusq;. Quare est idem, densum & rarū: & vna materia ipsorum est.

Causa raritatis ac dēsitatis.

¶In tex.84. veram edocet causam raritatis & dēsitatis:quatuor præiacens fundamenta. Primum ex lib.1.tex.67.& tex.70. Vna eademq; materia est duorum cōtrariorum:puta calidi & frigidi: rari et densi:&c. idem enim numero, quod modo est calidum, postea est frigidum:&c. Scōm ex eodē libro. tex.78. Quicquid fit actu tale, fit ex eo, qō est potentia tale: vt ex frigido, qō est potentia calidum, fit actu calidū, nam forma quicunq; educitur de potentia materię: vt lib. eodem quest. 7. diserebamus. Tertium. Materia non est separabilis a contrarijs. i. non pōt dari materia siue aliqua forma, aut eius cōtraria: omne enim corpus aut calidum est, aut frigidū: aut sub media qualitate, quę quodammodo contrariat extremis: differt tñ subiectum rōne a se vt est sub forma: nam alia rōne materia est sub hac forma: & alia rōne est in potentia ad aliam. Quartū. Vna eadēq; materia est sub cōtrarijs accidentibus: puta vnū & idem corpus est nunc sub calore, & postea sub frigiditate. ¶Tunc ad ꝓpositum sic argnit. Eadē numero materia est contrariorū magnum & parū sunt cōtraria: ergo eadem est materia magni & parui: & per cōsequens rari & densi. Subdit exemplū in generatione substantiali: vt cū ex aqua fit aer, nihil ei materie accrescit nouū: sed eadem numero que sub forma aque erat sub minoribus dimensionibus, sub forma aeris extenditur ad maiores: & econuerso cum ex aere fit aqua. ¶Hoc est punctum responsionis. Censebant enim antiqui, vt hic insinuat Aristote. ꝙ rarefactio fieret, per hoc ꝙ rei que rarefit, aliquid ab extrinseco aduenireț, quo fit maior: & condensatio per hoc ꝙ aliquid ei adimitur quo fit minor. Quod dupliciter exponit: nam. S. Thom. et Paulus & alij iuniores intelligunt, densitatē fieri scōm antiquos, per hoc ꝙ aliquę partes corporis ab extrinseco aduenirent ad replendū vacua, quę erant in corpore: & raritatē, per hoc ꝙ illa corpora expellerent. Sed forte nō intelligebāt, vt ait Philoponus, nisi ꝙ raritas fieret per hoc, ꝙ corpus qō rare fit imbiberet ab extrinseco plures vacuitates. Appellabant enim vacuū dimēsiones illas mathematicas abstractas a corpore: & quāto plus illarū erat ī corpore, minusq; de corporeitate, erat rarius: ecōuerso in densitate pellebantur ille dimensiones, & cōstringebant partes corporis: veluti cū spongia bibit aquā, tumescit: q̄ pulsa cōstringitur: & pariter vter dum inflatur. Et hoc designat hic Aristo. dicēs, ꝙ aqua rarefacta nō fit aer, per hoc aliquid insuper accipiat. i. aliquid vacui. ¶Ait ergo Aristo. ꝙ raritas non fit per aduentū illarū dimensionū, sed per hoc ꝙ eadē materia que erat sub minori quātitate, fit in actu sub maiori, ad quā erat in potentia: atq; adeo educitur de tali potentia: & densitas fit per hoc, ꝙ eadē materia quę prius erat sub maiori quantite, fit sub minori ad quam erat in potentia, veluti cū frigidū fit calidū, nihil additur substantie, aut materie subiecti: sed idem subiectū qō prius erat sub vna forma, fit sub alia, ad quā erat in potētia. Et eadem rōne sicut calidum fit magis calidū per solam intensionē formę in eodē subiecto, ita rarum fit magis rarū per hoc ꝙ idem subiectū acquirit maiorē quantitatem: nō que venit ab extrinseco, sed que educitur de potētia sui subiecti: quod. 1. de genera. exacte tractandum est. ¶Subdit exemplum alterum de circulo. Vbi cōsiderandum ꝙ dicentes rarefactionem fieri per multiplicationem vacui nō videbātur rare factionē ponere vniformiter per omnes ptes corporis: sed ꝙ illa pars solum rarefieret vbi est vacuum. Probat ergo Aristo. ꝙ cū ex aqua fit aer, secundū oēs partes fit rare factio. Et id probat exē plo circūferētie cōuexe circuli, quādo cōstringit. Quod pōt fieri duobus modis. Primo si sphera solida lignea magna arte tornatili fiat minor, tūc tenendo quātitatem distingui a re quāta noua superficies producit in actu que educitur de potentia materię, vt libro. 2. quęstio. 2. dicebamus. Alio modo si virga curua faciens magnum circulum contrahatur in minorem circulum, tunc nulla superficies producitur noua: sed solum fit, minor figura. Et hoc est quod ait [eadem cum sit aut alia] id est, siue noua quantitas producatur siue non. Utrouis modo fiat nulla pars circuli incuruatur quę antea non erat curua: neque aliqua pars incuruatur alia vero non: sed cum omnes essent curue efficiuntur magis curue [nō ex eo qz intermittitur]. i. nō ex eo ꝙ plures partes sunt curue quā recte fit magis curuū, aut ex eo ꝙ plures sunt rec-

Raritas et densitas.

quæstionem secū de quantitate

J

ete ꝙ curue est minus curuum: sed cum omnes partes essent curue recipiunt maiorem curuitatē adquam erant impotentia. Ita cum aliquid fit magis, aut minus rarum. Nusquam vidi hanc expositionē: existimo tamen hunc esse sensum germanū quippe quo eleganter codemnantur ponentes raritatē fieri per illas dimēsiones abstractas. Quorum opinio [vt eam semel intelligas] erat, ꝙ interpelatim in corpore vna pars dimensionum separatorū erat simul cum corpore, & alia perse vacua: nō per hoc ꝙ singule partes rarefierent: sed per hoc ꝙ plura essent vacua quam plena: & densitatem eo conueso. ¶ Quod adhuc confirmat exemplo flamme: cuius nullam est accipere partem in qua non sit albedo. i. lux & caliditas [sic igitur prior calor posteriori]. i. ita se habet remissior calor respectu intēsioris: nēpe ꝙ qui per singulas partes extensus est intenditur. Et ita contingit in raro & denso.

Textus. lxxv. Est autem ipsum quidem densum, graue rarū autem leue, duo enim sunt in vtroque, & dēso & raro. graue enim & durum, densa videntur esse. & contraria, leue inquam & mole: rara. Dissonant autem graue & durum, in plumbo & ferro.

¶ In tex. 85. postquam ostendit vnde raritas densitasque proueniant, respondet ad aliud quod illi dicebant, videlicet vacuum esse causam motus localis. Ait ergo ꝙ causa eadem est raritatis & leuitatis: eademque est causa densitatis & grauitatis. Duo. n. effectus proueniunt ex densitate, puta duricies & grauitas: duoq; item contrarij ex leuitate, puta raritas & mollicies: quo fit vt eadem causa sit & raritatis & motus sursum: sicuti eadem etiam est & densitatis & motus deorsum. ¶ In hoc textu inserit Boetius repetitionem illius similitudinis de circulo. Est tamen inutilis repetitio: quę ab Auerroe creditur adiecta. Et ideo Gatablus & Argy. & alij merito eam prętermittunt.

Textus. lxxvi Nullatenus posse esse vacuum. Ex dictis igitur manifestum est: qđ neque disgregatum est vacuum, neque simpliciter, neque in raro, neq; potētia, nisi quis velit omnino vocare vacuum, causam lationis, sic autem ipsius grauis, aut leuis materia quatenus huiusmodi: erit vacuum. Dēsum enim & rarum, secundum hanc contrarietatem, motus factiua sunt. secūdum autē ipsum durum & molle, passionis & impassibilitatis, & non loco mutationis, sed alterationis magis. Et de vacuo quidem, quomodo est, & quomodo nō est, determinatū sit hoc modo.

Nullo mō est vacuū. ¶ In tex. deniq;. 86. & postremo de vacuo sub forma epilogi concludit, nullatenus esse possibile vacuū: neque disgregatum. i. separatum, puta dimensiones: neq; simpliciter sine aliquo prorsus corpore, aut dimensione, vt est vacuum extra celum: neque in raro. i. in corporibus vt efficiat raritatē: neq; in potētia, nisi id ꝙ est causa motꝰ sursum, aut deorsū velis appellare vacuū in potentia: nam isto mō nihil vetat, qnominus materia. i. subiectum ipsum qđ est graue, aut leue dicatur vacuū. Rarū. n. & dēsum sunt in potentia ad duas cōtrarietates: nā rarū est causa leuitatis, densum vero grauitatis, & hac ratione rarum & densum sunt causa motus sursum & deorsum. Est item rarum causa. vt sit mole: & densum causa, vt sit durum: & secundum hoc rarū & dēsum non sunt causa motus localis, sed motus alterationis: puta passionis, aut impassibilitatis: nā molę facile paritur & corrumpitur durum autem, difficile. Sequitur. q. s.

DE TEMPORE. CAPVT. X.

Textus. lxxxviij COnsequens autem est ad ea quæ dicta sunt, aggredi dētempore. primum autem bene se habet, dubitasse de seipso, & per exteras rationes, vtrum sit eorum quæ sunt an eorum quæ non sunt, deinde quæ sit natura ipsius.

¶ Tertium membrum principale huius libri est de tempore: vt enim est locus mensura mobilis, ita & tempus est mensura motus: atque adeo post considerationem loci, & (quod eius contrarium est) vacui proxime subsequitur tractatus de tempore. Qui capitula continet quinque: textus autem secundum Commenta. quadraginta octo. In ca. hoc 10, quod in textus decem distinguitur, proponit opiniones extraneas cum suis qualibuscunq; rationibus. Ait ergo cōsequens esse postea quę dicta sunt de tempore diserere: primum quidem proponendo dubitationes, affer endoq; exteras rationes .i. dialecticas vt ait Cōmēta. quę nō sunt physicę sed ꝓbabiliter cōtra veritatē dubitationē faciūt.

Quod igitur omnino non sit, aut vix & obscure, ex hisce aliquis suspicabitur. Aliud enim ipsius factum est, & nō est, aliud verò futurum est, & nondum est. Ex his autem, & infinitum & quod semper accipitur, tempus componitur Quod autem ex ijs quæ non sunt componitur, fieri non posse videtur vt possideat aliquando essentiam.

Textus. lxxxix. ¶ Due sunt de tempore precipue dubitationes: altera de tēpore ipso, quod est ens successiuū altera de instāti, quo partes eius copulātur. Facit ergo duas apparētes rationes, ꝙ tēpus nō sit: & deinde progreditur ad instans: & tertio disputat quid sit tempus. Prima ergo ratio in hoc text. 88. est hęc. Qđ cuius partes nō sunt, nō est. nam totum ex partibus pēdet, ex quibus constat: patet autem tēporis nō sunt: ergo nec tēpus est. Minorē probat: qꝛ pars preterita temporis, iā nō est: pars vero futura, nōdum est: tēpus autem ex his tantum duabus partibus constat: nā nunc non est pars tēporis, vt statim dicturus est: ergo tēpus ipsum nō est: aut saltem obscure est. i. vix intelligi pōt, quomodo sit.

Ly, infinitum, adiectiuum est de ly, tempus, vt patet. Grece: vbi vtrumque est masculini generis. Appellat autem tempus infinitum ꝛ quod semper accipitur, propterea quod (in eius opinione) est perpetuum.

Textus. lxxxix.

Ad hæc autem: omnis rei partibilis si quidem sit, necesse est quando est aut quasdam, aut omnes partes esse. temporis autem, aliæ fuerunt, aliæ verò, futuræ sunt, nulla autem est: cùm sit diuisibile. ipsum autem nunc: non est pars. nam & mensurat pars: & componi oportet totum, ex partibus. tempus autem, nõ videtur componi ex ipsis nũc.

¶ Secunda ratio in tex. 89. eadem propemodũ est. Cuiuscunque (inquit) rei partibilis. i. habẽtis partes necesse est quando talis res est: aut omnes eius partes simul esse, aut saltem aliquas. Aut omnes (vt inquit Themistius) propter res simpliciter permanentes vt corpus ꝛ linea: aliquam vero propter res que habent aliquam successionem: vt in comedia quando representatur vnus actus, aliꝰ transiuit. Temporis autem nec omnes, nec aliqua pars vnquam est: ergo tempus non est. ¶ Probat minorem. Si aliqua pars temporis esset, maxime illud instans presens, quod vocamus, nunc, nã preteritas partes ꝛ futuras ostensum est iã modo nõ esse: hoc autem, nunc. non est pars temporis: ergo nulla pars temporis est. Minor vero probatur nam pars habet duas conditiones. s. quod est mensura totius (vt binarius est mensura. i. pars aliqũ a senarij,) vel pars constans ex aliquotis (vt quaternarius est pars senarij) ꝛ item cõponit totum. Instans autem non est mensura temporis, non. n. tempus est magnum vel paruũ, quia habet plura vel pauciora instantia: cum quodlibet habeat infinita nec tempus, cum sit diuisibile, componitur ex instantibus, quę sunt indiuisibilia.

Textus. xc.

Amplius autem & ipsum nũc, quod videtur distinguere præteritum & futurum, vtrum vnum & idem semper permaneat, an aliud fit & aliud non facile est videre. Si enim semper alterum & alterum est, nulla autem est earum quæ sunt in tempore alia & alia pars simul quæ non contineat, alia vero contineatur vt minus tempus sub maiore, ipsum autem nunc quod non est, prius autem fuit. necesse corruptum esse aliquando & ipsa nunc simul quidem inter se non erũt, corruptum autem esse necesse est semper prius. in seipso igitur corruptum esse, impossibile est: ex eo quia tunc est. In alio autem nunc, corrumpi ipsum prius nunc: non contingit. Sit enim impossibile: contigua esse ad inuicem ipsa nunc, vt pũctum cũ puncto. Si igitur in eo quod est consequenter, non corruptum est, sed in alio in medijs nunc quæ sunt infinita, simul erit. hoc autem impossibile est.

¶ In tex. 9. arguit item probabiliter, q nullum sit instãs seu nũc. Et quãuis instãs videtur esse quid superius ad nunc, (quod solũ videt designare nũc presens) nihilominus accipit nũc generaliter pro instanti ea ratione qua est, vel fuit presens. Ratio est hec. Si esset nunc tẽporis vel illud esset idem numero per omne tempus, aut essent diuersa neutrum istorum ergo nullum est nunc. ¶ Probatur minor. Si sunt distincta, tunc necesse est vt duo nunc non possint esse simul: nam due partes temporis esse nequeunt simul nisi cum vna continet ꝛ alia cõtinetur, sicut pars in toto: quemadmodum modo est hora tertia, ꝛ dies Jouis, ꝛ mensis septembris. Vnum autem, nunc, non potest esse pars alterius cum omnia sint indiuisibilia. Tunc rursus. Si duo nunc, non possunt esse simul, necessarium est, vt qñ hoc est, aliud prius fuerit corruptum impossibile autem est instans corrumpi: ergo non sunt distincta instantia. Minor suadetur sic. Instans aut corrumpitur quando est aut postquam fuit: non quãdo est: quia quod secundum se totum est non corrũpitur nec corrumpitur quando non est quia maxime. A, instans corrumperetur in. B. instanti sequẽti: quod est impossibile: nam cum inter quecunq; substãtia medient infinita, non potest. B. esse contiguum: ꝛ immediatum ipsi. A. ꝛ perconsequens. B. non potest esse primum instans non esse ipsius. A. quod erat necessarium vt. A. corrumperetur in B. Concludit ergo q si instans preteritum nõ corrumpitur in eo quod consequenter. i. immediate sequitur (quia nullum est tale) sequitur vt nullo modo corrumpatur, ꝛ per consequens duo instantia manent simul: quod est impossibile. Ratio hec solum adducitur probabiliter, ꝛ non demõstratiue nam instans corrumpitur. i. desiuit esse, quando est per vltimum sui esse.

At vero, neque semper idem permanere. possibile est. nullius enim diuisibilis finiti: vnus terminus est. neque enim si ad vnum sit continuum: neque si ad plura: ipsum autem nunc, terminus est. & tempus est accipere finitum,

Textus. xcvj.

¶ Alteram partem videlicet quod sit idem nunc, permanẽs per omne tempus reprobat duabus rationibus. ¶ Prima in hoc tex. 91. est huiusmodi. Illud continui finiti esse potest vnus tantum terminus (neque si ad vnum sit constitutum neque si ad plura). i. neq; si sit cõtinuum secundum vnam tantum dimensionem, vt linea: neque secundum plures, vt superficies ꝛ corpus linea. n. finita duo hẽ extrema puncta: ꝛ superficies ad minus tres lineas: ꝛ corpus plures superficies: intelligitur. n. de quantitate cõtinua recta: nam superficies circulatis vnica linea terminatur. tempus autem est quid continuum ꝛ finitum: hora. n. dies, mensis, ꝛ annus tempora sunt finita: ergo ad minus necesse habent vt

vt duobus,nunc,terminetur,videlicet in preteritum ⁊ in futurum.

Amplius si simul esse secundum tē-
Textus. xcij. pus,& neque prius neque posterius, in eodem esse & ipso hoc nunc sit, & si qua prius,aut posteriusin ipso nūc sunt simul erunt quæ ante decies millenos facta fuerunt annos, cum ijs quæ fiunt hodie,& neque prius neque posterius vllum aliud alio. De ijs igitur quæ in sunt ipsi:tot sint dubitata.

¶Secunda ratio est in tex.92.talis. Idem est aliqua esse simul,⁊ esse in eodem,nunc,nec prius,nec posterius:ergo si idem,nunc,erat ante centum annos ⁊ ante decies millenos,quod modo est sequitur,vt res que tunc erant,⁊ que nunc sunt dicantur esse simul,nec prius ille fuisse quam he:nam esse prius est esse in alio,nunc,precedenti hoc, quod modo est. Consequens tamen absurdissimum est dictu. Sequella ꝓz ex suppositione .s. Idem est ꝙ

Quid autem est tempus, & quæ ipsius natura,simi liter & traditis imma
Textus. xciij. nifestum est,& ex ijs quæ fuimus percutrentes prius. Nam quidam, vniuersi esse motum dicūt. Alij,spheram ipsam Atqui circulationisetiam pars,tempus quoddam est circulatio verò non.pars enim circulationis est quod acceptum est,sed non circulatio.Amplius autem si plures essent cœli,similiter esse & tē pus,cuiuslibet ipsorum motus. Quare multa tempora,simul.

¶Post argumentationem ꝙ non sit tēpus,neque instans,disputat tertio inquirendo,quidnamsit tē pus. De qua re tres enarrat,ac refutat opiniones Tres opiniones de tempore. Sit ergo.ꝙ difficilem esse cognitionem temporis, constat ex his,que modo obiiciebantur.Quidam. n.dixerunt tempus esse motum vniuersi. Alij vero spheram ipsam.s.substantiam vniuersi. Alij autem idem esse tempus,quod motus ingenere. Primā opinionem redarguit duabus rationibus:dicebāt qō em isti ꝙ tempus est circulatio motus. Contra ꝙ arguitur. Si circulatio integra est tēpus,sit, vt quecunꝙ pars circulationis sit proinde tempus: nam quecunque pars temporis est tempus. Si au pars circulationis est tēpus,⁊ tēpus est circulatio, quelibet pars circulationis est circulatio:quod est falsum:nam circulatio est motus ab aliquo puncto in idem. Rationem hanc.q.4.examinauimus: que certe non est demonstratio. Responderi.n.posset satis esse ad rationem temporis,ꝙ sit pars circulationis. Secunda ratio est. Si tempus idem est quod motus circularis celi,sit, vt si essent plures celi,plura essent tempora: quod tamen est falsum imo,vt bene ait Philoponus,quamuis per impossibile plures essent celi eiusdem magnitudinis ⁊ velocitatis ⁊ plures mundi,qui mouerentur eodē motu.quo iste noster,non essent plura tempora, sed idem dies mensis ⁊ annus esset in omnibus. De quæstione quarta vberius explicamus.

Vniuersi autem sphæra: visa est qui dem,dicentibus esse tempus.quia & in Textus. xciiij tempore omnia sunt:& in ipsa vniuersi sphæra.Est autē stultius ꝙ dictū est, quam vt de eo impossibilia consideremus.

¶Secūdā opinionē diceutiū spheram vniuersi esse tēpus:siue intelligas vniuersum ipsum,siue primū mobile dicit adeo esse stultā,vt superuacaneū sit incōuenientia eius recēsere. Persuadebāt em ibi spherā primā esse tēpus hoc paralogismo. Omnia cōporalia sunt in tempore,oia sunt itē in prima sphera:ergo pria sphera est tēpus. Quiquidē paralogismus primo peccat inequiuoco:equiuoce em sunt cōporalia in sphera ⁊ in tēpore:in illa em sunt tanquā in loco:in hoc vero:tanquā inmēsura durationis. Secundo quia cōcludebat in secūda figura expuris affirmatiuis:vbi mediū nō distribuit. Et ꝙ illa opinio esset manifeste stulta : patet, vt ait Themistius : quia sphera vniuersi est ens permanens:tempus vero:ens successiuum.

cœlum continet o
tempꝰ continet oia
ꝙ cœlum est tempꝰ

Postquam autem videtur maximè Textus. motus esse ac mutatio quædam, tēpus. xcv. hoc considerandum erit. Vniuscuiusq; igitur mutatio & motus: in ipso quod transmutatur est solū,vbi fuerit ipsum quod mouetur & transmutatur . tempus autem,similiter & vbique,& apud omnia est.

¶In tex.65.refellit tertiā opinionē.si modo tñ cuiuspiā fuerit.s.tēpus idē esse qō motꝰ. Differt opinio hec a prima ꝙ illa ponebat tēpus solū esse motū primi mobilis:hec vero motū in gñare:vt vniuscuiusq; rei motus esset suū tēpus. Qō aūt tēpus sit motꝰ,quāuis sit falsum,est tñ vero simile ⁊ ideo primus duabꝰ rōnibus probat ꝙ nō est motꝰ,ac deinde tertia ꝙ nō est sine motu. Prima est. Motꝰ vniuscuiusq; est subiectiue in ipso qō mouet,aut in eodē loco. S. Tho. interpretat primā particulā alludere ad motū alterationis ⁊ augmētationis secūdā vero ad motū localē in loco:nō ꝙ motꝰ localis non sit subiectiue immobile perinde vt alij motus:sed ꝙ motꝰ localis dicitur motus in loco . vel forte vt Themisti.⁊ Philopo.aiūt particula diffinctiua accipit procopulatiua:vt sepe fit Hiece. Vt sit sensus ꝙ motꝰ in eoqō mouet ⁊ nō alibi. Tēpus vero nō est in rebus que mouētur:qz vnum ⁊ idēvniformiter est in omnibus: eosdem enim numero annos ego habeo ⁊ quicunque natus est qñ ego:⁊ eandem numero horam legimus qui hora tertia legimus: ergo tempus non est idem quod motus.

tempus nec̄ m
motus ꝙ vnū

Amplius autem,mutatio quidē om- Textus. nis,velocior autardior est. tempus: xcvj. autem non est. tardum enim & velox, tempore diffiniuntur. Velox enim est quod in pauco,multum mouetur. Tardum autem,quod inmulto,parum. Tē pus autem non deffinitur tempore neque quo quantum quid est . neque

quo

quo quale. Quod igitur non est motus manifestum est. Nihil autem referat nobis dicere in præsentia, motum aut mutationem.

¶In tex. denique. 96. t postremo addit secundam rationem. Omnis motus est velox, aut tardus: atque adeo magis, aut minus tardus: non solum in his inferioribus, sed etiam celorum aliud alio velocius mouetur tempus autem nec tardum dicitur nec velox: ergo motus non est tempus. ¶Probat minorem quia tardum inquit, t velox tempore diffinitur. velociter enim id mouet, quod paruo tempore longum spacium percurrit: tarde vero quod longo tempore transit paruum: ergo tempus vniforme est idem vbique alias non esset mensura velocitatis t tarditatis, Et hoc est quod subdit [scilicet quod tempus quantum sit aut quale non diffinitur tempore] non, n. dicimus dies vernos longiores esse hyemalibus, quia maiori tempore durant: quinimo idem est prorsus esse maiores dies, t esse maiora tempora. Hec diffinimus Mayum esse mensem meliorem Februario, quia est melius tempus esset enim idem per idem diffinire. Si ergo quantitas t velocitas motus diffinitur tempore. non autem quantitas temporis recte concluditur: tempus non esse idem quod motꝰ et ibi [vt solet] secat. Commentator textum. 67. Ait vero Aristo. quod ea ratione qua tempus non est motus, neque est mutatio: qualis est generatio.

QVO DEFINITVR quid sit tempus.

CAPVT. XI.

1. cum Textus. Textus. xcvij.

ATvero, neque sine mutatione. cum enim ipsi nihil mutamur secundum intelligentiam, aut latet nos mutari: non videtur nobis fuisse tempus, sicuti neque ijs qui in Sardo fabulose dicuntur dormire apud Heroas: cum fuerint experrecti. Copulant enim primum nunc posteriori nunc, & faciunt vnum, remouentes propter insensibilitatem medium. Vt igitur, si non esset alterum nunc sed vnum & idem, non esset tempus: sic & quando latet alterum esse, non videtur quod medium est esse tempus. Si igitur vt non putemus esse tempus, nunc accidit nobis, cùm non diffinimus vllam mutationem sed in vno & indiuisibili videtur anima manere, cùm autem sensserimus, ac diffinierimus. tunc dicimus fuisse tempus: manifestum est quod non est sine motu ac mutatione tempus.

¶In capite. 11. textibus vndecim distributo, prætermissa iam recitatione contrariarum opinionũ diffinire primum intendit, quidnam sit tempus ac deinde quid sit nunc temporis. Et ideo in has duas partes capitulum secatur. At quia motus t tẽpus res sunt affinitate cõiuncte, t probauerat motum non esse tempus, premittit subinde quasi premissorum dicendorum: nec tempus esse sine motu, nec motus rursus sine tempore: idque ostẽdit hac ratione. Tempus non cognoscimus, nisi per cognitionem motus: ergo tempus non est sine motu: ñ sicut res se habent ad cognitionem, ita se habent ad esse. 2. meta. text. 4. Ans manifestat exẽplo dormientium: cum. n. quispiam intenebris profundo prolixoque somno captus nullum percipit motum fit vt postmodum excitatus coniungat instans, quo expergiscitur, instanti, quo dormire ceperat: t ideo nullum cognoscit transisse tempus: aut non quantum transiuit. Et hoc est quod ait [cum ipsi nihil mutamur secundum intelligentiam]. ñquam uis nos semper in rei veritate mutemur, si tamen non intelligimus mutari motu aliquo, non percipimus tempus: sed tamen quam primũ sentimus motum, statim cognoscimus tempus. ¶Adducit exemplum fabule apud Sardos. Refert Simplicius cum capta fuit a Grecis Sardus insula inuenta illic fuisse cadauera nouem filiorum Herculis, balsamo aliisque aromatibus sic condita vt non mortuorum sed dormientium prorsus imaginem exhiberent hos incole heroes dormientes appellabãt collebãtque vt deos. Horum q meminisse hic (ait) Ph. Philosop. vero cõmemorat ad huiusmodi heroes in more fuisse deferri infirmos sanitatis causa: qui cum demonum in cantionibus tres, aut quatuor dies sopore velut dormientes attoniti essent postea excitati putabant nullum prorsus tempus transisse: sed eadem hora cepisse t finisse somnum. Alij nescio quos homines fabulabantur tredecim milia annorum dormisse. Est bonum argumentũ. Nam si propterea quod non percipimus motum non percipimus tempus. signum est q si in rei veritate non esset motus non esset tempus.

Dormientium fabule.

Quod igitur neque motus neque sine motu tempus est manifestum est. xcviij.

Accipiendum est autem, quoniam querimus quid est tempus, hinc incipientibus: quidnam ipsius motus sit, simul enim motum sentimus: & tẽpus. Etenim si sint tenebræ, & nihil per corpus patiamur, motus autem quidã in anima insit: confestim simul videtur quoddã fuisse & tempus. Atverò & cum tẽpus videtur fuisse aliquod, simul & motus quidã fuisse videtur. Quare aut motus, aut aliquid: est tempus. Cùm igitur non sit motus, necesse est motus

motus aliquid esse ipsum.

¶Postquam constitutum est tempus & motũ subiecto esse coniuncta, vt neutrum sine altero esse valeat, prosequitur inuestigare: quidnam tempus sit ipsius motus. Et intentio eius est, q̃ tempus sit numerus motus secundum prius & posterius: & intelligitur de regulatissimo motu primi mobilis. Repetit autem in hoc tex. 98. amplius explicare affinitatem temporis & motus. Cum.n. dixerat tẽpus non cognosci, nisi per motum, subdit, q̃ non est necessaria cognitio motus corporei ad cognoscendum tempus: sed satis est si cognoscamus nostrarum successionem mentalium cogitationum. Si enim quis in tenebris corpore quietissimus nullum in se, aut extra se corporeum motum experiens aliquid meditetur successione meditationis percipit tempus transisse. ¶Hec solum tẽpus per motum cognoscimus, verum & econuerso per tempus venimus in cognitionem motus. Quẽadmodum.n. qui aliqua dulci contemplatione, aut studio delectatur, eo q̃ non sentit laborem motus, nõ cognoscit quantum tempus studuit, ita econtrario infirmi qui graviter ferunt motum febris, putant maius tẽpus transisse, quã transiuit & ideo neutri bene iudicant tempus per motum: sed vtrique econtrario per tempus cognoscunt, quantum motũ passi sunt: vt cum hora sonat qui dulciter studet intelligit plus studisse, quã putarat: & febricitans minorem motũ febris transisse, quã crediderat. Cõcludit ergo, q̃ si adeo sunt coniuncta tempus & motus, sit, vt tempus vel sit motus, vel aliquid eius: & cum non sit motus, sequitur vtsit eius aliquid: puta aut pars eius, aut accidens, aut quiduis aliud.

Textus. xcix.

Cum autem quod mouetur, mouea tur exquodam in quoddam, & omnis magnitudo continua sit, sequitur magnitudinem, motus. Quia enim magnitudo continua est, & motus est continuus: Quia vero motus, & tempus; quãtus enim motus est, tantum & tempus semper videtur fuisse. ¶Priusautem & posterius, in loco primum sunt. hic quidem: positione. Quoniam autem in magnitudine est prius & posterius: necesse est & in motu esse prius & posterius proportionaliter ijs quæ sunt ibi. At verò & in tempore est prius & posterius, propterea quod alterum sequitur semper alterum ipsorum. ¶Est autem prius & posterius ipsorum, in motu. Id quidem quod est, motus est. esse tamen ipsi, alterum est, & non est motus.

¶Postquam constitutum est, tempus esse aliquid ipsius motus adrem propius accedens ph. ostẽdurus tempus esse numerum motus secundũ prius & posterius, prenotat, qua ratione in tempore sit prius & posterius. Et quia tempus non haberet prius & posterius, nisi esset quantitas continua (numerus.n. decem hominum: aut lapidum non dicit alium alio esse priorem, aut posteriorem) manifestat, quomodo tempus sit quantitas cõtinua. Tria .n. sunt continuorum genera. s. magnitudo, motus & tempus. Atqui vt continuitas magnitudinis causa est continuitatis motus, ita continuitas motus causa est continuitatis temporis. & exempli gratia. Motus non est nisi transitus ab vno termino in alium: (quod quamuis verum habeat in motu etiam alterationis & augmentationis, oculatius tamen inspicitur in motu locali) & ideo motus sequitur magnitudinem: nẽpe vt ex eo q̃ mobile prius attingit priorẽ partẽ spacij (.s. sibi propinquiorẽ) quã posteriorẽ illi cõtinuam, motus ipse habet partes cõtinuas [qz vero motus]. s. est cõtinuus [& tẽpus]. s. est cõtinuũ. Mã quantus est motus, tm̃ est tẽpus. Loquitur enim semper de motu regulari primi mobilis, vbi quanta est portio motus, tm̃ est tẽpus. Nam de his inferioribus iam dixerat text. 96. q̃ motus velocior breuiori tempore pertransit tm̃ spacium quãtum motus tardus in maiori tẽpore. Est certe deductio pulchra vt nõ aliunde sit actio cõtinua, nisi qz magnitudo est continua: & qz actio est continua: aggregatũ ex priori & posteriori, in quo ratio tẽporis consistit, sit etiam cõtinuũ. ¶Post hęc cõfestim explicat differentiã inter rationes prioris & posterioris horum trium. Ait enim q̃ prius & posterius in loco perquẽ mobile mouet est secundũ positionẽ & situ partium. In magnitudine enim quam habes ante pedes iacentẽ, prius & posterius accipitur respectu tui. vt qõ est tibi propinquius sit prius: q̃ vero magis distat sit posterius: sicut dextrum est, quod habes ad dexteram: & sinistrum, quod habes ad sinistram. In motu vero. quia nõ est ens permanẽs, non est per se prius & posterius positione: sed proportionabiliter. i. per respectũ ad magnitudinem vt illa pars motus sit prior. qua transitur prima pars magnitudinis: illaq̃ posterior, qua transit posterior. At vero in tempore erit prius & posterius, propterea quia alterum sequitur alterum. i. quia tempus insequitur motũ & econuerso. ¶Subiungit tandem verbum attentione dignum ad intelligentiam temporis dicens q̃ prius & posterius ipsorum. s. motus & temporis est quidem in motu. [Nam id quidem qõ est motus est]. i. prius & posterius ipsius motus non est res distincta a motu, sed eadem res, que est motus (esse autem ipsi, alterum est.) Diffinitio autem alia est motus, & alia prioris & posterioris: etenim queadmodum prius & posterius in magnitudine, non est res distincta a magnitudine, sed situs partium magnitudinis, nihilominus alia est diffinitio magnitudinis, & alia situs, que sunt distincta predicamenta, ita prius & posterius in motu: idem est realiter cum motu: nam sunt partes eius: differũt tm̃ diffinitione: quia motus est actus entis inpotentia. inqua diffinitione non fit mentio prioris, aut posterioris preteriti ve, aut futuri: tempus autem essentialiter est duratio illa & mora motus.

At vero & tempus quidem cognoscimus: cum diffinimus motum, prius ac posterius diffinientes. atque tunc dicimus fuisse tempus quando prioris & posterioris in motu, sensum ceperimus

Textus.

mus. Determinamus autem aliud & aliud existimando ipsa, & medium quippiam inter ipsa alterum. cùm enim extrema altera à medio intellexerimus, duoque dixerit anima, ipsa nunc, hoc quidem prius, illud vero posterius: tũc & hoc dicimus esse tempus. Quod enim determinatur ipso nunc: tempus esse videtur & supponatur.

¶ Subsequenter in hoc tex. 100. differentiam aperit inter tempus ꝛ motum: dicens, ꝙ tẽpus sequitur motum, non inquantum motus est actus entis in potentia (.i. actio quedam incepta que nondum venit ad terminum) sed inquantum in motu sunt signabilia duo: nunc, aliud prius ꝛ aliud posterius. s. preteritum ꝛ presens. Quod demonstrat hoc signo, quia tunc cognoscimus esse tempus, qñ rationem prioris ꝛ posterioris percipimus in motu, alias minime. vt superiori dormientium exemplo ostensum est. At vero quia paulo antea determinauerat tẽpus esse quantitatem cõtinuam, partes vero quantitatis continue non sunt duo in actu (quia non sunt actu separate) subdit ꝙ prius ꝛ posterius in tempore, quamuis sint coutinua: tamen anima per operationem intellectus facit illa esse duo. Non ꝙ tempus sit ens rationis solum habens esse per operationẽ intellectus (est enim ens reale) sed numerat vt duo illa que sunt partes eiusdem continui. Tunc igitur cum numerat illa duo ꝛ medium sentit inter illa, cognoscit tempus. Jn. n. (inquit) ꝙ determinatur ꝛ (intercipitur inter duo nunc, est tẽpus: vt confestim vberius patebit.

Quando igitur tanquam vnum, ipsum nunc sentimus, & nõ aut prius & posterius in motu. aut vt idem quidem non autem prioris & posterioris cuiusdam: non videtur tempus fuisse vllum quoniam neque motus. Cùm autem prius & posterius est: tunc dicimus tẽpus. Hoc enim est tempus: numerus motus secundum prius & posterius. Non ergo motus, tempus est: sed quatenus numerum habet motus.

Textus. ci.

¶ Jn tex. deinque. 101. concluditdiffinitionem temporis, ea que dicta sunt explicatius declarando. Quod. n. affirmatiue dixerat, tunc nos cognoscere tempus, quando duo, nunc, terminantia aliquã successionem percipimus. subdit negatiue quando ꝛ quomodo tempus non sentimus. Est tamen textus hic amphibologicus. S. Tho. exponit sic, ꝙ non nisi vno modo cognoscimus tempus. s. cognoscendo duo: nunc: terminantia aliquam successionem. Et ideo existimat ꝙ excludãtur duo modi a ratione temporis. s. quando percipimus duo nũc tanquam vnum non percipiendo medium motum inter illa, vt est in exemplo dormientium: aut quando cognoscimus vnum nunc, presens tanquam finem prioris temporis ꝛ initiũ futuri: tunc (inquit) non cognoscimus tempus. Et hec exposi

tio consona est textu supra proximo. Philoponus contextui huius litere: nescio an magis congruat alius sensus Themistij ꝛ Philoponi: nempe ꝙ dupliciter cognoscimus tempus. s. aut cognoscendo duo nũc tanquã extrema vnius successionis aut cognoscẽdo vnũ nũc tanꝙ terminum prioris, ꝛ initiũ posterioris. Nam etiam isto modo cognoscimus tempus, vtpote preteritum ꝛ futurum. Et ita intelligẽda esset tunc litera. s. ꝙ si nõ cognoscamus, vel medium inter duo, nunc, vel vnum, nunc, tanquam continuatiuum prioris ꝛ posterioris, non cognoscimus tempus: si tamen cognoscamus: velmẽdium inter duo, nunc, vel duo extrema eiusdem, nunc cognoscimus tempus. Sed si sentiamus solũ nunc presens absolute non considerando ꝙ est terminus preteriti ꝛ initium futuri, nõ cognoscimus tempus. Est ergo tempus numerus motus secundum prius ꝛ posterius. Diffinitio hec amplius explicatur. q. 4. interim autem satis est si exemplo intelligatur. Numerus. n. dierum, aut horarum, aut motarum quaruncunque (quibus pro indiuisibili mensura vtimur) perquas durat successio motus, est tempus.

Diffinitio temporis.

Signum autem est plus enim & minus discernimus numero, motum autem plurem & minorem, tẽpore. Numerus itaque quidam: tempus est.

Textus. cij.

¶ Quoniam autem numerus est duplex (etenim quod numeramus ac numerabile, numerum dicimus: & quo numeramus) tempus est quod numeratur. & non quo numeramus. est autem alterum quo numeramus: & quod numeratur.

¶ Due sunt particule huius text. 102. in prima, signo quodam aposteriori probat tempus esse numerum: nam cum numerus sit quantitas discreta tempus vero sit continua, dubium esse poterat. Ratio est hec. Id quo certificamur de quantitate alicuius rei est numerus (metimur. n. quantum sit stadium numero passuum: aut pedum: ꝛ panum metimur vnis) tẽpus autem est id quo metimur motum (dicimus. n. tot horas orasse quẽpiam, aut scripsisse: aut tot virisse annos) ergo tempus est numerus. Jn secunda particula explicat quisnam numerus sit tempus. Est. n. duplex numerus. s. materialis ꝛ numeratus, vt decem homines, aut decẽ lapides que sunt de predicamento substantie: numerus vero formalis quo numeramus est aggregatum ex vnitatibus: vt intellectu abstrahitur ab hoc ꝛ illo subiecto. Et hoc modo est de predicamẽto quantitatis: hoc. n. modo eiusdem rationis est denarius lapidum ꝛ hominum. Unde numerus numerans ꝛ numeratus sola ratione differunt sunt enim eedem vnitatis. i. quantitates rerum considerate, eut concrete in subiecto, aut abstracte per intellectum ab hoc ꝛ illo subiecto. Dicit ergo ꝙ tempus non est numerus formalis quo numeramus: alias sequeretur, ꝙ numerus quaruncumq; rerum etiam permanentium vt lapidum esset tempus: quia numerus formalis, quo, eiusdem rationis est in omnibus rebus. Est ergo tempus numerus numeratus, puta partes ille prior ꝛ posterior in

Numerus duplex.

in successione motus. Unde quemadmodum decē vlne panni sunt vna res continua, sed sunt decem vnitates quibus mensuratur, ita numerus prioris & posterioris est tempus quatenus horis, aut diebus metimur motum. An vero tempus sit res distincta a motu necne, quęstione id quinta disputamus.

Textus. ciij. Et vt motus semper alius est & alius sic & tempus. Tempus autem simul omne, idem est. nam ipsum nunc idem est, secundum id quod est, esse autem ipsi, alterum est.

¶ Postquam diffinitum est: quid sit tempus: procedit in hac secunda parte textus, vt ostendat, quenam res sit nunc, temporis, seu instans temporis. Quod pro eodem semper accipito. Utrum videlicet vnum idemq; numero fluat per omne tempus an diuersa sibi succedant hoc. n. in dubium reuocauerat supra tex. 90. ¶ Proponit ergo in hoc tex. 103 cōclusionem hāc. Hunc tēporis est idem secundū rem fluēs per omne tempus, ratione tn differt & est plura, secundū q idē cōsideratur secundū successionem motus tanquam alterum & alterū: puta vt preteritum, presens, aut futurum. Ait ergo, q vt motus est semper alius & alius (est. n. successio mobilis aliter & aliter se habentis respectu loci) ita & tempus, quia realiter idem est q motus, semper est aliud & aliud. Attamen tempus omne simul. i. secundum omnes suas partes est eadem res, quia est realiter idem nunc. s. eadem existentia mobilis [Esse autem ipsi alterum]. i. ipsum autem nunc ratione & diffinitione differt a successione temporis: hoc autem non immoramur explicare: quandoquidem Aristot. seipse continuo explicat.

Textus. ciiij. Ipsum autem nunc, tempus metitur quatenus prius est atque posterius. Ipsum autem nunc, est quidem vt idē est verò vt non idem. Quatenus enim in alio & alio est, diuersum est (hoc autem, est esse ipsi nunc) quatenus verò est id quod est, ipsum nunc, idem est. sequitur enim (vt dictum est) magnitudinem motus. hunc autem, tempus, vt diximus & similiter igitur punctum: id quod fertur quo motum cognoscimus & prius in ipso & posterius. hoc autem secundum id quidem quod est: idem est. punctum enim, aut lapis, aut aliquid eiusmodi: est. ratione autem aliud est. sicut Sophistæ accipiūt esse diuersum: Coriscum in Lycio esse, & Coriscum in foro. & hoc igitur, ex eò quia alibi & alibi est diuersum est. ¶ Ipsum autem nunc, sequitur id quod fertur, vt tempus motum. eo enim quod fertur cognoscimus prius & posterius in motu. Quatenus autem numerabile est prius & posterius: ipsum nunc est. Quare in his, id quidem quod est nunc, est idem. prius enim aut posterius est in eo quod in motu est. ipsum autem esse alterum. Quatenus enim numerabile est prius & posterius, ipsum nunc est. & motum maxime, hoc est. etenim motus est: per id quod mouetur. & latio per id quod fertur. Hoc aliquid enim est id quod fertur, motus autem, non. Est igitur vt idem ipsum nunc dictum semper, est autem, vt non idem. etenim similiter & quod fertur.

¶ Subsequenter text. 104. manifestam facit conclusionem. Ad euidentiam tamen huius textus qui lubricus ac difficilis est, notandum est q sue quantitas, & punctum distinguantur a re quanta siue non, imaginandum est, q si punctum trahatur per aliquam planiciem, vestigium illius est linea: & ideo ad imaginationem ex pūcto eodem numero indiuisibili fit magnitudo. Et quia continuitas motus resultat ex continuitate magnitudinis, per quam res mouetur, ex priori & posteriori in magnitudine cognoscimus prius & posterius in motu. Demus ergo, vt id quod mouetur & singitur esse punctum, sit lapis. Cognoscimus tunc prius & posterius in motu propterea quod eadem res aliter & aliter se habet in diuersis partibus spacij vt existentia mobilis in priori parte spacij sit prius in motu, existentia vero in posteriori parte sit posterius. Illud autem prius & posterius in successione motus est tempus. Et ideo naturam ipsius, nunc, explicat Aristoteles per similitudinem ad punctum: quod sicut punctum vnum fluens facit magnitudinem, ita ad imaginationem vnum nunc, puta vna eademque existentia mobilis quatenus fluens secundum prius & posterius, facit tempus. Quo circa quemadmodum motus, sola ratione predicamentali differt a mobili, vt libro. 3. questione. 2. dicebamus, ita tempus sola ratione differt a motu primi mobilis, vt hic questione. 4, opinamur. ¶ Litera vero fere syllabatim est enarranda. [ipsum autem nunc, tempus metitur: quatenus prius est atque posterius) Hoc videtur contradicere ei quod dixerat textu. 89. scilicet nunc nō esse partem temporis, quoniā nō est eius mensura. Nulla est tamen contradictio: vt esse punctum, q est indiuisibile, inse consideratum non est pars lineę, nihilominus ex fluxu ipsius resultaret linea, ita instans indiuisibile non est pars

pars temporis: nihilominus ex fluxu illius imaginatur relinqui tempus. Et ideo licet simpliciter consideratum non sit mensura tẽporis, tñ consideratum vt fluens secundum prius ⁊ posterius est mensura temporis. Ut quanto permaius spacium decucurrit primum mobile maius fuerit tempus. Obidq; subdit q; [ipsum nunc est quodammodo idem in toto tempore, quodam modo diuersum. Quatenus. n. in alio est]. i. quatenus existẽtia mobilis est in alio ⁊ alio loco sunt plura nunc diuersa ratione. Et [hoc est esse ipsi nunc]. i. ratio ⁊ quiditas ipsius nunc in hoc consistit, q; aliter ⁊ aliter se habeat mobile: nam si nullus esset motus, sed esset solus deus, qui est immobilis, nullum esset tempus, nec nunc temporis: sed eternitas [quatenus vero ⁊c.]. i. si ipsum istans consideretur quatenus est res quedam, est vnum ⁊ idem in toto tempore: nam est vna existentia eiusdem primi mobilis. Ad cuius intelligentiam subdit q; motus sequitur magnitudinem: motum autem sequitur tempus. i. tẽpus est prius ⁊ posterius in motu prius autem ⁊ posterius in motu consequitur ex hoc q; mobile aliter ⁊ aliter se habet in priori ⁊ posteriori parte magnitudinis: nam [similiter [inquit] vt punctũ [aut lapis] quod fertur per magnitudinem est id per quod cognoscimus motum, ita idem est per quod cognoscimus tempus] Rẽpe vt sicut vnum ⁊ idem mobile realiter manens consideratur vtroq; uersa secundum q; aliter ⁊ aliter se habet in magnitudine, ita instantia ipsa sunt realiter idem. s. eadẽ existentia consideratа vt prius est in vna parte durationis postea in alia. ¶ Subdit exemplum de Coriſco. Arguunt enim sophiste, esse in foro aliud est q; esse in Lycio. [gimnasiũ erat Ari.] sed Coriſcus est nũc in foro alius est a coriſco qui est in Lycio. Si enim concludunt q; est alius in re, male concludunt: bene tamen inferunt q; sit alius ratione.

¶ Subiungit [ipsum autem nunc, sequitur ⁊c. Arguit a commutata proportione.] Sicut mobile se habet admotum, ita nunc, se habet ad tempus [nã sicut mobile aliter ⁊ aliter se habens secundum prius ⁊ posterius partẽ in spacio facit motum, ita ⁊ nunc aliter et aliter se habens secundũ prius ⁊ posterius durationis facit tempus] ergo sicut se habet tempus admotum ita se habet nunc admobile perinde acsi diceres sicut sex ad tria ita quatuor ad duo ergo sicut sex ad quatuor, ita tria ad duo, sed mobile vnum idem secundum rem aliter ⁊ aliter se habens est motus: ergo ⁊ nunc vnum ⁊ idem secundũ rẽ. s. vna existentia mobilis ratione differens vt numeratur tanquam ratione plura secundum prius ⁊ posterius est tempus. Concludit ergo q; in his. s. in motu ⁊ in tempore, id quidem qõ est nunc ⁊ mobile vna res est esse autem est alterũ. i. differunt ratione nunc preteritum ⁊ nunc presens: sicut mobile in priori parte spacij ⁊ idem in posteriori. ¶ Illic autem [quatenus enim] quia dixerat per mobile nos cognoscere motum, sicut per nunc cognoscimus tempus: ⁊ mensura notior esse debeat mensurato, ait q; mobile cũ sit hoc aliquid .s. quedam substantia notior est quam motus qui est quodam eius accidens minime entitatis, vtpote quod non est nisi in fieri: ⁊ ideo per mobile aliter se habens in partibus spacij cognoscimus motum. Et pariter per nunc quod notius est quam tempus. s. per existẽtiam mobilis prius in vna parte quã in alia cognoscimus tempus. Et ita tandẽ concludit q; quẽadmodũ mobile est quodã modo idem. s. re, diuersum tamen ratione, ita ⁊ nunc.

Manifestum est autem, quod & si tempus non sit: ipsum nunc non erit: & si ipsum nunc non sit, tempus non erit cv. Vt enim simul sunt, id quod fertur, & latio: sic & numerus eius quod fertur, & mutationis. ¶ Tempus enim est, loci mutationis numerus. ipsum autem nũc est vt quod fertur. vt vnitas, numeri. & continuum tempus est, ipso nunc: & diuiditur secundum ipsum nunc, sequitur autem hoc: loci mutationem, & id quod fertur. Etenim motus & loci, mutatio vna est. ipso quod fertur, quia vnum: & non secundum id quod est (etenim deficeret) sed ratione. Et disterminat priorem & posteriorem motum; hoc. Sequitur autem & hoc quodammodo punctum, etenim punctum, & continuat quodammodo longitudinem, & disterminat. est enim huiusquidem, principium, illius vero, finis. Textus

¶ Ex his que modo dicta sunt, infert proprietates quinque ipsius, nunc. Prima est, q; quotiescunq; est aliquod instans, tunc verum est dicere, q; est tẽpus: ⁊ ratio est, quia nunc ⁊ tempus dicuntur ad conuertentiam: sicut mobile ⁊ motus. Ut enim sequitur, motus est ergo mobile mouetur: ⁊ econuerso, mobile inquantum mobile est: ergo motus est (nam ratio mobilis exercetur in motu) ita sequit, tempus est: ergo nunc temporis est coniungens preteritum cum futuro: ⁊ econuerso sequitur instans est ergo tempus est: nam nunc conotat continuationem durationis preteriti cum futuro: ⁊ ideo existentia Dei vbi nõ est preteritum ⁊ futurũ nõ est nunc tẽporis, sed eternitas: vt. q. 4. latius explicamus. Deinde comparat tempus motui localieo q; omnium sit motuum manifestissimus. ¶ Unde in quatuor comparantur nunc temporis ⁊ mobile. Primum est: q; nunc se habet in tempore, sicut mobile in motu: vt iam supra dictum est: nam sicut fluxus mobilis est motus, ita fluxus instãtis est tẽpus. Secundum est: q; nũc se habet vt vnitas numeri: nam licet prius ⁊ posterius in motu (que sunt tempus) sint continua, numerantur autẽ per modum plurium: quoniam vnum, nunc, puta existẽtia in hac parte spacij habet se sicut vna vnitas ⁊ existentia in alia parte, sicut alia vnitas. Tertiũ est: q; partes temporis continuantur ipso nunc: ⁊ preterea quarto diuiduntur etiam ipso nunc: quẽ admodum ⁊ partes motus continuantur ⁊ diuidũtur quodammodo ratione mobilis. Si enim non esset vnum numero mobile, quod mouetur, non esset idem motus: vt si vsque ad certum punctũ moueretur. a. ⁊ inde moueretur. b. non esset idem motus in. a. ⁊ in. b. ⁊ pariter si idem instans non coniungeret preteritum cum futuro, non esset vnum tẽpus. Et rursus quẽadmodũ idem mobile existẽs in hoc pũcto spacij disterminat ⁊ seiungit preteri Comparatio ipsius nũc admobile.

tam ꝛ futuram partes motus, ita ꝛ idem, nunc, discernit elapsum tempus a futuro. Quatenus ergo est finis vnius, ꝛ principiū alteri⁹, habet vtrūque. s. ꝙ distinguat inter pꝛeteritū, ꝛ futurū: ꝛ rursus ex ambobus ꝛ faciat vnum tempus continuū. Quēadmodum punctum medium magnitudinis vtrūq; facit. s. distinguit inter medietatem pꝛiorē, ꝛ posteriorem, ꝛ copulat ambas. Ait autē, ꝙ loci mutatio est vna ab vnitate mobilis: qꝛ scilicet mobile est vnum. Non (inquit) eo ꝙ est vnū sc̄m rem, sed sc̄m rationem, id est, inquantū vnum ea ratione, qua mouetur. Etenim si qō mouetur, deficeret id cū cessaret, ꝛ postea inciperet moueri non esset idem motus, qꝛ non maneret idem. i. sub eadem ratione mobilis, licet maneret eadem substantia. Alludit ad graue pꝛoiectum sursum, quod in pūcto reflectionis quiescit: ꝛ ideo ascensus, ꝛ descensus non sunt idem motus.

Sed cùm sic quidē accipiat aliquis, tanquā duobus vtens vno: necesse est stare, si erit principiū & finis, idem pūctus. ipsum autē nunc: ex eo quia mouetur id quod fertur, semper alterum est. ¶ Quare tempus numerus est, non vt ipsius puncti, quia & principiū & finis est: sed vt vltima ipsi⁹ lineæ magis, & non vt partes, & propter id quod dūctum est. medio enim puncto, tanquā duob⁹ vtimur. Quare, vt qescat, accidit ¶ Cum hactenus perseuerauerit in cōparatione, nūc. tēporis ad punctū magnitudinis, manifestat iam modo quomodo teneat cōparatio, quomodo hūc non tenebat. ¶ Punctum enī considerat vt principium ꝛ finis quatenus cōtinuat partes eiusdē lineę: ꝛ in hoc assimilatur ei. nunc. ¶ Potest etiam considerari tanꝙ finis vnius motus, ꝛ initiū alterius discontinui, tanquam actu intersecans duos motus per quietem: vt si graue pꝛoiciatur sursū, ascendet vsq; ad certū punctū, ꝛ inde recidet. In quo puncto reflectionis (ait) necesse est mobile stare. i. quiescere: nam in illo puncto est primū nō ascensus. ꝛ vltimum nō esse descensus. Et neque in hoc est dissimilitudo inter punctū, nunc: qꝛ pariter in eodem, nunc tēporis interciditur motus. Sed vult dicere Aristo. ꝙ quando dicimus tēpus esse numerū motus, intelligitur numerus eiusdē motus cōtinui, qꝛ tēpus est adeo continuū, vt naturaliter intercidi non possit: vt. s. imaginer idem nunc fluens, qō pꝛius fuit initiū diei, aut horæ, et postea est finis eiusdē. Et hac (inquit) rōne ipsum nunc, quatenus facit tēpus, non est cōparandum ad punctū, quatenus est principiū ꝛ finis diuersorum motuum discontinuorū, sed ad duo puncta distincta, quę sunt extrema eiusdē lineę: nēpe vt ex ductu talis puncti resultat vna continua linea.

¶ Subiecit autem obiter, ꝙ puncta extrema eiusdem lineę nō sunt partes lineę, sicut nec nūc sunt partes tēporis.

Textus. xij. Et insuper manifestum est, ꝙ neque pars est ipsum nunc, temporis, neque diuisio, motus: sicut neq; pūcta ipsius, lineæ. lineæ enim duæ: partes vnius sunt. Quatenus igitur terminus est ipsum nūc: nō est tēpus, sed accidit. Quatenus verò numerat, numerus, termini enim illius solùm sunt: cuius sunt termini. Numerus autem horū equorū, denarius scilicet: & alibi est. Quod igitur tempus numerus motus est secundum prius & posterius, & continuum (nam continui est) manifestum est.

¶ In text. deniq;. 107. ꝛ postremo huius capitis, explicatius manifestat qō dixerat: videlicet, nunc temporis non esse partem temporis. Ut enim (inquit) punctum non est pars lineę, nec diuisio motus. i. illud quod secernit pꝛecedētem partē actionis cum sequente (quod appellant, mutatum esse) est pars motus: ita neq; instans est pars tēporis: sed continuat partes tēporis, tanquā finis vnius, ꝛ initium alterius. Et vero quia numerus est mēsura omnium, quę numerantur ab illo (sicut vna vlna lignea est mensura omnium, quę illa mensurārtur) instans autem temporis, cum sit terminus temporis, est subiectiue in ipso tempore, quod est in primo mobili, videtur quod non possit esse mensura horum motuum inferiorum. Ad hanc dubitationem respondet hic: ꝙ quatenus instans est terminus durationis, aut continuationum partiū eius, non est tempus, sed est accidens temporis: sicuti punctum est accidens lineę. Quatenus autē numerat (id est quatenus durat̄ione ꝛ successiōe motus illius primi mobilis metimur durationem motuum inferiorū) illa duratio, ꝛ successio est numerus. Et ratio est: quia termini esse nō possunt, nisi in illo subiecto, cuius sunt termini, numerus aūt in ratione mensurę, est in rebus mensuratis, quibus anima applicat talem numerū, ad sumendum iudicium quātitatis earum. Denarius (inquit) horum equorum hic ꝛ alibi est. Idem enim numerus formaliter de genere quātitatis est, quo numeramus equos, ꝛ lapides, ꝛ corpora vniuersa. ¶ Quod si quis dubitet, ꝙ nunc indiuisibile nulla tenus sit numerus ꝛ mēsura, sed duratio ipsa motus. Respondetur, ꝙ illam durationem causaliter appellat nunc fluens ꝛ numerans: quia fingit resultare ex eodē nunc fluente, sicut linea ex ductu puncti. Ex dictis ergo concludit definitionē temporis, quam tex. 101. designauerat. Sequitur cōsequenter caput. 12.

DE TEMPORE QVOmodo quorūq; sit mensura. CAPVT. XII.

Textus. cxx.

MINIMVS autē numerus: quidem simpliciter quidem est vt dualitas. quidā autem numerus: est quidē, vt est, est autē vt non est. Vt lineæ minus numerus, multitudine quidem: est duæ, aut vna. magnitudine autem,

non est minimus, semper enim diuiditur omnis linea. Quare similiter & tẽpus. minimum enim secundùm numerum: est vnum, aut duo. secundum aũt magnitudinem: non est.

¶ Post constitutas temporis, instantisq; definitiones, in hoc. 12. capite, qõ tredecim tex. habet, prosequit docere duo. s. quomodo tempus sit mẽsura, & quorum sit mensura. Et hac ratiõe duo sunt huius capitis membra. In priori explicat quinq; asserta de tẽpore. Primũ in hoc tex. 108. Quia mẽsura, vt habetur. 10. meta. tex. 2. est aut indiuibile, aut quo vtimur tanquã indiuisibili (vnus enim. v. g. modus est prima ratio mẽsurę, aut vna vlna &c. proponit q; minimus numerus (si accipiamus numerũ simpliciter pro quãtitate discreta, vt abstrahit ab hoc & illo subiecto) est dualitas, aut vnitas, quę nõ est numerus, sed principiũ numeri. [Quidam aũt numerus]. i. Si vero accipiatur numer⁹ materialiter pro rebus numeratis, siue sint res actu diuisę, siue partes continui, tunc quodammodo datur minimus numerus, quodãmodo vero nõ Datur enim minimus multitudine, non aũt magnitudine. Ut in numero partiũ lineę minim⁹ numerus multitudine est binarius duarũ medietatum, aut vna pars in genere, que est principiũ numeri, vt vna medietas, vna tertia &c. Attamẽ magnitudine nulla est minima: nã ois pars lineę est diuisibilis. Minimã intellige non dari simpliciter, quantũ est ex parte quãtitatis. Nam minimũ physicũ per se subsistens bene est dabile. Eodem modo in numero partiũ temporis, qõ est quantitatitas cõtinua, multitudine quidẽ dabitur minimus nnmerus. Nam diuisio temporis est scõm rationem, prout cogitatione diuidit in dies, vel horas, vel menses &c. Idcoq; minimus numer⁹ erit binarius, vel vnitas mensium, dierum, aut horarũ Sed tamẽ magnitudine nulla dabitur tam parua pars tẽporis, quin possit signari minor.

Textus cix.

Manifestum autem est: & propter quid velox quidem & tardum non dicitur, multum autem, & paucum, & lõgum, & breue. Quatenus enim continuum est, longũ & breue dicitur. Quatenus autem numerus, multum & paucum: velox autem & tardum, non est. non enim numerus, quo numeramus, velox & tardus vllus.

¶ Scõo in tex. 109. explicat de tẽpore, cur nõ dicat velox, aut tardũ: dicit tñ longũ & breue multum & paucũ. Ait. n. q; cũ tẽpus & sit in rei veritate quãtitas cõtinua, & pręterea distinguat per operationem intellectus, vt numerus dierũ, vel horarũ &c. ratione prioris dicitur longũ & breue, quę sunt accidentia quãtitatis cõtinuę: atq; ratione posterioris dicitur multũ & paucum, quę sunt accidentia quantitatis discretę. Velox autẽ, aut tardũ non dicitur. Nam velox & tardũ nõ censetur, nisi illud, qõ numeratur aliqua mensura. Dicitur enim velox motus, quo in paruo tempore percurritur magnum spatiũ. Tempus autẽ nõ mensuratur, sed est aliorum mensura. Et ideo nõ est velox, vel tardum. Alias si vt motus, ita tempus esset velox et tardum, non esset idem tempus, quo motu veloci, & motu tardo transirentur inęqualia spacia: atq; adeo, nec iudicare possemus velocitatẽ, aut tarditatem motus per tempus. Quam ob causam tẽpus nõ est subiectiue, nisi in regulatissimo motu primi mobilis.

Et idem etiam vbiq; simul est. Prius autem & posterius, non idem. quia & mutatio pręsens quidem, vna est. facta vero & futura, altera. Tempus autem, numerus est, non quo numeramus, sed qui numeratur. Hoc autem accidit secundùm prius & posterius: semper alterum. ipsa enim nunc altera sunt. Et autem numerus vnus quidem & idem: centum equorum, & centum hominũ quorum autẽ numerus est, altera sunt: equi scilicet ab hominibus.

Textus cx.

¶ Tertio explicat hoc tex. 110. quonã modo tẽpus decurrens sit idem, & quomodo sint diuersa tempora. Ait enim, q; mutatio pręsens (id est tempus, cuius nunc est instans continuatiuũ, vt dies pręsens, mensis pręsens &c.) est vnum cõtinuum, sicut vnum lignum, aut vnus homo. Hoc tamẽ quod dicimus: prius & posterius, seu pręteritũ futurum, sunt altera, id est, sunt duę partes distinctę. Sed quia posset quis obijcere, q; quẽadmodum numerus denarius in genere quantitatis est idem, quo numeramus decem equos, aut decẽ lapides, ideoque cum tempus sit numerus, idem tẽpus est pręteritum & futurum. Respondet, q; tempus non est vt numerus formalis abstractus per intellectum, quo numeramus, sed est numerus numerat⁹, qui accipitur scõm prius & posterius. Quę quidẽ partes sunt diuersę: quia instantia initiatiuũ & terminatiuũ pręteritę partis alia sunt ob instãtibus futurę. Et quia quãuis numerus formalis, quo numeramus, est idem centũ equorum & centũ hominũ: nihilominus numeri numerati sunt diuersi, puta equi & homines: fit, vt prius & posterius etiã sint diuersa. Homine numeri formalis nõ intelligas animam numerantem, sed obiectiuã illam rationem numeri per intellectum abstractã ab his & illis rebus numeratis.

Textus cxj.

Amplius autem, vt contingit motum esse eundem & vnum iterum & iterum, sic & tempus contingit, vt annum, aut autũnum.

¶ Quarto in textu. 111. explicat quomodo tempus quodammodo idem redeat, quodammodo vero non idem. Etenim vt motus, ita & tempus redit idem in specie, non tamen idem numero. Quemadmodum enim anno elapso sol motus sub zodiaco ab vno certo signo (v. g. ab initio arietis) quoadusque rediret ad idem punctum, fecit vnum annum, ita modo incipiens ab eodem puncto, redienscque in idem sicut facit eundem motum in specie, facit et annum specie

Quatuor tempora

specie eisdem, numero vero diuersum. Et primo do vt anno preterito fecit quatuor tempora, ver, estatem, autumnum, & hyemem: facturus est isto anno eadem tempora, portionibus motus, per eadē signa zodiaci distinctis, nempe ab initio Arietis vsque ad initiū Cancri describitur ver: & inde vsq; ad initium libre, estas: indeq; vsq; ad initium Capricorni autumnus: & inde vsq; ad Arietē hyems, vt in tractatu spherę est videre.

Textus. cxij.

Non solū autem motum tēpore metimur: sed & motu tempus, propterea quod à se inuicē definiūt. tēpus enim definit motū, cùm sit numerus ipsius. motus autem, tempus. Et dicimus multum, aut paucum tempus, motu metiē tes: sicuti numerabili numerū, vt equo vno, quorū numerum? numero enim equorum multitudinē cognoscimus. Rursus autem in vno equo, ipsorum equorum numerum. similitet autem, & in tempore, & motu. tēpore enim, motū: motu autē, tempus mēsuramus.

Tēpus mēsurē motu

¶Quintā deniq; demōstrat in hoc tex. 112. pprietatem tēporis, per cōparationē ad motū. Dit em, q non solum tēpore metimur, motum, sed vicissim motu metitur tempus. Cum enim dum ab aliquo loco proficiscimur audimus horologium, & dū venimus ad alium locum audiuimus aliud, tunc tēpore horarum metimur, & iudicamus motum: nēpe quot milliaria ambulando dimensi sumus. Et vice versa, si neutro loco audimus horologium, scimus autem quot milliaribus distent, peracto itinere, per quantitatē motus iudicamus quantum temporis itinerādo trāsegimus. Et ratio (inquit) est, q cum tēpus & motus se habeant vt accidens & subiectum, alterum per alterum mutuo deffiniuntur. Deffinitur enim tempus q sit mensura motus, velocitas autē & tarditas motus. deffinitur tempore. Subiungit exemplum, q licet tempus sit mensura motus, nihilominus tempus motu metiri possumus [sicuti numerabili (inquit) numerum &c.] vt enim quot sunt equi, quos videm⁹, numero cognoscimus, cōputando illos: & vice versa si quis ignoraret numerum denarium, ostensis decem equis, per equos ipsos cognosceret numerum denarium: ita contingit in tempore, & motu. Accipe lucidius exemplū. Vas vt puta, amphora, aut modius, est mensura vini, aut tritici, quibus metitur quantū vinum sit in magno dolio, quantumve sit in horreo trici. Nihilominus econuerso videntes vas, cuius capacitatem ignoramus, replētes illud vino, per vinum metimur, & iudicamus que quantum sit vas.

Et hoc rationabiliter accidit. Sequitur enim magnitudinē, motus: motū autem tēpus. ex eo, quia quanta, & cōtinua, & discreta sunt. propterea enim q magnitudo est huiusmodi, motus hęc patitur. propter autem motum, tēpus. Atq; mensuramus & magnitudinem, motu: & motum, magnitudine. multam enim dicimus esse viam, si ambulatio multa est. & hanc, multam: si via multa sit. & tēpus, si motus: & motum si tēpus.

¶Adiungit in hoc tex. 113. rationem scōam, cur cōtingat tēpus per motū cognoscere, sicuti ecōuerso. Nam vt motus (inquit) sequit magnitudinem, ita & tempus sequitur motum. Magnitudinē autem, quanta sit, metimur motu: & quātus rursum motus sit, iudicamus per magnitudinem. Et vt ā esse longam cognoscimus, q⁹ multum ambulauimus: & ambulationem econuerso cognoscimus esse longam per viam, quam transiuimus longam. Eadem ergo ratione & tēpore motum, & motu metimur tempus.

Quoniam autē tempus est mensura motus ipsiusque moueri, metitur autē hoc, motum determinando quendam motum, qui mensurabit totū, sicut longitudinem cubitus determinando aliquam magnitudinem, quæ remetietur totam, & est motum in tempore esse mēsurari tēpore & ipsum, & esse ipsius, si mul enim motū & esse motus mensurat, & hoc est ipsum in tempore esse mēsurari ipsius esse.

Textus. cxiiij.

¶In hoc tex. 114. diuiditur secundum membrum huius capitis, quo comparat ℙh. tempus ad ea, quę tempore mensurant. ¶Ubi adnotandum est, q dupliciter aliqua tempore mensurant. Quędam enim sunt, quę tempore mensurant, non solū quātum ad suam existentiā, & durationem, sed etiam quātū ad id, qō sunt scōm suā essentiā, & quiditatē. Quędam vero, quę mensurant, non quo ad quiditatem, sed solū quo ad durationem. Nam alia sunt, quę neutro modo mensurant tēpore, vt Deus, et intelligentię, vt q. 4. ostendimus. Primi generis est motus. De quo inquit hic, q tempus est mensura motus, ipsiusq; moueri. i. & quiditatis motus, & durationis eius. Cuius ratio est, q quiditas, & essentia motus, est esse eius successiuū: est em actus entis in potentia. Subiungit autē quomodo tempus metitur motū: nam determinando (inquit) vnam particulam motus, quę aliquoties sumpta reddat totū. Mensura enim. (vt habetur 10. meta tex. 2.) debet esse eiusdem rationis cum mensurato. Et id circo vna hora temporis metitur vigesimam quartam partem motus vnius diei, quę vicies quater multiplicata, facit motum totius circuli diurni. Et ita triginta dies faciunt mensem &c. Sicuti cubitus (v.g.) est mensura pāni, vel stadij: quia metitur vnam partem aliquotam, quę aliquoties sumpta, facit totum. Unde sub infert, q mēsio dnā ptem alicuius motum esse in tempore nihil aliud est quam mensurari tempore: non solū quantū ad existentiam, & durationem, sed quantū ad quiditatem, cū sit ens successiuum. Considerandum est hic, q cū tempus sit in motu tanq accidens in subiecto, posset quis censere motum nullo modo esse in tēpore: & hac de causa operę prętium fuit exponere, quomodo etiā motus sit in tempore: siquidem concedimus les

Vnde habetur quod tps mensuret ipm motum scm suam quantitatē et quiditatem? R. quod quando acc
ipsorum mensura, tpa mensura proprie debetur actui ipg rei, et nunc mensura ing debetur rei habenti actum, tā
actum substantiarg separatarg, et Nunc aui mensurat ipam substantiam habentem talem actum, Simile nunc tem
aui, alia vero actus eius. Cum q⁹ motg sit ipe actg qi est actg mobilis et cum motg q⁹ comparatione ad mensura habeat
Ideo nonde beng assignare aliā mensurā ipi mobili et aliam actui eig cum motg et actg eig sit idem.

etionem esse in tali die, & tali hora: & ędificari basilicam in decem annis.

Textus. cxv. Manifestū est, ꝙ & alijs, hoc est, ipsū in tpe esse mensurari ipsorū esse à tpe. In tēpore enim esse, duorū est alterū. vnū quidem: esse tunc, quando tēpus est, alterum autem: vt quædā dicimus, quòd in numero sunt. hoc autem significat, aut vt partem numeri, & passionē, & omnino qđ numeri aliqd est aut qđ est ipsius numerus. Quoniam autē numerus tempus est: ipsum quidē nūc & prius & quæcunque sunt huiusmodi sic in tempore sunt, vt in numero vnitas, & impar & par. hæc enim, numeri aliquid: illa verò, temporis aliquid, sunt. Res autem, vt in numero: ita in tēpore sunt. si autē hoc est, continētur à numero, sicut & ea q̄ sūt in loco à loco.

Duplicit er, esse in tempore.

¶ Alia sunt entia, quę non mensurant tēpore quātum ad id, qō sunt scōm suam quiditatē: nempe cū secundū suam essentiā nō sint entia successiua, sed permanentia: vt homo, lapis, & similia. Nihil enim mensurat nisi quātitas: quantus autem sit homo, nō mensurat tempore, sicut quātus est motus: sed palmo, aut cubito. Et hęc (inquit) esse in tempore est, ꝙ eorū esse. s. existentię & duratio, mensuret tēpore. Animaduertendū est hic ingenium Aristo. Intendit enim ꝙ tempus primo & per se est mensura motus: aliorū autem, rōne motus. i. inquantum sunt mobilia. Unde qz quiditas hominis, aut lapidis non est successio, existentia autem & duratio illorum consistit in successione & motu, ratiōe illius sunt in tempore. ¶ Ad cuius euidentiam distinguit, ꝙ dupliciter aliquid dicitur esse in tempore. Uno modo, ꝙ est simul cū tempore: alio modo, sicut pars in toto, aut accidens in subiecto, aut mensuratum in mensura. ¶ Primum membrum relinquit pro textu sequenti, & de secūdo, ponit tria exempla in numero: eo ꝙ tempus est quidam numerus. In numero enī est aliquid: aut sicut pars in toto, vt vnitas est in binario, & binarius in quaternario: aut sicut passio in subiecto, vt par & impar: aut sicut id, quod non est aliquid numeri, sed numerus est aliquid eius, vt elementa sunt in numero quaternario: qz numerus ille est eorum mēsura. Unde qz tēpus (inquit) est numerus, his tribus modis cōtingit aliquid esse in tempore. Ut nūc & prius & posterius, & prętеritū & futurum sunt in tempore, sicut vnitas & impar & par sunt in numero. Boetius vertit: superfluum & par: sed nō est ita Hręcc. Res autem (inquit) vt homines, equi &c. sunt in tempore sicut in numero: videlicet, qz non sunt aliquid temporis, sed tempus est eorum mensura. Ex quibus colligit conclusionem, ꝙ esse isto vltimo modo proprie in tempore, est contineri tēpore: sicuti esse in loco, est contineri loco. Ratio enim mensurę est, cōtinere, & cōprehendere mensuratum. Ideoq; vt locus (quia est mensura locati) continet locatum, tempus itidem, quia mensura est temporalium rerum, continet eas, comprehenditq;.

Manifestum autem est & quòd non Textus. cxvj. est, in tempore esse, esse quando tempus est: sicut neq; in motu esse neq; in loco, quando motus est & locus est. Si enim erit id quod est in aliquo sic: omnes res in quolibet erunt, & cælum in milio. quando enim milium est, & cælum est. sed hoc quidem accidit: illud autem necesse est consequi, & id quòd est in tempore, esse quoddam tempus quādo & illud est. & id quòd est in motu, esse tunc motum.

¶ Reuertitur in hoc textu, 116. ad primum membrum superioris diuisiouis dicēs, ꝙ ea sunt simul cum tempore: quę sunt quidem quando est tēpus non tamen sunt in tempore, id est non mensurātur tempore. Non enim (inquit) sufficit aliqua simul esse quando est tempus, vt sint in tempore. Sicuti, nec sufficit aliquid esse simul quando est motus, aut quando est locus, vt vere sit motu, aut in loco. Nam spiritualia sunt simul cum motu & loco corporali, & tamen non sunt in illis tanquam in mensuris. Alias sequeretur (inquit) ꝙ omnes res essent in quolibet: vt cęlum esset in grano milij, si quidem quando est vnum, est alterum. Requirit ergo, vt aliquid sit in tempore, ꝙ sit simul cum tēpore, non per accidens, sed per se, & necessario ex natura rei: accidit enim deum esse quando est tēpus, quippe cum eius natura tempore non dependeat. Generabilia vero cūcta, & corruptibilia sunt in tempore, eo ꝙ ex necessitate sunt simul cum illo: sane cum ab illo pendeant rōne motus, in quo eorum esse consistit.

Textus. cxvij. Quoniam autē est in numero, esse in tēpore: accipietur aliquod maius tēpus omni eo, quod est in tempore. Quapropter uecesse est omnia ea, quæ in tēpore sunt: contineri à tempore, sicut & alia, quæcunq; in aliquo sunt. vt ea, quæ in loco sunt, à loco. Et pati itaq; aliqnid à tempore, sicut & dicere consueuimus, quòd tabefacit tempus, & seuescunt omnia tempore, & obliuiscuntur propter tempns: sed non didicit, nec nouum factum est. nec pulchrum. corruptionis enim causa per se magis est: tempus numerus enim ipsius motus est. motus autem expellit id, qđ ineſt. Quare manifestūest, ꝙ ea, q̄ semper sunt, quatenus semp sunt, nō sunt in tempore, non em cōtinentur à

tur à tẽpore:neq; mensuratur esse ipsorum à tempore. Signum aũt huius est, ꝙ neq; patiuntur quicquã à tẽpore:tãquã non existentia in tempore.

¶ Cõstituto quidnã sit esse in tẽpore,cõfestim text. hoc.117.monstrare aggredit quę nã entia sunt in tẽpore,quę vero minime.Et primo ostẽdit ꝙ sempiterna,vt sunt cęli,nõ sunt in tempore. Utiturq; hac rõne.Ea,quę sunt i tẽpore,necesse est quoddã modo minora esse,ꝛ superari ab illo, veluti his,q̃ sunt in numero,semper est dari maiorem numerum:ꝛ his,quę sunt in loco,est dabile maius corpus:atq; adeo ea,quę sunt in tẽpore,necesse a tempore cõtineri,ꝛ aliquid a tẽpore patientia autem sempiterna, quatenus semꝑ sunt,necminora sunt tempore, nec ab illo continent,aut patiunt: ergo non sunt in tempore.Maiorẽ mẽbratim per singulas particulas ꝓbat.In rebus, quę numerantur, quibuscũq; rebus numeratis, adhuc est maiorem numerum mente cõcipere:ꝛ locato necesse est esse corpus maius contines:ergo similiter durationẽ cuiuscũq; rei tẽporarię superare debet tẽpus. Et hinc fit,vt quẽadmodum res locatę a numero,ita ꝛ tẽporales a tempore cõtinuãtur. Quod aũt temporalia a tẽpore patiant, exẽplo indicat trium passionũ.Tempore.n.res tabescunt(.i.putrescunt,aut marcescũt)ꝛ senescunt: et hoies rerum obliuiscunt.Primo affectu designat res inanimatas,scõdo res oẽs animatas, ꝛ tertio hoies. Et ne quis obiiciat tres alias e regione pfectiones,quę rebus a tẽpore obuenire videnꝫ:puta scientiam, cõtra oblitionẽ(q̃ maior est in sene, quã in iuuene)ꝛ nouitatẽ contra senectutẽ: nam tempus vernũ videt esse causa germinationis, ac floriditatis arborũ:ꝛ pulchritudinẽ contra tabem: cum.n.pulchriores sint adolescentes quam infantes,ꝛ pueri,videt tẽpus esse in causa.Huic dubitationi occurrit Phil.dicens,ꝙ tẽpus est quidem per se causa corruptionis,qz se solo ex natura sua est directe illius causa,non aũt perfectiõis est per se causa directe,sed cõcomitanter. Ut causa scientię non est certe tẽpus,sed magister,ꝛ ingeniũ,et experiẽtia,q̃ sunt in tẽpore.Et in hoc sensu vulgo fertur,tẽpus multa docere.Et pariter gñationis ꝛ augmẽti rerũ ꝛ pulchritudinis,nõ tempus, sed sol cum causis secundis,que sunt in tẽpore, sunt directe in causa.Ut vero tempus eo ipso,ꝙ est mẽsura motus,facit res elongari a suis principijs, et per hunc modũ est per se causa corruptionis: non obstante,ꝙ sint etiã alię corruptionis causę, quas Aristo.non negat.Quod aũt cęli:ꝛ intelligentię non cõtineant a tẽpore,patet,qz sunt perpetui:et eadem rõne,qua sunt incorruptibiles, nihil alterant,patiunt ve a tẽpore.¶ Contra hanc tñ sententiam Aristo.offert se argñ,ꝙ motus cęli, quãuis sit perpetuus,nihilominus est in tẽpore, vt pote cũ sit eius mensura:imo tempus ꝓprie est accidẽs illius regularissimi motus.Respondet,qõ Arist. ipse rñdet:dicens sempiterna non esse in tempore quatenus semper sunt.i.quantũ ad eorũ esse et durationem.Cui nõ obstat eorũ accidens.s. motũ cęlorũ esse in tempore:nam quãuis ex natura sua sit perpetuus,vt tẽpus,nihilominus quia sua essẽtia cõsistit in successione prioris ꝛ posterioris, põt numerari per horas,ꝛ dies ꝛc.Qua de causa deus nullatenus est in tempore, neq; intelligentię,vt quest.4.videre est.

entia quę sunt in tpe

Quoniam autẽ tempus,mẽsura motus est: erit & quietis mensura secnndùm accidens.omnis enim quies, in tẽpore est. non enim vt quod est in motu, necesse est moueri:sic & qd̃ in tpe, non eñ tps,motus est: sed numer⁹ motus,inumero aũt motus põt esse & quiescens.non eñ oẽ immobile, quiescit: sed priuatũ motu, aptum autẽ natura moueri, sicut dictum est in prioribus. Esse autem in numero, est esse quendam numerũ rei:& mensurari esse ipsius, numero in quo est.Quare si est in tempore, à tempore. Mensurabit autẽ tempus id, qd̃ mouetur, & qnod quiescit: quatenus hoc quidem mouetur, illud verò qniescit. motum enim ipsorum mensurabit: & quietem quanta quædam sit. Textus. cxviij.

¶ Cum hactenus semper dixerit tempus esse mensuram motus,nulla quietis mentione facta, eadẽ tamẽ videat esse mensura oppositorum(veluti eadem potentia,qua percipimus lucem,sentimus ꝛ tenebras)subiungit in hoc tex.118.ꝙ tẽpus mensura est,non solũ motus,sed etiam quietis: motus quidem per se,quietis autẽ per accidẽs rõne motus. At qz mensurari tẽpore est esse in tempore,ꝛ quies cũ non sit in motu appareat non esse in tẽpore:respondet huic obiectioni,dicens, ꝙ quãuis quies non sit in motu(qz qõ quiescit,non mouet) nihilominus est in tẽpore:qz tempus non est motus,sed mensura ꝛ numerus motus. In numero autem ꝛ mensura motus non solũ est id, quod mouetur sed per accidens id, quod quiescit. Eodem enim tempore,quo metimur vigiliã,metimur somnum:ꝛ quo metimur motũ febris, metimur ꝛ eius cessationem. ¶ Clarităt̃is aũt maioris gratia exponit quidnã proprie dicatur quiescens. Quies enim(inquit)non solum dicit negationem motus sed priuationem.Quare solum illud dicit quiescere,qõ cũ nõ mouet,est tamẽ aptum natũ moueri: vt in prioribus(inquit)dictum est:nempe libro.3. tex.16.vbi dixerat illud esse mobile, cuius immobilitas dicit quies.Quocirca intelligẽtię,vtnõ sunt physice mobiles,ita nec proprie dicunt quiescere, sed sunt immobiles negatiue.Ad propositum ergo.Quemadmodũ aliqua esse in numero est,ꝙ sit aliquis eorum numerus ꝛ mensura,ita esse in tẽpore,est tẽpore mẽsurari.Igitur cũ quies sit in tẽpore(dicimus enim hominem dormisse,ꝛ ęgrotũ quieuisse in tanto tempore)sit vt ꝛ quies mensuretur tempore.¶ Concludit ex dictis,ꝙ tam ea, q̃ quiescunt quã ea,quę mouent,mensurantur tempore:illa quidem,quantum moueant:hęc vero,ꝙtum quiescant. Quare tempus est per se mensura motus, ratione cuius est mensura quietis. Ut tempus nocturnum cum per se sit mensura motus, quem sol facit sub terra,ratione illius est mẽsura somni quietisque hominum a laboribus suis. Tẽpus est mensura quietis. obiectio solutio quies

Textus cxix. Quare, quod mouetur, nõ simpliciter erit mensurabile à tempore, quatenus quantum quoddam: sed quatenus motus ipsius quantus est. Quare quæcunq; neq; mouentur, neq; quiescunt, nõ sunt in tempore. Esse enim in tempore, est mensurari tempore. Tempus autẽ, motus,, & quietis mensura est.

¶ Tex. hic. 119. velut repetitio est, aut conclusio superiorum. Infert nãq; duo corollaria. Primũ est, q̃ mobile non mensurat simpliciter tempore scõm quantitatẽ mobilis, sed scõm quãtitatem & durationem motus. Non enim tempore mensurat quiditas, aut quãtitas, aut qualitas hominis, sed mẽsuratur quãtus sit eorum motus, aut quies, aut existentia, & duratio. ¶ Secundũ corollariũ est, q̃ ea, quę neq; mouent physice, neq; proinde quiescunt (quales sunt intelligentię) non sunt in tẽpore: quia tempus non est mensura, nisi motus duntaxat, aut quietis.

Textus. cxx. Manifestum igitur est, q̃ neq; omne quod non est, erit in tẽpore: vt quęcunq; non possunt aliter esse, vt diametrum esse lateri cõmensurabilẽ. omnino enim si mẽsura quidẽ est motus, tẽpus per se, aliorum aũt secundum accidens: manifestum est, q̃ quorũ esse mẽsurat, his omnibus erit esse in quiete, aut motu. Quæcunq; igitur corruptibilia & generabilia sunt, & oĩno quæ aliquando quidem sunt, aliquãdo verò non, necesse est in tempore esse. est enim tẽpus quoddam maius, quod excedet esse ipsorum, & id quod mensurat substantiam. Eorum autẽ, quę non sunt, quæcunq; quidem cõtinet tempus, alia quidem erant, vt Homerus aliquãdo erat. alia verò erunt, vt futurorum aliquid. quæ ad vtrauis continet. & si ad ambo, vtraq; & erant & erunt. Quæ autẽ haud quaquã continet, neq; erant, neq; sunt, neque erunt. Sunt autem huiusmodi eorum, quæ non sunt: quorum opposita sunt sempe. vt incõmensurabilem esse diamentum, semper est. & non erit hoc in tempore neque ergo commẽsurabilem esse. Quapropter semper non est: quoniam contrarium est ei, qđ semper est. Quorum aũt contrariũ non semper est, possunt & esse, & non esse, & est generatio & corruptio ipsorum.

¶ In tex. deniq; 120. qui postremus est huius capitis, postq̃ monstratũ est sempiterna & necessaria non esse in tẽpore, cõcludit per alterũ extremũ, q̃ neq; impossibilia sunt in tẽpore: vt diametrũ esse cõmensurabilẽ coste. i. aliquã esse partẽ aliquo tã vtriusq; cõmunem, vt. 1. poste. ca. 2. expositum est. Probatio. Tempus per se est mẽsura motus, aliorum aũt ratione motus: ergo quęcunq; sunt in tẽpore tanquã in mensura, debent esse mobilia: etsi mensurat quãtum ad suum esse, & durationem, debet tempus eorũ esse & durationẽ excedere, vt retro super tex. 117. dicebamus: & per cõsequens debẽt esse generabilia & corruptibilia: impossibilia aũt nec generabilia sunt, nec corruptibilia, nec vtique mobilia, aut quiescentia: ergo illa non sunt in tempore. ¶ Cõclusio ergo principalis secundę partis huius capituli est, q̃ solum generabilia & corruptibia quantũ ad suũ esse sunt in tẽpore. Quorum aliqua fuerunt quę nec sunt, nec erũt, vt Homerus: aliqua erunt, quę nec sunt, nec fuerunt, vt antichristus: alia deniq;, quę & fuerunt, & futura sunt, vt illa quę modo extant. Quę autẽ impossibilia sunt, eo (inquit) nõ sunt in tempore, quia neque eorum cõtraria sunt in tempore. Animaduertendum est hic id, quod lib. 2. summularũ depositione naturali dicebamus, expressam esse Aristot. sententiam: nempe veritates propositionũ vbi predicatum est de essentia subiecti non incipere, aut desinere in tempore, sed esse perpetuas: vt, hominem esse animal rationale, diametrum esse incommensurabilem coste, re vera quãuis nullus fuisset mundus, ita esset in re. Ait ergo Aristot. q̃ vt ita non sunt in tempore, sed semper ex necessitate, ita neq; eorum cõtraria sunt in tẽpore, q̃ non sunt factu possibilia. Alia vero, quorũ cõtraria non sunt, semper sunt in tempore sicut sua contraria: vt antichristum non esse, lunam non eclipsari, hominẽ dormire, contingunt in tempore: quia eorum contraria non sunt semper. Conclusio.

DE SIGNIFICATV TEMporalium aduerbiorum.

CAPVT. XIII.

IPSVM autem nunc, est cõtinuatio temporis, sicut dictum est. Cõtinuat enim tẽpus prẽteritum, & futurum: & omnino terminus temporis est. est enim, huius quidem principium, illius autem, finis. sed hoc: non vt in puncto manente manifestum est. diuidit autem: potentia. & quatenus quidem huiusmodi: semper alterũ est ipsum nũc. quatenus autẽ copulat: semper idem est, vt in mathematicis lineis, nõ enim idem semper, vnunq; punctum est intelle ctu: diuidentium enim, aliud est. Textus. cxxj.

Quatenus

Quatenus autem est vna, idem penitus est. Sic & ipsum nunc. aliud quidē temporis diuisio secundùm potentiā est, aliud antem, terminus vtrorūque. & vnio. est autem idem & secundum idem diuisio & vnio, esse autem, non est idem.

¶Post cōsideratione temporis caput hoc. 15. in text. octo distinctū in significationibus temporalium aduerbiorū explicandis fere expenditur. Ac primū huius aduerbij, nunc, duas distinguit significationes. Prima est, qua hactenus semper vsi sumus: nempe vt significat quid indiuisibile re, aut ratione, vt. q. 4. exponimus: cōtinuans partes tēporis præteritam atq; futurā, sane quod est finis vnius, principiūq; alterius. Differt tn a puncto, qō cōtinuat partes lineę, qr punctum est ens permanens vt linea ipsa: instans vero est semper fluens, nō nisi indiuisibiliter durans. Subiungit Phil. q; idem instans copulatiuū partium est etiā diuisiuū in potentia. In quo differt scōo a puncto: nā punctū nō solū in potētia diuidit partes, quas actu copulat, sed cū actu diuidunt, est etiā finis in actu, tanquā extremū lineę. At qr tēpus est ita cōtinuū vt naturaliter nō sit actu diuisibile, nec (in via Aristo.) possit incipere, aut desinere, nunc tēporis non pōt esse finis tēporis actu diuisi, sed diuidit in potentia, per hoc qō cōsideratur vt finis vnius, r vt principium alterius. Et ideo subiungit, q; licet idem nunc sit continuatiuū r diuisiuū, hoc tn est sub diuersis rōnibus: nam quatenus diuidit [alterum est ipsum nunc].i. consideratur vt duo, puta vt finis vnius, r initium alterius. Sed quatenus copulat, cōsideratur vt vnum. s. vt vnus terminus cōis vtriq;. Quoniā vt lib. 5. videbim⁹, continua sunt, quorū vltima sunt vnum. Subdit exemplū in lineis mathematicis, vt cōsiderant indiuisibiles secundū latitudinē r pfunditatem. Et enim quānis mathematicus fingat diuisionem lineę in certo puncto, tamen cū actu fit diuisio, duo sunt actu puncta terminātia partes diuisas: cum autem partes sunt continuę, vnum est punctū cōmune vtriq;. Sic nunc (inquit) aliud quidē est tēporis diuisio scōm potentiā. s. alia ratione diuidit, puta inquātum exercet vicem duorū [aliud autē terminus vtrorūq;, r vnio].i. alia ratione vnit: puta in quantum est terminus cōis vtriusq; partis. Vnde concludit, q; idem est realiter vnio r diuisio scilicet idem nunc [esse autē] id est ratio, non est eadem.

Nunc primo modo.

Textus. cxxij.

Ipsorum igitur nunc: hoc quidem sic dicitur, aliud autem cùm tempus quod est huius prope sit. vt veniet nūc quia hodie veniet venit nunc quia hodie venit. Quæ verò in illio gesta sunt, fuerunt non nunc. neque diluuium, fuit nunc: & tamen continuum tempus est ad ipsa: sed quia nō prope.

Nunc secundo modo.

¶Altera significatio de ly, nunc, est quādo non accipitur pro indiuisibili, vt dictū est, sed pro eo tēpore, qō huic nunc proximū est, siue præterito, siue futuro. De eo enim qui hodie venit, aut venturus est dicimus, nunc venit. Et de his, quę Troię gesta sunt, aut de diluuio non dicimus nunc contigisse. Alludit ad diluuiū Thessalicū, qō magnam partem Græcię inundauit. Græci ad designandum id, quod paulo post futurum est, speciali tempore futuro vtuntur.

Textus. cxxiij.

Ipsum autem olim, tēpus est determinatum ad prius & posterius nunc. vt olim capta est Troia: & olim erit diluuium. oportet enim terminari ad ipsum nunc: erit ergo quantum aliquod ab hoc, tempus. & ad illud. & erat ad præteritum.

Olim.

¶Secundū aduerbium tēporale est, olim, seu aliquādo, vt Themistius legit. Quod quidē (inquit) significat tēpus aliquod determinatum ad prius, aut posterius nunc. i. tempus qō intercipitur inter instans præsens, r aliud nunc: siue præteritum, siue futurū. Quare qō ab æterno esset, aut in æternum duraret, non diceretur olim fuisse factū, aut fore. Olim, etiam Latine accipitur tam pro futuro, quā p præterito: vt olim capta est Troia, olim erit diluuium. Alterum designat diluuium, quod tunc hariolabant futurum. Itaq; vnica est differētia inter nūc insecūda significatiōe, r olim, vt nūc sit illud, quod est præsenti proximū, olim vero, qō est remotū. Et ly, aliquando, etiā profecto Latine videtur signare aliquā distantiā a præsenti. Est enim Græce aduerbiū, pote, accentu in vltima: qō significat r olim, r aliquādo. Pro quo Boetius legit, tote, quod est tunc: r ita peruertit totum text. credens enim q; solum accipiat pro præterito, vbi est Græce, ad prius r posterius, omisit ly, posteri? r vbi est, erit diluuium, de futuro, transtulit: erat diluuium. At vero, tunc, aliquo modo differt ab, olim: nam tunc semper exigit aliam particulam: vt tunc facta est redemptio, quādo Christus passus est. Sed nihilominus accipitur tam pro futuro quam pro præterito.

Textus. cxxiiij.

Si verò nullum tēpus est quod non sit olim: omne erit tempus finitū. Deficiet ne igitur, an non: siquidem semper est motus? aliud igitur, aut idem sępe est. manifestum est, q; vt motus: sic & tempus est. si enim & vnus idem sit aliquando: erit tempus vnum & idem. sin vero non: non erit.

Dubitatio

¶Ex significatione proxima ipsius olim, qua dictum est significare tempus, quod hincvsq; ad certum instans determinatur r finitur, oritur dubitatio hęc. Si nullum est tempus, quod non sit olim (siquidem olim dicitur de quocunq; tempore præterito, r quocunq; tempore futuro) r olim significat tempus finitum, tempus finitur: quod in opinione Aristo. falsum est, quippe qui censet esse perpetuum. Ob idq; interrogat: deficiet ne tempus (id est, cessabit) an nō? [siquidem motus semper est] acsi dicat. Nam cum motus primi mobilis sit perpetuus, videtur r tēpus, quod eius mēsura est, esse perpetuū. Qō si tēpus est perpetuū, necesse est aut q; aliud post aliud semper succedat, aut q; semper idē fluat. Huic dubitationi vt respōdeat, præsupponit manifestū esse, q; vt motus, ita

se habet in hac re tẽpus. Nempe q si vnus idẽq; motus est, quo semper primum mobile mouetur, vnum est & tempus: sin vero alius & alius pariter est & tempus.

Textus. cxxv. Quoniam autem ipsum nunc, finis & principiũ temporis est, sed non eiusdem, sed præteriti quidem finis principium autẽ, futuri: vt habebit circulus in eodem quodãmodo curuũ & concauum, sic & tẽpus semper in principio erit & fine, & ob hoc, videtur semper alterum: non eẽ eiusdem principium & finis: ipsum nunc. simul eẽ, & secũdum idem: opposita essent. & non desiciet itaq; tps. semp eẽ in principio est

¶ Supposito ergo eandẽ esse rõnem motus & temporis, pbat in hoc tex. 125. q vt motus primi mobilis, ita & tẽpus est quidẽ semp idẽ specie, aliud aũt & aliud numero, vt text. 111. prædixerat. Cum eẽ vt in principio huius capitis iam dictum est, quodcũq; nunc est finis præteriti tẽporis & initiũ futuri, vt in circulo eadẽ linea est cõuexa & concaua (respectu. n. exterioris termini est cõuexa, & respectu interioris, concaua) cõsequens est, vt præteritum tẽpus & futurũ sit alterũ & alterũ, nam idẽ nunc non põt esse finis & principiũ eiusdẽ numero tẽporis: alias idem scõm idem haberet rõnes oppositas. Ex diuersis ergo rõnibus eiusdẽ nunc arguit, prius, & posterius, tẽpora esse numero distincta. Et hæc terminatio tẽporis sufficit ad rõnem significationis aduerbij olim. Attamẽ q motus primi mobilis semper est cõtinuus (nam eodẽ pũcto quo finitur vna circulatio, incipit alia) fit vt præteritum & futurũ idem sit specie tẽpus, atq; adeo partes eiusdẽ cõtinui. Ratio hæc Arist. fundat ingeter nitate mũdi: qm in rei veritate tẽpus & incepit cũ motu cœli, & finietur: & per cõsequens nec primũ instans fuit finis præteriti temporis, neq; vltimũ, initium erit futuri.

Textus. cxxvj. Ipsum autem iam, propinquũ præsenti nunc atomo: pars est futuri tẽporis. quãdo ambulabis? iam. quia prope est tempus: in quo futurũ est. & præteriti temporis, id qnod non procul est ab ipso nunc. quando ambulabis? iam ambulaui. Ilion autẽ iam captum est, non dicimus: quia procul valde est ab ipso nunc.

Jam. ¶ Tertiũ aduerbiũ est, iam. Cuius significatio eadem ferme est, q ipsius nunc in secũda acceptione Significat enim illud momẽtũ, quod præsenti est fere indiuisibiliter primum. At quãdo pfisceris? Jam proficiscar. Quãdo hoc facies? Jam feci. Sed Ilium non dicimus iam captum, sed olim, qr procul est quando fuit captum.

Textus. cxxvij. Ipsum autẽ nuper: propinquũ præsenti nunc, & pars præteriti est. quãdo veniſti? nuper: si sit tẽpus propinquum præsenti nunc. Quondã aũt, quod procul est. Repente aũt, quod in insensibili tẽpore propter paruitatẽ remotũ est.

¶ Quartum aduerbiũ tẽpozale est, nuper: quintũ que, repente, aut, subito. Quorũ significationes exponit in textu hoc. 127. Fit enim, q nuper idem est, quod paulo ante, seu propinque, vt sit mediũ inter, olim, & iam nunc. Non autẽ dicit de futuro, sed de præterito. Huius contrariũ est, quondam, quod significat id quod procul hinc fuit. Repente autem seu subito significat tempus in percepti biliter hinc remotum, seu dimotum. Illud enim dicitur fieri repente, aut subito, quod tempore imperceptibili fit, vt repentinum fulgur, aut nutus oculi. Nuper. Repente.

Mutatio autẽ omnis: natura remoti ua est. in tẽpore autem, omnia fiunt & corrũpũtur. Quapropter & alij quidẽ: sapientissimũ: dicebãt. Pythagoreº aũt Paro indoctissimũ quia obliuiscũtur & in hoc, dicens rectiùs. Manifestum itaq; est, q corruptionis magis erit per se causa, quã generationis: sicut dictũ est & prius, remotiuum enim mutatio per se est. Generationis autẽ & ipsius esse: secundũ accidens. Signum autẽ sufficiens est: quia fit quidem nihil, ni si moueatur quodãmodo ipsum & agat. Corrũpitur autem: etiam cũm nihil mouetur. & hanc: dicere maximè consueuimus à tempore corruptionẽ. At verò neque hanc, tempus facit: sed accidit in tẽpore fieri, & hanc mutationẽ. Quod igitur tẽpus est, & quid est, & quot modis dicimus ipsum nunc, & quid ipsum olim, & nuper, & iam, & quondam, & repente: dictum est. Textus. cxxviij.

¶ Textu hoc. 128. post interpretationem aduerbiorum temporalium ad id regreditur, vnde fuerat digressus. Dicebat enim tex. 120. nec sempiterna nec impossibilia esse in tempore, sed generabilia, & corruptibilia, & ea, quę sunt motui subiecta. Dilucidat ergo nunc quomodo sint in tempore. Nõ enim sunt in illo tanquam in per se causa, sed tanquam in mensura. Arguit autem, q sint in illo tãquam in causa. Omnis enim mutatio remotiua est: omnia autem mutantur fiuntq; & corrumpuntur in tempore, ergo tempus est omnium causa. Loquitur hic de mutatione generaliter, vt cõprehendat & successiuum motum, & generationẽ, quę fit in instanti: nã gnatio rõne alterationis præcedentis est in tẽpore, vt. 1. de gnatione est videre. Hac ergo (inquit) de causa nõnulli philosophi appellabant tẽpus sapientissimũ, vt pote, q olium esset causa. Sed Pythagoricus quidã Paro nomi-

Tempus est doctissimũ.

nice ob

re dicebat contra esse indoctissimũ. Et is (inquit) rectius dicebat. Nam vt text. 117. dictum est, tempus magis est causa corruptionis, quam generationis nam tempus de perse remouet & elongat res a suis principijs. Et hoc est, quod dixerat [omnis mutatio remotiua est.] Generationis autem tempus, est causa per accidens, eo q̃ agens q̃ est causa perse, non agit, nisi per motum cuius tempus est mensura. ¶ Subijcit signum, quo id confirmatur. Nam quantum ad sensum apparet, nihil experimur de nouo generari, nisi per applicationem alicuius agentis, aquo materia moueatur, & disponatur. Nunquam.n. nascuntur arbores, aut segetes aut animalia, nisi iacto semine, neque accenditur lignum, ni applicato igne. Multa tamen videmus corrumpi cuius causam non videt vulgus. Videmus enim multa senio confici & corrumpi & hęc quorum causa nos latet dicimus a solo tempore corrumpi. Quanquam [inquit] neque huiusmodi corruptionum tempus est perse causa. Intendit ergo Aris. hanc conclusionem, q̃ licet tempus magis appareat corruptionis esse causa, quam generationis, neutrius tamen est perse causa, sed per accidens, quatenus est mensura motus. ¶ In calce demum concludit dictum esse q̃ tempus sit & quid sit &c. Sequitur statim cap. 14.

DE QVIBVSDAM circa tempus dubitationibus. CAPVT. XIIII

Textus. cxxix.

MIS autem nobis sic determinatis: manifestum est, quod omnem mutationem, & omne, quod mouetur, necesse est moueri in tempore. velocius enim & tardius, secundum omnem est mutationem. in omnibus enim, sic videtur Dico autem velocius moueri, quod priùs dum transmutatur ad subiectum secundum idem spatium, & regularem motum mouetur, vt in loci mutatione si vtraque secundum circunferentiam mouentur, aut vtraque secundum rectam, similiter autem est, & in alijs. ¶ At verò prius intempore est, prius enim & posterius dicimus: secundum eam, quæ adipsum nunc est distantiam ipsum autem nunc, terminus præteriti & futuri est. Quare quoniam ipsa nunc intempore sunt, & prius & posterius in tẽpore erunt in quo enim est ipsum nunc, & ipsius nunc distantia. è contrario autem dicitur prius & secundum præteritum tempus, & futurum. in preterito enim prius dicimus, quod longius est ab ipso nunc. posterius autem, quod propius est. In futuro autem prius quidem, quod propinquius est. posterius autem quod longius est. Quare quoniam prius intempore est, omnem autem motum sequitur ipsum prius: manifestum est, quod omnis mutatio & omnis motus, in tempore est.

¶ Capituli huius. 14. quod textibus sex concluditur, tres sunt particulę. Textus.n. hic. 129. superiori proximo adnectitur. Probat namq; hic philosophus omnem motum esse intempore duabus [præter supradictas] rationibus. Prima est. Quicquid mouetur, velocius aut tardius mouetur [aut saltem moueri potest] quam aliud: velocius autẽ, aut tardius moueri regulatur ac iudicatur tempore: ergo omnis motus est intempore. Probat minorem quia velocius mouetur illud, quod minori tempore mouetur ab eodem puncto in idem punctum: dummodo comparemus motum recti, recto & circularem, circulari: & motus fiat per eandem lineam nam si vnum mobile moueatur per chordam ab. A. ad. B. & alterum per arcum semicirculi, licet quod mouetur per chordam citius veniat ad idem pũctum, non tamen velocius mouetur, quam quod mouetur per arcum: imo si in eodem tempore quo vnum transit chordam, aliud transiret arcum, velocius moueretur per arcum. Queadmodum suprema sphęra velocius mouetur, quam infima licet ambę quodlibet die faciũt circulũ ab oriẽte in oriẽs, quia suprema maiorẽ circulũ describit. ¶ Secũda ratio Motus quicunq; habet priꝰ & posteriꝰ prius autem & posterius non est, nisi intempore, immo sunt tempus ipsum: ergo motus est in tempore. Probatur minor. Prius & posterius nihil aliud sunt, quam distantie a nunc pręsenti, nunc autẽ non est nisi intempore vt satis probatum est: ergo prius & posterius sunt in tempore: nam vbicunque est terminus distantię est ipsa distantia: sicut in linea in eadem quantitate sunt partes distantes per puncta & puncta ipsa. At quia dixerat prius & posterius non esse nisi distantias anũc pręsenti, manifestat quomodo aliter se habeant in preterito & aliter in futuro. Quoniam in preterito illud est prius, quod plus distat a presenti, illudque posterius, quod distat minus: in futuro vero econtrario, illud est prius quod presenti vicinius est, illudque posterius, quod magis est remotum.

Dignum autem consideratione est: & quomodo tandem se habet tempus ad animã. & propter quid in omnibus videtur esse tẽpus, & in terra, & in mari & in cælo. An quia, ipsius motꝰ passioq̃ dam

Textus. cxxx.

dam est, vel habitus, cùm numerus quidem tempus sit, hæc autem, mobilia omnia: in loco enim, omnia sunt. tempus autem & motus, simul sunt, & secundum potentiam & secundum actum.

¶ Secunda particula huius capitis in hoc textu. 130. & sequenti sita. est. In qua soluit duas quæstiúculas de tempore. Prima est: quomodo tempus se habet ad animam: & hanc soluit textu sequenti. Altera est: cur tempus sit in omnibus rebus, vt terra, aqua & cælo. Homine terræ intellige omnia terrestria, & cuncta, quæ nos experimur moueri: aeris autem, & sphæræ ignis, quorum motus non experimur, non fecit mentionem: quia nondum tractauit de eorum motu. Huic secundæ quæstioni respondet hic per modum interrogationis, vt moris eius est dicens: q quia tempus passio quædam est, aut habitus ipsius motus, quippe cuius sit numerus & mensura: & hæc omnia mobilia sunt, omnia sunt in tempore. Neque obstat quod supradixerat tex. 117. sempiterna & perconsequens cælum non esse in tempore: quia intelligit illic quantum ad suum esse & durationem: hic vero quantum ad suum motum. Neque locus est hic disputandi, an terra moueatur secundum se totam: satis enim pro nunc est, q omnia terrestria deorsum mouentur. Quod autem subiungit, tempus & motum simul esse secundum potentiam & actum. sunt qui existiment dictum esse propter primum mobile, quod vt dictum est tex. 45. non est secundum se totum in loco, sed secundum partes quæ sunt in loco in potentia puta vna in alia sibi continua. Attamen sensus hic falsus est. Nam vt illic diximus, quanuis partes cæli non sint in loco, nisi in potentia, actu tamen & proprijssime mouentur in loco tã partes, quam totum secundum partes atq; adeo actu est illic tempus. Dixit ergo hoc propterea, quia sunt aliqua actu quiescentia, vt terra secundum se totam, aut lapis, aut animalia dum dormiunt & ideo nequis putaret illa non esse intẽ pore, quia non actu mouentur, dicit, q eo modo, sunt in tempore, quo mouentur vt si sunt in potentia vt moueantur localiter sunt in potentia vt secundum talem motum mensurentur tempore: & si sunt actu in motu quantum ad suum esse & durationem, aut viuere, eadem ratione actu sunt in tẽpore.

Textus. cxxxj.

Vtrum autem cum non sit anima, erit tempus, an non, dubitauerit aliquis Cum enim impossibile sit numerãtẽ esse aliquem, impossibile est numerabile aliqvod esse. Quare est manifestum, quod neque numerus est numerus enim est, aut quod numeratur, aut ipsum numerabile. Si autem nihil aliud aptum natura est quàm anima numerare, & animæ intellectus, impossibile est tempus esse, cùm non sit anima, nisi hoc, quod aliquando existens tempus est, vt si contingit motum esse sine anima prius autem & posterius, in motu est, tẽpus autem, hęc sunt, quatenus numerabilia sunt.

¶ In textu hoc. 131. soluit primam quæstionem, quæ est hęc: vtrum tempus ita quantum ad suam existẽtiam dependeat ab anima intellectiua, vtsi nullus esset intellectus, nullum esset tempus. Et arguit ad partem affirmatiuam: est qne notandum argumentum, quod procedit a posse, ad esse. Si nulla esset possibilis potentia numerans, nullus esset possibilis numerus: quia numerus: dicit respectum ad numerantem (est enim numerus id, quod vel actu numeratur, vel in potentia est numerabile) ergo si de facto nulla esset potẽtia numerãs, nullus esset numer⁹. Potẽtia aũt numerans esse nequit, nisi intellectus, cuius est comparare mensura ad mensuratum, & congerere vnitates numeri: & tempus est numerus numeratus ergo si nullus esset intellectus, nullum esset tempus. Solutio Aristotelis videtur in hoc consistere, q tempus accipiendo formaliter vtdicit numerum) non esset, nisi intellectus esset: accipiẽdo autem materialiter prore, quę est tempus, potest esse sine anima: nam motus, qui est res, quę est tempus, est sine anima. Et hoc est, quod ait.] Nisi hoc quod aliquando existens tempus est, vt si contingit motum esse &c.) Idest conceditur tempus formaliter non esse sine anima, nisi materialiter hoc, idest illa res, quę aliquando existit tempus: puta motus, qui subiecto est idem, q tempus. Quod nos. q. 4. notamus ad probandum tempus & motum idem esse realiter. Quod tandem est dicere. Illa quę sunt prius & posterius in motu, sunt sine intellectu: q tamen sint numerabilia vt duę horę duę dies, habent ab anima. Hoc autem. q. 4. numerosius examinamus.

Vtrum tẽpus dependeat ab anima.

Tempus & motus idẽ realiter.

Textus. cxxxij.

Dubitauerit autem aliquis, & qualis motus numerus tempus sit, an qualiscunque. Etenim generatur in tempore, & corrumpitur, & augmentatur, & alteratur in tempore, & fertur. Quatenus igitur motus est, eatenus est vnius cuiusque motus. numerus. Qua propter ipsius motus simpliciter est nnmerus continui, sed non cuiusdam, sed est nunc motũ esse & aliud, quorum vtriusque motus erit nnmerus. ¶ Alterum igitur tẽpus erit: & simul duo æqualia tẽpora erunt, an non? omne nanque tẽpus: vnũ similiter & simul est, specie autem, & quæ nõ simul. ¶ Si enim sint hicanes, illi vero equi, vtrique autem septẽ idẽ numerus est. sic & motuũ simul terminatorũ, idẽ tẽpus est. sed hic

velox fortasis, alius verò, non. & hic quidem, loci mutatio est, alius autem alteratio. tempus tamen idem est: siquidem & numerus æqualis sit, & alterationis, & loci mutationis, & simul sint. Atque propter hoc, motus quidem alteri, & seorsum sunt. tempus autem, vbique est idem, quia numerus vnus, & idem vbique est, qui est æqualium & simul.

licet motus sint alteri id est diuersi numerus temporis vnus est æqualium durationum quæ sunt simul.

Quoniam autem est loci mutatio, huius circularis, numeratur autem vnũ quodque vno quodam congeneo, vnitates vnitate, equi vero equo sic & tempus tempore quodam finito (mensuratur autem. sicut diximus: & tempus motu, & motus tempore. hoc autem est, quia a determinato motu tempore mensuratur & ipsius motus quantitas, & temporis) si igitur primum mensura omnium cõgeneorum est: circulatio regularis, mensura maxime erit, numerus huius: notissimus est. Neque igitur alteratio, neque augmentatio, neque generatio: regulares sunt, loci autem mutatio, est. ¶ Quapropter & videtur tempus esse sphæræ motus: quia hoc mensurantur alij motus, & tempus hoc motu. ¶ Propter hoc autem: & qđ consuetum est dici, accidit. dicũt enim circulum esse, humanas res: & aliorum motum habentium naturalem, & generationem, & corruptionem. hoc autem est, quia hæc omnia tempore diju dicantur, & accipiunt finem, & principium, ac si secundum quandam circulationem sit. etenim tempus ipsum, esse videtur circulus quidam. hoc autem rursus videtur, quia huiusmodi loci mutationis mensura est, & mensuratur ipsum ab huiusmodi. Quare dicere rerum eas quæ fiunt, esse circulum. est dicere temporis esse quendam circulum. hoc autem est: quia mensuratur tur circulatione. Preter enim mensuram nihil aliud videtur esse mensuratum: quam multæ mensuræ, totum.

Textus. cxxxiiij

¶ Particula tertia huius capitis in hoc tex. 132. iacet ꝛ in duobus sequentibus. Vbi philosophus vt extremam huic rei manum imponat, inuestigat subiectum in quo sit tempus. Nam cum sit numerus motus: motus autem sint species multe (vt alteratio, augmentatio ꝛc.) dubitatio est, sit ne in quocunque motu suum proprium tempus, an sit potius motuum vniuersorum vnum tempus. Et arguit, quod in singulis motibus sint tempora singula. Omnis generatio, ꝛ omnis denique motus est in tempore [verba enim illa, generatur ꝛc. accipiuntur in personaliter) in quantum enim vnus quisque motus est motus, in tantum habet numerum prioris ꝛ posterioris (quod est habere annexũ tempus) ergo tempus est numerus motus simpliciter. i. ingenere: vt comprehendat omnem motũ singularem, ꝛ non solum, est particulariter numerus cuiusdam motus. puta primi mobilis. Cum ergo sit vnus motus, ꝛ alius motus. i. cum sint plures motus, sequitur vt sint quoque plura tempora. ¶ Illic autem. [Alterum igitur ꝛc.] arguit ad oppositum interrogauerat vt solet. Si eñ (inquit) tempora multiplicentur secundum multiplicationem, motuum, fit, vt simul sint duo tempora equalia, puta duę horę, vna qua ego lego: ꝛ altera, qua alter simul legit in alio gymnasio, ꝛ simul duo dies martis, ꝛ duo menses octobris: quod est impossibile. Dit, equalia, quia multa tempora, quorum vnũ est pars alterius, sunt simul, vt puta, dies mensis ꝛc. Quod autem sit impossibile, probat: quia omne tempus quod simul ꝛ similiter est, vnum est numero, vt hęc hora tertia, qua ego scribo est eadem numero qua quecunque res mundi modo operaratur aut est: ꝛ hęc dies est vnum numero tempus in toto orbe. Licet antipodis sit nox. Et illa tempora equalia, quę non sunt simul, non sunt idem numero, sed tamen sunt idem specie: vt annus presens, ꝛ annus preteritus: si autem sint inequalia, vt mensis ꝛ annus, sunt quodammodo diuerse species sicut bicubitum ꝛ tricubitum ingenere quantitatis vt in. q. 4. explanamus. ¶ Affert exemplum simile in numero. Septem [inquit] canes in eodem penitus numero septenarios sunt quo septem equi, tametsi res ipse numerate specie differant, eundem enim numerum dicimus esse clementorum qui est et primarum qualitatum, puta quaternarium. Licet illa substantia sint, hę vero qualitates. Eodem igitur [inquit] modo vniuersorum motuum, qui hodie fiunt in orbe, ab eodem nunc in idem nunc [scilicet aduentu solis vsque ad occasum) idem est tempus. Licet alius sit motus alterationis, alius localis, alius velox, alius tardus. Erita

¶ Postquã at vtrancę partẽ dubitationis disputauit, in hoc sequẽter tex. 133. concludit tẽpus vnicũ esse omniũ motuum, quod subiective est in primo mobili. Quam cõclusionem tribus testimoniis corroborat. Primum hoc syllogismo. Vnũ quodq; mẽsuratur

Vnicũ est tempus.

ómiū q2ad
alig mouent
lig vero mēsu

suratur mensura conginea.ɔ.eiusdem secum ratio nis,ꝛ quę sit primum simplicissimumque ac notissimum sui generis:motus primi mobilis est eiusdem generis(puta eiusdem predicamenti)cum aliis omnibus motibus,estque omnium primis, simplicissimus atque notissimus:ergo ille est mensura aliorum omnium:rursus iam dictum est textu. 112.ꝛ motum tempore mensurari ꝛ vicissim tēpus motu(ꝛ ratio,inquit est quia quantitas tam motus,quam temporis mensuratur,ꝛ cognoscitur a motu,determinato tempore idest.per motum cuius mensura est tempus)ergo prima omnium motuum mensura: atque adeo omnium tempus est numerus ꝛ mensura:illius primi motus. Maiorē primi sillogismi ex professo probat. Phi.10.meta. textu.3.exēplis plurimis: vt numerū vnitate tanquam indiuisibile ꝛ simplicissima mensurā metiamur,vt equorum numerum vno equo multiplicato,ꝛ stadium pede ꝛ inter alia subdit illic:ꝛ motus omnes velocissimo motu primi mobilis. Quod enim ille motus sit omnium primus, manifestum est,cum sit omnium causa. Quod autem sit simplicissimus,patet quia numeri irregulares ꝛ difformes sunt veluti compositi ex dissimilibus partibus,motus vero cęli propter suam vniformitatem est simplicissimus. Et ideo habet se inter motus, sicut vnitas in numero. Et quod sit notissimus patet ex motu solis per quem iudicamus de duratione nostrarum operationum. Et ita cōcludit. quod neque alteratio,neque augmentatio,neque generatio erit tempus: quia nullus istorum motuum (eo quod sunt rerum corruptibilium)esse potest ita cōtinuus,aut ita vniformis,et regularis. Pretermisit(arbitror)nominare motum localē rectū tanquam manifeste irregularem:si enim sit naturalis,velocior est in fine,quam in principio: si vero violentus,econuerso. Ille ergo solus motus cęli,quia est corporis incorruptibilis ꝛ ab intelligētia fatigari nescia,vniformissimus est. ¶ Secundo confirmat conclusionem testimonio eorum ipsorū qui in hac parte errabant, dicentes tempus esse motum sphęrę. hac enim ratione id opinabantur quia per illum motum certi efficimur ac iudicamus de duratione nostrarum mutationum. Non tamen rem prorsus attingebant, vt intelligerent, non motum illum,sed numerum prioris ꝛ posterioris illius,esse tempus. ¶ Tertio eandem conclusionem manifestat sentētia illa,quę vulgo circūfertur:scilicet res omnes humanas, ꝛ in vniversum generationes corruptiones que rerum omnium naturalium in circulo perpetuo esse: verbū enim hoc inde dimanauit,q̄ omnia diiudicantur tempore:quod mensura est circularis motus: ꝛ ideo idē est dicere eas esse circulum,ac si diceretur, tēpus earum esse circulum. Etenim prēter illam(inquit) primam mensuram,nihil aliud videtur esse mensuram,nihil aliud videtur esse mensuratum quam vnum resultans ex pluribus mensuris. Etenim vt vnus passus nihil aliud est quam pesquinquies multiplicatus,ꝛ vnum stadium nihil aliud quam 125.passus,ita vita decem annorum nihil aliud est quam decem circulationes continuę solis sub zodiaco.

Humana omnia in circulo.

Textus. cxxxiiij

Dicitur autem recte, & quod numerus quidem est idem ouium, & canum,si æqualis vterque sit. de narius autem,non idem neque decem eadem. sicut neque trianguli ijdem:æqui laterus inquam,& scalenus. & tamen figura eadem est, qua ambo trianguli sunt,idem enim dicitur cuius non differt differentia, sed non cuius differt, vt triangulus trianguli differentia differt(diuersi enim,trianguli sunt) figurę autem,non,sed in vna & eadem diuisione.figura enim,talis quidem circulus est,talis vero,triangulus. Huius autem talis quidem est æquilaterus, talis verò scalenus, figura igitur eadem & hæc.triangulus enim est. triangulus autem non idem est. Et numerus igitur eodem modo.non enim differt numeri differentia,numerus horum, denarius autem non idem est.in quibus enim dicitur,differunt. hæc enim, canes, alia vero,æqui sunt. Et de tempore quidem & ipso,& de ijs, quæ circa ipsum, considerationi sunt propria dictum est.

¶ In textu hoc demum.134.postremo huius libri quo apertius exponat id quod paulo ante dixerat nempe eundem esse numerum decem ouium aut equorum,qui est decem canum,licet non sit idem denarius,ponit documentum attentione certe et memoria dignum,vt apposite de identitate ꝛ diuersitate rerum congrueque locamur. Fit enim quod decem oues sunt idem numerus qui decem canes,non tamen idem denarius. Et ita sane loquimur dicentes longe alium esse hunc binarium, probis ac sapientibus duobus hominibus iudicatis,quam illum,videlicet,quo improbos,aut ignaros designamus. Et ratio est quia genus remotum cum nota vnitatis vel identitatis prędicatur de speciebus remotis,quę sunt sub genere inferiori: attamen genus proximum non prędicatur cum tali signo vnitatis aut identitatis de suis proximis speciebus. Subdit exemplum in mathematicis. De duobus triangulis,quorum alter est equilaterus,alter vero scalenus,idest, inequalium omnium laterum,affirmamus quod sunt eadem figura. Et ratio huius est,quia figura non diuiditur immediate per has differentias,equilaterus,ꝛ scalenus ꝛ ideo ratio figurę manet eadem in ambabus speciebus. Negamus tamen,quod sint idem triangulus,propterea quod triangulus immediate diuiditur in equilaterum ꝛ scalenum: atque adeo ratio trianguli non manet eadem in illis, vt contracta per illas differentias. Et hoc est, quod hic ait Aristo.[idē em dicitur cuius nō diferentia,sed nō cuius differt ꝛc.]trianguli em illi duo,triāguli differentijs differūt nō aūt differētijs figure,que sunt circularis,aut triāgularis ꝛ cętera. Hinc sequitur ad maiorē explicationē:q̄ genus quodcunque predicabitur de indiuiduis eiusdem speciei, quę

quę sub illo continentur. Nam duo equilateri non solum sunt eadem figura, sed idem etiam triangulus: non tamē sunt idem equilaterus, quia species materialiter dividitur per diuersa individua, sicut genus formaliter per suas differentias. Eodē modo possumus dicere, quod Petrus et Paulus sunt idem animal. non tamen sunt idem homo. Petrus tamen et Brunellus non sunt idem animal, tametsi dici possint idem corpus. Sermones isti sacri quoq; nō sunt vsitati apud iuniores, sunt tamē vere philosophici, et apud antiquos celebrati, et merito ad vsus plurimos obseruandi. Eodem ergo modo motus omnes scilicet alteratio generatio, et augmentatio, et motus localis eodem tempore conueniunt quod est omnium mensura: tametsi non sint idem motus.

Finis quarti libri physicorum.

Reuerendi patris, fratris Dominici Soto Segouiensis, Theologi, ordinis Prædicatorum, super quitum Phisicorum Aristotelis. Commentaria.

DE DIVISIONE motus in suas species.

CAPVT. I.

Textus. j.

TRANSMVTAtur autē quod transmutatur omne, hoc quidem secūdum accidens, vt cum dicimus musicum ambularequoniam cui accidit musicum esse hoc ambulat. hoc autem ex eo quia huius aliquid mutatur, simpliciterdicitur mutari: vt quæcunque dicuntur secundum partes. sanatur enim corpus, quia oculus aut thorax. hæc autem, partes sunt totius corporis. Est autem aliquid quod neque secundum accidensmouetur. neque ex eo. quia aliqua partium ipsius, sed ex eo quia ipsnm mouetur primū, & hoc est secundum se ipsum mobile. Secnndum alium autem motum alterum est, vt alterabile. & alterationis, sanabile & calefactibile alterum.

¶ In quatuor superioribus libris tractatum est de motu absolute, & de his, que ad eum pertinent, puta de principijs eius, & causis, de eiusque quiditate, atque adeo de loco qui est mensura mobilis, & de tempore, quod est mensura motus. In reliquis vero quatuor agitur de motu comparatiue nempe in hoc quinto comparatur ad suas partes subiectiuas, diuiditur enim per suas species in sexto cōparatur ad suas partes quantitatiuas: in reliquis vero duobus comparatur ad motorem. Liber autem iste, qui in sex capita diuiditur, & secundum Commentato. in textus. 63. (licet in calce adijcian tur alij duo, qui non sunt in greco) diuiditur intria precipua membra. In duobus enim prioribus capitulis vsque ad textum. 20. enarrātur species motus, explicaturque ad quę predicamenta sit perse motus: in duobus sequētibus vsque ad textus. 45 agitur de vnitate & diuersitate motus: in duobus reliquis capitulis de contrarietate motus. In capitu. 1. quod. 10. textus continet duo facit Phi. In sex enim textibus prioribus distinguit diuersas acceptiones, & mutationis, & motus: in quatuor vero sequentibus distinguit species mutationis in genere antequam in sequenti cap. distiuguat proprias species motus. Proponit ergo in hoc. 1. textu. distinctionem motus trimēbrem ex parte mobilis. Ait enim, ꝙ eorum, quę trasmutantur, aliqua transmutantur per accidens: vt cum dicimus musicū ambulare: quia non est de ratione ambulātis vt sit musicus, sed accidit ei: animal vero ex necessarium subiectum ambulationis. Eorum autem quę perse mouentur, alia mouentur, non perse primo, sed ratione partis: vt cum homo sanatur secūdum oculum, aut secundum thoracē. i. pectus, simpliciter dicitur sanari: licet sanetur solum secundū partem. Alia sunt, qnę mouentur neque secundū accidens, neque secundum partem, sed per se primo: vt cum equus ambulat, vel augetur, vel calefit. Et iste motus est, qui variatur secundum species. s. alterationis, augmentationis, aut motus localis. Subiungit autem [Secuudum alium autē motum, alterum est vt alterabile]. i. secundum ꝙ motus est alius, ita & subiectum est alterum: nam subiectum sortitur nomen & speciem a motu. Si enim motus differunt genere subalterno, ita & mobilia, vt quia alteratio est alia species subalterna, quam augmentatio, & motus localis, alterabile est altera species quam augmentabile: & mobile localiter, altera. Unde & celum est mobile localiter, licet non sit mobile alia specie motus. Et [Alterationis (inquit) sanabile: & calefactibile, alterum]. i. quia alteratio rursus diuiditur in alias species, puta sanationem & calefactionem, ita & sanabile est aliud a calefactibili. Hoc est dicere, ꝙ alterabile idē est quod mobile motu alterationis, & sanabile est mobile motu sanationis: & augmentabile est mobile motu augmentationis &c.

Partitio libri.

Est autem & in mouente, similiter: aliud enim secundum accidens mouet aliud vero secundum partem, ex eo quia partium huius aliqua, aliud vero, per seipsum primum. vt medicus quidem sanat manns vero percutit. Textus. ij.

¶ Eadē ratione, quia diuisit mobilia, diuidit inter. hoc. 2. mouentia. Eorum enim, quę mouent, aliud est mouens per accidens: vt musicus ędificat, aut sanat: aliud vero per se, non primo, sed secundum partem: vt cum quis manu percutit: aliud vero, quod simpliciter per se primo mouet: vt cum medicus sanat: quod enim homo facit secundum intellectum, non secundum partem, sed secundum se totum facit.

Quoniam

Textus ij.

Quoniam autem est quidē aliquid mouens primum, est autem aliquid ꝙ mouetur, ad hæc in quo tempus, & præter hec ex quo, & in quod (omnis enim motus: ex quodam, & in quiddam. alterum enim est quod primum mouetur & in quod mouetur, & ex quo. vt lignum, & calidum, & frigidum. horum autem, aliud quidem quod, aliud vero in quod, aliud autem ex quo) manifestum est igitur, quod motus in ligno est, non in ſpecie. neque enim mouet, neque mouetur ſpecies, aut locus. aut ipſum tantum.

¶Similem diuiſionem. qua mobilia mouentiaq; diuiſit. intendit facere ex parte terminorum, ad quos est motus. ¶Premittit autem in hoc tex. 3. explicare quid est id, cui perſe cōuenit ratio motus ⁊ proprie moueri. Quinq; enim sunt (inquit) quę in motu est conſiderare: que sunt, mouens, ⁊ ſubiectum, ꝙ mouetur, ⁊ tēpus in quo fit motus, ⁊ preterea terminus a quo, ⁊ termin⁹ adquē. Inter quę duas facit cōparationes. ¶Primo cōparat ſubiectū ad vtrunq; terminū, dicens id ꝙ mouetur alterū esse, ⁊ a termino adquē ⁊ a termino a quo. Vt in calefactione ligni tria conſideramus. ſ. frigidum, ⁊ calidum ⁊ lignum, quod ſucceſſiue ſubiicitur vtriq; qualitati, dum lignum ex frigido fit calidum. Non ſolum ergo intelligit, ꝙ lignum diſtinguitur realiter a frigiditate, ⁊ caliditate (quia hoc nihil esset dicere) ſed loquitur in concreto, ꝙ lignum in quantum lignum alterū est, quam lignum in quātum frigidum, aut in quantum calidum. Et hoc est quod ſubdit [Manifeſtū est, ꝙ motus in ligno est non in ſpecie]. i. id quod proprie calefit, neq; est frigidum, neq; calidum ſub tali ratione, ſed lignum. Speciem. n. appellat formam, ⁊ eam, que corrumpitur, ⁊ eam, que acquiritur: vel ſubiectum ſub tali forma. Docuit namque li. 1. huius tex. 61. ꝙ ſubiectum proprie enunciatur in recto: vt homo fit niger, ſed terminus a quo proprius explicatur in ablatiuo, vt dicamus, ex albo fit nigrum, potiuſquā album fit nigrum. Et ratio est, q; ſubiectum manet ſub termino ad quem priuatio aūt (quę est terminus a quo) non manet. Concludit ergo, ꝙ neque ſpecies (. ſ. nec terminus a quo, nec terminus adquē ſub hac ratione) mouetur. Neq; locus in quo vel adquem fit motus: vt lib. 4. huius tex. 41. determinatum est. Adde, ꝙ nec tempus mouetur (vt patet ex dictis in tract. de tempore) neq; mouēs ipſum in quantum mouens: vt li. 3. tex. 16. ⁊ 17. cōſtat. Ex quibus colligitur, ꝙ ex omnibus, quę requiruntur ad motum, ſolum ſubiectum mouetur atque adeo illud ſolum, quatenus ſucceſſiue est ſub vtroque termino mouetur.

Textus iij.

Sed est mouens, & quod mouetur, atque in quod mouetur. Magis autem ab eo, in quod, quam ex quo mouetur denominatur mutatio. Qua propter & corruptio: in id, quod non est, mutatio est: quamuis & ex eo, quod est, mutetur, quod corrumpitur. Et generatio in id, qđ est: quāuis ex eo, quod nō est.

¶In tex. 4. cum duos terminos ſtatuiſſet motus, docet a quo illorum motus ſortiatur denominationem, ⁊ ſpeciem: dicens: ꝙ illam ſortitur, non a termino a quo, ſed a termino ad quem. Cum. n. ex frigido fit calidū: licet terminus a quo ſit frigiditas non tamen ille motus dicitur frigefactio, ſed calefactio: ⁊ econuerſo cum ex calido fit frigidum, nō dicitur calefactio, ſed frigefactio: et cum ex ſemine fit animal, licet corrumpatur illic ſemen, nō tm̄ dicitur ſimpliciter corruptio, ſed generatio. Corruptio autem [inquit] de nominatur a termino a quo. Et illa dicetur corruptio, cum addito. ſ. corruptio ſeminis: ⁊ cum ex frigido fit calidū, đ corruptio accidētalis. ſ. frigidi, aut frigoris: ⁊ cum ex ligno gn̄atur ignis, dicitur corruptio ligni ⁊ gn̄atio ignis: q; corruptio vnius, ⁊ generatio alteri⁹. At vero qn̄ corrūpitur viuens, ⁊ vel miſtū aliud per defectū, licet generetur forma cadaueris, aut alia imperfectior, tm̄ ſimpliciter denominabitur corruptio: vt cū animal moritur, aut arbor areſcit quia forma non generatur, niſi via corruptionis.

Quid igitur motus ſit, dictum est prius. Species autem, & paſsiones, & lo locus, ad quæ mouentur ea, quæ mouē tur, immobilia ſunt. vt ſciētia, & calor. Attamen dubitauit aliquis: ſi paſsiones motus ſunt, albedo autem paſsio est. erit enim ad motum, mutatio. ſed fortaſsis non est albedo, motus: ſed dealbatio. ¶Est autem & in illis & quod est ſecundum accidens: & quod est ſecundum partē atque ſecundū aliud. & ꝙ primo est, & nō ſecūdū aliud. vt quod fit album: in id quod intelligitur, mutatur ſecundum accidens. colori enim accidit: intelligi. in colorē aūt: quia albū, pars est coloris. & in europā: quia pars Europæ, Athenæ ſunt, In albū aūt colorē perſe. Quomodo igit̄ perſe moueī, & quomodo ſecundū accidens, & quomodo ſecundū accidēs. & quomodo ſecundū aliud aliquid, & quomodo idē primū & in mouēte est, & in eo qđ mouetur: manifeſtum est & quod motus non est in ſpecie: ſed in eo quod mouetur & mobili ſecundum actum.

Textus v.

¶Duas particulas habet tex. hic. 5. In prima inſtruat quandā dubitationē. q; ex proxime dictis ſuboritur. Fit igitur, ꝙ quid ſit motus, dictū est ꝓus. Est eñ via, ⁊ acqſitio tm̄i, vt li. 3. dictū est. Spēs ⁊ paſsiones: puta formę ⁊ qualitates ⁊ loc⁹ (vt mōſtrabat) ſunt res immobiles, ad quas mobilia mouent. Dubitatio ergo est. Cū mot⁹ (vt nomē preſe

fert)

fert) idē sit q̄ passio qs̄dā: ꝛ albedo itidē videat esse passio [est em̄ accidēs quo res patitur] sequit̄ q̄ ꝛ albedo erit motus: ꝛ cū ad albedinē sit mot⁹ (nā de albatio est motus ad albedinem) sequitur, q̄ ad motum sit motus: quod infra tex. 12. probabitur esse impossibile: alias idē esset via, ꝛ terminus. Respondet, q̄ fortasse albedo non motus, sed de albatio. Fortasse [inquit] non quia dubitet, sed quia ille est modus eius propter grauitatem respondendi: aut quia nondum de hoc disputauit. Quo fit, vt aliter motus, quam forma, sit dicendus passio. Nam forma [vt albedo] de se non dicit, quod sit in fieri: de albatio vero significat albedinem vt est in fieri, ꝛ ideo alia est ratio formę, ꝛ alia motus. vt libro. 2. q. 2. dictum est. ¶ In secunda parte textus. [Est autem ꝛc.] explicat similem diuisionem conuenire terminis motus, illis, qui assignate sunt mobilibus ꝛ mouentibus. Dicitur enim mobile moueri in aliquid tanquam in terminum: ꝛ secundum accidens, secundum partem ꝛ perse primo. Exemplum primi, vt si nigrum quod forte non intelligebatur: mutetur in album, quod tunc intelligitur, perse mutatur in album, per accidens vero mutatur in id, quod intelligitur: quia accidit [inquit] albo intelligi. Ponit, vt coniecio, hoc exemplum: quia color est quidem perse obiectum sensus non tamen sub illa ratione est obiectū intellectus, sed in quantum ens, cui accidit esse album. Exemplum secundi. Si quis a Thebis proficiscatur Athenas, perse quidem mouetur Athenas: mouetur autem in Europam ratione partis. Nā Athenę partes sunt Europę. Non subdit tertium exemplum de perse primo: quia in his duobus est expressum. Eadem exempla sunt de termino a quo. Sicut quod mouetur a nigro, mouetur ab eo, quod non intelligitur, ad id, quod mouetur. Athebis mouetur quodammodo ab Europa ratione partis Sed posuit ea in termino ad quem: quia inde motus sortitur speciem. ¶ Concludit ergo satis dictū esse, quomodo mobilia, mouentia, ꝛ termini diuidātur per se, ꝛ per accidens: ꝛ preterea quomodo ex omnibus, que concurrunt ad motum, solum subiectum est id in quo est motus: atque adeo id dumtaxat censetur proprie moueri.

Textus. vj. Quæ igitur secundum accidens est, mutatio: dimittatur. est enim & in omnibus, & semper & omnium. Quæ vero non secundum accidens: non est in omnibus, sed in contrarijs, & medijs & in contradictione. Huius autem fides: ex inductione est. Ex medio autem, mutatur. vtitur enim ipso vt contrario ad vtrunque. Est enim quodammodo medium ipsum, extrema. Quapropter & hoc ad illa, & illa ad hoc, quodammodo dicuntur contraria, vt mese, grauis ad netem, & acuta ad hypaten. At que fuscum album ad nigrum, & nigrū ad album.

¶ Ex his differentijs mobilium ait in hoc tex. 6 transilienda esse ac pretereunda mouentia mobiliaque ac terminos per accidens motus. Nam scientia habet finitos prescriptosque terminos. quibus clauditur: ea vero, que sunt per accidens, non sunt terminata, sed infinitis possunt modis contingere. Et hoc est quod ait. [Est enim ꝛ in omnibus [s. terminis] ꝛ semper (i. quotiescunque fit motus) ꝛ omnium (puta mobilium.] Exempli gratia. Ex musico per accidens potest fieri album, ꝛ sapiens, ꝛ magnum, ꝛ quicunque alij termini, ꝛ illi termini possunt fieri per accidens ex quibuscunq; alijs. Perse autem nihil fit, nisi ex suo contrario: quod lib. 1. huius tex. 43. docuit. Phi. vt album perse fit ex nigro, ꝛ calidum ex frigido. Subiungit autem, q̄ medię qualitates, contrarietatem habēt quandam ad extrema. Album enim fit perse ex nō albo: puta ex nigro, aut medio colore colorato. Et hoc est, quod subdit. [At mese grauis est ad netē, ꝛ acuta ad hypaten.] Seruauit interpres voces grecas. Mese enim idem est, quod media: ꝛ cum absolute ponitur, accipitur pro media chorda lyre. Here est acutissimus sonus primę chordę: hypate vero est sonus grauis vltime chordę. Fit ergo, q̄s media quodammodo contrariatur vtrique extremo: nam est grauis respectu primę, ꝛ acuta respectu vltime. Sicut fuscum est album respectu nigri, ꝛ nigrum respectu albi. Textus. vij.

Quoniam autem omnis transmutatio est ex quodam in quiddam (manifestat autem & nomen. post aliud enim aliquid: & aliud quidem prius significat, aliud autem posterius) mutabitur quod mutatur, quadrifariā. Aut enim ex subiecto in subiectum, aut ex non subiecto in non subiectum, aut ex non subiecto in subiectum aut ex subiecto in non subiectum. Dico autem subiectum: quod affirmatione monstratur. ¶ Quare necesse est ex ijs, quę dicta sunt tres esse mutationes: eam, quæ est ex subiecto in subiectum: & eam, quæ ex subiecto in non subiectum: & eamque ex non subiecto in subiectum, quę enim ex non subiecto in non subiectū non est mutatio, propterea quod non est secundum oppositionem. neque enim contraria neque contradictio est. ¶ Quæ igitur ex non subiecto est in subiectum mutatio secunda contradictionem, generatio est, alia quidem simpliter simplex. alia vero quædam, cuiusdam. vt ea quę ex non albo in album: generatio huius est. Ea vero, quę ex eo, quod non est simpliciter in substantiam, generatio simpliciter est secundum quam simpliciter fieri, & non

non aliquid fieri dicimus. Quæ vero ex subiecto in non subiectum : corruptio est, simpliciter quidem, quę ex substantia adipsum, non esse est. quædam autem, ea quæ est in oppositam negationem: sicut dictum est & ingeneratione.

¶His prętractis fundamentis, adornat in hoc tex. 7. (vbi incipit. 2. pars huius capitis) distinguere species motus. At quia mutatio superius quid est quam motus (generatio enim 7 corruptio, vt text. proximo videbimus, non est motus, sed mutatio) distinguit prius mutationem in quatuor species, quę sumuntur ex conbinatione terminorum. Sit ergo, ꝙ cum omnis transmutatio sit ex quodam in quiddam (nomen enim ipsum designat ordinẽ prioris a quo, 7 posterioris in quod est mutatio) fit vt quatuor modis contingat trãsmutatio. ¶Vbi adnotandum est quod quatuor isti modi non distinguntur ex parte rei: eadem enim mutatio cum ex albo fit nigrum est, etiam ex non nigro in non album, 7 ex non nigro in nigrum, 7 ex albo in non album: sed est distinctio ex modo significandi terminorum a quo, 7 ad quem. Et hoc est quod ait [dico autem subiectum 7c.] idest nõ appello subiectum proprie id, quod subiicitur vtriꝙ termino (nam illud, idem manet in omni transmutatione) sed subiectum dico terminum affirmatiue monstratum. Et per oppositũ non subiectũ appellatur terminus negatus, quẽ 1. perher. appellauerat nomẽ infinitũ. ¶Ex his (inquit quatuor modis tres priores sunt tantũ per se species mutationis. Nam illa (inquit) quę fit ex non subiecto in non subiectum, non est per se mutatio: quia omnis per se mutatio, aut est ex contrarijs, vt cum ex albo fit nigrum: aut ex contradictorijs, vt cum ex non albo fit album: aut econuerso. Contradictionem appellat oppositionem, quę per negationem exprimitur. Sit vero inter duo extrema infinita non est cõtrarietas: possunt enim ambo eidẽ simul conuenire: lapis nãꝙ est simul non sanus, 7 non ęger: quia cum non habeat aptitudinẽ ad tales qualitates, nec est sanus nec ęger: sicut 7 angelus 7 est non albus, 7 simul non niger, 7 non medio colore coloratus. Et eadem ratione non opponuntur contradictorie, quia ex duobus contradictorijs semper vnũ est verum, 7 alterum falsum. ¶Potest tamen per accidens ex non albo fieri non nigrum, cum ex nigro fit album. ¶Sed contra hoc videtur ꝙ sicut per se album fit ex nigro, ita 7 non album per se fiat ex non nigro: quia albo per se conuenit vt sit nõ nigrum. Respondetur, ꝙ ad hoc, ꝙ ex hoc termino a quo per se fiat terminus ad quem, requiritur ꝙ simul repugnent in esse simul eidem, 7 iam dictum est ꝙ non albũ, 7 nõ nigrũ, aut non medio colore coloratũ simul conueniũt angelo. ¶Subsequenter inquit, ꝙ illa transmutatio, que nõ est ex subiecto in subiectum, est mutatio secundum contradictionem: 7 dicitur generatio. Non appellat non subiectum, propterea, ꝙ nihil subiiciatur tali formę (alias esset creatio) sed appellat non subiectum, illud, quod significatur sub negatione formę. Et hęc inquit, generatio aut simpliciter est generatio aut (quedam, cuiusdam). i. secundum quid Generationem secundum quid appellat, mutationem accidentis in accidens. vt cũ ex non albo fit album: quia illic non producitur ens simpliciter. i. substantia, que est ens actu: imo substantia, perfecta erat sub termino a quo, ꝗmanet subtto ad quẽ. Generatio vero simpliciter est illa ꝗ fit ex nõ ente simpliciter, puta ex nõ substãtia in actu vt cũ ex aere gñerarur aꝗ, aut ex semine animal: vbi id, quod manet sub vtroꝙ tro, est sola materia prima: que non est ens actu, sed ens in potentia. Et ecõtrario illa, ꝗ fit ex subiecto in nõ subiectum, dicitur corruptio: aut simpliciter vt cũ id, quod manet subvtroꝙ termino, est sola materia prima. vt quando aqua corrũpitur in aerẽ: quia generatio vnius, est corruptio alterius: aut secundũ quid. vt cũ ex albo fit nõ album, manente eadẽ substantia. ¶Meminisse hic opus est illius quod lib. 1. huius super textũ. 75. adnotauimus: nempe, ꝙ aliud est dicere in generatione substantie, ꝙ aqua fiat ex non ente simpliciter (vt negatio feratur in totũ) 7 aliud, ꝙ fiat ex simpliciter non ente. Nam primus sensus est verus: quia aqua fit ex materia, que nõ est ens simpliciter, sed ens in potentia: puta aqua in potentia, sed tamẽ falsum est, ꝙ materia sit simpliciter non ens, quia nõ est purum nihil. In summa, creatio fit simpliciter ex non ente, generatio vero, ex non ente simpliciter.

Transmutatio quatuor modis.

Si igitur id quod non est dicitur multipliciter, & neque id quod est secundùm compositionem aut diuisionem contingit moueri, neq; quod est secũdùm potentiam, quod ei quod est simpliciter secundùm actum, oppositum est (quod enim est non albũ, aut non bonum: fieri potest vt mouea tur secundùm accidẽs. fuerit enim homo: non album. quod autem simpliciter non hoc est: nullo modo. impossibile enim est: quod non est moueri) si autem hoc: & generationem, motũ esse impossibile erit: ¶Generatur enim: quod non est. nam & si quàm maximè secundùm accidens generatur: attamen est verum dicere, quòd est id quod non est de eo quod generatur simpliciter. similiter autem: & quiescere. Hec igitur omnia accidunt difficilia: moueri ad id, quod non est. & si omne quod mouetur in loco est, quod autem non est, in loco (essent enim: alicubi). ¶Neque ergo corruptio motus est, contrariæ enim motui: motus est autquies, corruptio autem: generationi contrarium est.

Textus. viij.

¶Ex quatuor illis combinationibus terminorũ excluserat a ratione mutationis, quando ambo

proferuntur negatiue: subsequẽter in hoc text. 8. ex alijs tribus, quas dixit esse species mutationis intendit excipere duas a propria ratione motus: puta quando alterum extremorum est negatiuũ. Et est locus iste quanuis abditus, subtilis tamen ac physicus. Vbi prius considerandum est, q̃ quãuis ex nõ albo fiat per se album, & ex non aëre per se aër, tanquam ex propria priuatione, & proprio termino a quo (vt lib. 1. super text. 43. expositum est) tñ in ratione subiecti, non albũ non fit albũ qa nõ albũ nõ manet albũ. Et ad hoc propositũ, pbauerat text. 3. q̃ solũ subiectũ est, qõ̃ ppriè mouet. Intendit ergo hic probare, q̃ mutatio ex termino negato in terminum affirmatum, aut econuerso, non est motus, sed mutatio: quod est dicere: gñatio & corruptio simpliciter dicte. s. substantię non est motus. Et probatio est hęc, certe pulchra si bene intelligatur. Demus, v. g. q̃ ex aëre fit aqua (illic enim ex non aqua) probatur q̃ nihil ibi moueatur motu generationis. id qõ mouetur debet esse ens actu quod maneat sub vtroq; termino (nam solum subiectum proprie mouetur) sed illic nullũ est ens actu qõ maneat sub vtroq; termino ergo nihil mouet motu gñationis. Probat minor: quia non aqua, puta aër, quę est priuatio, & terminus aquo, non manet: aqua vero nõ erat sub termino aquo: materia autẽ (q̃ manet sub vtro q̃ termino) non est ens in actu: sed solũ in potẽtia vt lib. 1. expositum est, ergo nihil illic mouetur.

Generatio & corruptio nõ est motus.

¶ Sed quęris. Quid opus est, vt subiectum, quod mouetur, sit ens actu? Ratio est, q̃ moueri, est accidens entiũ naturalium: accidens autẽ non hẽt ppriè p subiectũ, nisi primã substãtiã. Vnde materia sicut non est ens naturale. vt lib. 2. q. 1. adnotauimus, ita nec proprie mouetur. eadem proportione probatur corruptionẽ non esse motũ. ¶ At vero vt hęc Arist. lucidiora faciat, insinuat diuisionem nõ entis. Ait enim, q̃ ens, & non ens vno mõ accipiuntur, vt. 6. meta. tex. 4. s. pro eo, quod est verum, vel falsum [sicut chimeram esse est nõ ens ideſt falsum: & chimeram non esse, est ens: quia est verum) & isto modo nec ens, nec nonens mouentur: quia non dicunt aliquam existentiã, sed sunt entia rationis, quę solum habent esse obiecti ne in intellectu. Et hęc vocat hic ens, & non ens secundũ compositionem, & diuisionẽ. Secũdo modo accipitur non ens pro eo, quod est nõ ens simpliciter: puta p materia, q̃ neq; simpliciter est non ens. s. nihil: nec simpliciter est ens sed ens in potẽtia: cui opponit (inquit (ens in actu. Et neq; hoc ppriè mouet, ratione iã dicta. Tertio modo accipit non ens p eo qõ̃ est nõ est secundũ qd. s. accidẽtale: vt non albũ: non calidum &c. Et hoc (inquit) mouetur quidem, non tamẽ sed secundũ accidens ratione subiecti. Lignum enim, cui accidit nõ album, mouetur cum fit album: & homo cui accidit non bonum, mouetur cũfit bonus. [Quod autem simpliciter non est hoc est, nullo modo] i. materia prima, quę simpliciter non est prima substantia, nullo modo mouetur: & per consequens nõ aqua aut non aer, aut non homo &c. quę sunt priuationes accidentales materię, nec mouentur per se nec per accidens. Concludit ergo generationem simpliciter dictam non esse motũ. ¶ At quia posset quis statim obijcere, q̃ eadem ratione neque est mutatio: siquidem mutatio videtur etiam esse accidens subiecti. ¶ Respondet huic tacite obiectioni, q̃ gñatio dicitur mutatio, eo q̃ id, qõ̃ gñatur, incipit esse simpliciter qõ̃, nõ erat simpliciter sed tñ tantũ potentia. Et hoc est q̃ maxime per accidẽs moueri. s. ratione partis: puta ratione materię quę neq; ipsa simpliciter mouetur, vt dictum est. Et quia non est aliud nomen, quo hanc inceptionem explicaremus, dicitur mutatio. Itaq; ad rationem motus requiritur, q̃ id, quod mouetur, antea simpliciter fuerit: vt cum ex non albo fit album: ad mutationem autem satis est, q̃ fuerit in potentia. Ratio ergo prima, quare materia mouetur quando de nouo acquirit formam, est quia materia ipsa de se non est, sed per formam, quam acquirit. Et eadẽ (inquit) ratione quãdo iam est sub forma, non quiescit simpliciter: nam quies nõ conuenit, nisi cui cõuenit motus: quia contraria sunt circa idem. Addit rationem secundam, q̃ materia non mouetur. Omne quod mouetur motu physico, est in loco [quia necesse est vt sit quantũ] materia autem [quia simpliciter non est] non est in loco, nisi ratione totius: ergo non mouetur.

¶ Pari ratione infert, q̃ nec corruptio simpliciter dicta. s. substantię, sit motus. Nam contrariorum eadem est ratio: corruptio autem contrariatur generationi: ergo si generatio non est motus neq; corruptio. Animadvertẽda est hic ratio, cur generatio, & corruptio non sit motus. Non enim ratio est [vt multi putant] eo q̃ introductio formę est instanti: sed eo, q̃ nullum ens actu subijcitur vtriq; formę. Vnde quando lignum incipit calefieri per vltimum non esse: ita q̃ nunc non est calidum, sed immediate post hoc erit calidum, verus motus est. Et pariter quando aër illuminatur per primum sui esse, licet hic non sit tam proprie motus: quia nõ fit per expulsionẽ contrarij.

Ens, & non ens dupliciter

Quoniam autem omnis motus mutatio quædam est, mutationis autem tres quæ dictæ sunt, harum autem ex, quæ sunt secundùm generationem & corruptiouem non sunt motus, hæ autem sunt, quæ secundum contradictionem fiunt: necesse est eam, quę ex subiecto est in subiectum mutationẽ, motum esse solùm. Subiecta autem, aut contraria sunt, aut media. etenim priuatio: ponatur contrarium. & mõstrantur affirmatione: nudum & albũ & nigrum. Tex. ix.

¶ Colligit ergo in text. 9. Arist. q̃ tamen est motus vbi est mutatio de subiecto in subiectum. i. quando ambo tri motus explicãtur affirmatiue. Nam subm hic appellat subm ipsum ea rõne q̃ prius est sub vno tro, & postea sub alio: vt cum ex albo fit nigrũ. Collectio est hęc. Tres sunt tm mutationis spẽs [vt tex. 7. probatũ est] & ex his illę duę q̃ dantur per contradictionem (puta quando vnum extremum exprimitur affirmatiue, & alterum negatiue) non sunt motus: nam si sit generatio simpliciter vt cum ex nõ aqua aut corruptio simpliciter vt cum ex aere fit non aër simpliciter non est motus: si autem sit generatio secundumquid: vt cum ex non albo fit non album, non est motus nisi per accidens, ratione subiecti, puta ligni aut hominis quę proprie mouentur fit: ergo vt proprie tantũmodo sit motus inter duo subiecta. i. inter terminos positiuos. Subiecta autẽ (inquit) inter

inter quę propriè est motus, aut sunt contraria, aut media, medium vero quatenus priuatio est vtriusq; extremi, accipitur vt vtriusq; cõtrariũ. Quemadmodum enim nudum [quę est priuatio vestiti] quodammodo est contrarium illi, ita fuscum & rubeum contrarium est tam albi, q̃ nigri. vt textus. 6. dictum est. Motus ergo propriè est, cũ substantia, quę est ens in actu, mouetur ex vno termino positiuo in aliud positiuũ, vt cum ex albo, aut medio colore colorato mouet in nigrũ. Text. x.

Si igitur prædicamenta diuisa sunt substantia, & qualitate, & vbi, & quando, & ad aliquid, & quantitate, & ipso agere, & pati. Necesse est tres esse motus: eum, qui quantitatis, & eum, qui qualitatis: & eũ, qui secundũ locũ est.

¶Concludit demum in hac particula, vbi cõmentator signat textum decimum, conclusionem totius huius capitis, puta, tãtum esse tres species motus. s. ad quantitatem, ad qualitatem, & ad vbi. Et facit huius syllogismum. Motus vt tex. 4. dictum est speciem sortitur a termino: ergo quot sunt species terminorum, ad quos est per se motus, tot sunt species motus: sed tantum hęc tria sunt prædicamenta, ad quę est per se motus: ergo tantum sunt tres species motus. s. augmentatio, qua acquiritur quantitas, & alteratio, qua acquiritur qualitas, & motus localis, quo acquiritur locus. ¶In memoriam hic reuocandum est, quod Aristo. lib. 3 tex. 4. & nos quęstione prima exposuimus. s. q̃ si motus accipiatur materialiter pro forma, quę non dum peruenit ad perfectum, reductiue ponitur in eodem prædicamento cũ suo termino, vt motus alterationis reductiue in prędicamento qualitatis, licet non directe, quia non est qualitas: & motus augmentationis in prędicamento quantitatis: & motus localis in prędicamento vbi. Si autem accipiatur formaliter, vt dicit solum productionem, vel acquisitionẽ, quę est via ad terminum (qui consideratur, vel tanq̃ procedẽs ab agẽte, vel tanq̃ receptus in passo) ponit in prędicamẽto actiõis, vel passionis. Et ꝓpterea ex prędicamentis, ad quę est per se motus, venat̃ species motus. Secũdo notandũ est hic, q̃ in numeratione prędicamentorũ missa fecit duo, puta situs, & habere: nam cum ista quodãmodo includant relationem, ea ratione, qua ad relationẽ nõ est per se motus, intelligit nec esse per se motum ad ista prędicamenta. Quod nos quęstione secunda adnotamus, aduersus eos, qui putant ad relationem extrinsecus aduenientẽ esse perse motũ.

¶Sequitur consequenter caput secundum.

¶AD QVE PRAEDICAmenta sit per se motus.

CAPVT. II.

SECVNDVM substantiã autem non est motus: propterea, quòd nullum est entium substantia cõtrarium.

¶Neque ei quod ad aliquid. Cõtingit enim: altero mutationem patiente, verè dici alterum nihil mutationis subire. quare: secundùm accidens motus horum est. Neque agentis, aut patientis: neque omnis mouẽtis, & eius, qui mouetur: quia non est ipsius motus: nec generationis, generatio, neque omnino mutatio mutationis.

¶In capite secundo, quod, prẽter hoc fragmentũ superioris textus, decẽ alios comprehẽdit, intendit, q̃ ad hęc tria tantum prędicamenta est per se motus. Vnde duo sunt membra huius capitis. In hoc enim fragmento, & septem sequẽtibus probat negatiuã exponentem. s. q̃ ad quinq; alia prędicamenta non est per se motus: nã situs, & habere, iam dictũ est similiter excludi, vt prędicamentum relationis. In textu vero. 8. & duobus sequentibus probat affirmatiuã. s. q̃ ad tria prędicamẽta sit per se motus. Incipit ergo a substantia, dicens, q̃ ad substantiam nõ est per se motus: quia nihil est contrariũ substantię. Vbi cõsiderandũ est, q̃ cũ potuisset adducere rationem nuper factã tex. 8. qz videlicet, generatio, per quẽ producitur substantia, non est motus (eo q̃ non subiiciatur ei aliquod ens simpliciter, manens sub vtroq; termino) maluit tamen rationẽ alterã adiungere: nẽpe, q̃ omnis motus est a contrario in contrariũ, vt tex. 9. dicebamus: substantię autẽ nihil est contrarium, vt in prędicamẽto substantię dictum est. Explicandũ hic fuisset, quo modo substantię nihil est contrariũ, nisi in prędicamento substãtię id tetigissemus, & lib. 1. huius. q. 5. copiosè disertum a nobis esset. ¶Subdit secũdo, q̃ neq; ad relationem est per se motus. Cuius probatio est hęc. Ad illud non est per se motus, quod potest in subiecto aliquo de nouo reperiri absq; eo, q̃ subiectũ ipsum moueatur: relatio autem potest de nouo incipere esse in subiecto absq; eo, q̃ subiectum moueatur. i. aliquid noui acquirat: ergo ad relationem non est per se motus. Locus est hic manifestus, vbi Aristo. docet relationem non esse numero distinctam a fundamento, quę est etiã hic. S. Tho. expressa sententia, vt. q. 1. copiosius repetimus. ¶Tertio subiungit, q̃ nec ad actionẽ, aut passionem est per se motus: & per consequens nec ad agentem, aut patientẽ. Quod est dicere. Sicut per motum non per se acquiritur actio, aut passio: neq; acquiritur tanquã terminus motus, vt res sit agens, aut patiẽs. Quia ad motum (inquit) non est per se motus: neq; ad generationem est generatio: nec omnino ad aliquam mutationem, mutatio. Iam deinceps semper distinguit inter generationem, & motum, eo, q̃ iam monstrauit eorum differentiam.

Primùm enim dupliciter contingit motus esse motum: aut vt subiecti, vt homo mouetur, quia ex albo in nigrũ mutatur. An ne sic & ipse motus: aut calefit, aut frigefit, aut locum mutat, aut augetur, aut diminuitur: hoc autẽ impossibile est. Non enim subiectorũ aliquid: est mutatio.

¶ Proſequitur ergo probare motus ipſius non eſſe motum. Et primū in hoc textu. 11. diſtinguit duplicem ſenſum. Dupliciter enim vnus motus eſt alterius motus: aut tanq̄ ſubiecti, ſicut denigratio eſt hominis, qui nigreſcit: aut tāq̄ termini, veluti denigratio eſt nigredinis productio. Primo, inquit, modo motus ipſi⁹ nō eſt motus: alias motus moueretur: vt calefactio (.v.g.) calefieret, ꝛ frigefieret, ꝛ augeretur, ꝛ moueretur localiter: quod eſt impoſſibile: nā iam textu. 3. probatū eſt, q̄ nō mouet, niſi ſubiectū, qđ eſt prima ſubſtantia: motus autem nō eſt ſubiectum, cum ſit res alterius predicamenti, ſ̄ ſubſtantia.

Tex. xij. Aut ex eo, quia aliquod aliud ſubiectū, ex mutatiōe mutatur in alterā ſpeciē. vt homo ex ægritudine in ſanitatē. Sed neq; hoc poſsibile eſt, niſi ſecūdùm accidēs. hic em̄ mot⁹: ex alia ſpecie in aliā mutatio eſt. & gn̄ratio etiā atque corruptio: ſimiliter. verùm hæ quidē in oppoſita ſic: motus autē non ſimiliter. Simul igitur mutatur ex ſanitate in ægritudinem: & ex hac ipſa mutatione, in aliam. Manifeſtum autem, quòd cum æger fuerit, mutatus erit in quamlibet contingit em̄: quieſcere. ¶ Et amplius: non ad quāuis ſemper, & illa, ex quodam in quoddam alterum erit. Quare & oppoſita erit ſanatio: ſed ex eo quia accidit. vt ſi ex recordatiōe in obliuionem mutaretur: quoniam cui ineſt, illud mutatur, aliquando quidem in ſcientiam, aliquādo verò in ſanitatem.

¶ Subſequenter textu. 12. aggreditur impugnare ſecundum ſenſum. ſ. q̄ vnus motus ſit alteri⁹ tanq̄ termini: idq; ſeptem rationibus. Prima eſt hęc. Si vnus motus ſit ad aliū, neceſſe eſt, q̄ ſicut de albatio eſt motus a nigredine in albedinē ita id, quod mouetur tali motu, moueat ab vna mutatiōe in aliam, tanq̄ a termino a quo, ad terminum ad quem. Hoc autem eſt impoſſibile per ſe [licet ſecundum accidens contingere poſſit] ergo ꝛ antecedens. Ad probationē minoris ſupponit prius, q̄ omnis motus, ꝛ mutatio habet certos, ꝛ preſcriptos terminos: licet aliter ſit in generatione, aut corruptione (quę ſunt mutationes] q̄ in motu. In illis enim termini opponuntur contradictorie, in motu autem opponuntur contrarie. Et hoc eſt quod ait [hę quidem]. ſ. generatio ꝛ corruptio) in oppoſita ſic (.i. contradictorie) motus autem non ſimiliter] ſed cōtrarie. Exempli gratia: generatio aēris non eſt mutatio per ſe a quocunq; in quodcunq;, ſed ex non aēre in aērē: ꝛ pariter corruptio eſt mutatio ex aēre in non aerem: ſiue corrumpatur in aquā, ſiue in terram. Et pariter motus [in quo ambo extrema debent eſſe poſitiua) vt dealbatio non eſt per ſe motus ex muſico in calidum, ſed determinate ex nigro, aut medio colore colorato in album. ¶ Hoc ſuppoſito, probat minorem dupliciter. Prima ratio eſt illic [ſimul igitur.] Si aliquid mouetur q̄ ſe ab vna mutatione in aliam (v.g.) ab ęgrotatiōe ad dealbationem, neceſſe eſt vt ambę ſint ſimul. ſ. illa in via corruptionis, ꝛ hęc in via generationis, ꝛ q̄ ceſſante ęgrotatione, reſtet motus dealbationis (ſicut dum res mutatur ex frigida in calidam, neceſſe eſt, vt ſimul cum aliquo gradu frigiditatis ſit aliquis grad⁹ caloris, ꝛ ceſſante frigiditate, maneat calor.) Hoc tamen non eſt neceſſarium, quia manifeſtum eſt [inquit) q̄ dum ęger fuerit. i. cum terminatus fuerit motus ęgrotationis (mutatus erit in quamlibet). i. ille homo iam acquiſierit omnem formam: nec tunc mutetur, ſed quieſcat. Poterat Ariſto. dupliciter probare falſitatem minoris. Primo, quia non eſt neceſſe dum eſt ęgrotatio, ſimul eſſe dealbationem aut aliam mutationē: ſed efficacius oſtendit hūc motum non terminari ad alium per hoc, q̄ ſtat in fine vnius motus nullum ſubſequi continuo alium motum. ¶ Secunda probatio eiuſdem minoris eſt illic. [Et amplius ꝛc.) quę eſt hęc. Si aliquid moueatur per ſe ex vna mutatione in aliā, non erit in quauis, ſed illa erit a quodā in quoddam. i. ex certo termino, in alium certum terminum: puta ex contrario in cōtrarium, vt in principio ſuppoſitū eſt: ergo ſi eſt aliquis motus per ſe ab ęgrotatione in aliam mutationem, neceſſe eſt, q̄ ſit ab ęgrotatione in ſanationem, quod eſt impoſſibile: nam cum ſimul debēt eſſe terminus a quo, ꝛ terminus ad quem, ſimul eſſent tunc ęgrotatio, ꝛ ſanatio, quod repugnantiā inuoluit, cum ſint motus ad terminos contrarios. ¶ Id autem, quod ſubiungit (ſed ex eo quia accidit) nō ordines cum verbis proxime precedētibus: ſunt enim verba, quibus Ariſto. reuertitur ad id, qđ prius propoſuerat. ſ. q̄ motus nō poteſt eſſe per ſe ab vna mutatione ad aliam, ſed per accidens. Probata enim prima parte, concludit, q̄ vnus motus poteſt terminari ad alium, non ad certū, ſed per accidens ad quencunq;: vt cum quis ex vehementi attentione ad recordationem vnius, labitur in obliuionem alterius, aut in calefactionem, aut frigefactionem. ꝛc. ſicuti ex eodem motu, puta ex ambulatione, aliquando acquiritur ſcientia (quam deambulans meditatur) aliquando ſanitas. ꝛc.

Ampliùs autem in infinitum fiet abitio: ſi erit mutationis mutatio, & generationis generatio. Neceſſe igitur eſt eſſe primam, ſi vltima erit: vt ſi ſimplex generatio fiebat aliquando: & quod fit fiebat. Quare nondū erat quod fit ſimpliciter: ſed aliquid quod fit & quod fit iam, & rurſus fiebat hoc aliquando. quare nondum erat tunc: id qnod fit. Quoniam autem infinitorum non eſt quicquam primum: non erit primum quare: neq; contiguum. neq; fieri igitur, neq; moueri poſsibile eſt: neq; mutari quicquam. Textus xiij.

¶ Secunda

¶Secunda ratio principalis in textu. 15. eſt huiuſmodi. Si mutationis eſſet mutatio (v.g.) ſi generationis eſſet generatio, ſequeretur proceſſus in infinitum in generationibus: conſequens eſt impoſſibile, ergo & antecedens. Maior exemplo patet. Detur (v.g.) gñratio, qua generatur. A. ignis. Si huius generationis fuit altera generatio, qua iſta generabatur, eadem ratione fuit alia tertia prior, qua generabatur ſecūda, & alia prior qua generabatur tertia, & ſic in infinitū. Q̄ autē hoc ſit impoſſibile, probat hoc modo. Si datur vltima generatio, qua (v.g.) generat iſte ignis, neceſſe eſt, vt detur etiam prima, vnde iſta habet ortum. ¶Probatur hęc conditionalis. Si hęc generatio ſimplex huius ignis actu modo fit per aliā generationem, iſta generatio nondum eſt, quia quod fit, nondum eſt: ſi autem hęc generatio nondum eſt, ſequitur ꝙ neq; ipſe ignis eſt, et hoc eſt quod ait, ꝙ ſi generatio fiebat, et quod fit (puta ignis) fiebat, id eſt nondum eſt. Rurſum ſi ſecunda generatio fiebat per aliam generationem, illa ſecunda nondum eſt. Et ita conſequenter arguitur de omnibus: cū ergo infinitorum a parte antenon detur aliqua prima generatio (quę vere ſit completa) nunq̄ dabitur hęc vltima generatio ignis completa: & per conſequens (inquit) nihil cōtingit perfecte fieri, aut perfecte moueri vſq; ad quietem. Notandum eſt hic, ꝙ Ariſtoteles nō negat proceſſum in infinitum in generationibus per accidens: puta ꝙ pater meus fuerit genitus ab auo, et auus a proauo, et ſic in infinitum, ponendo mundum ab ęterno, vt ipſe poſuit, nam generatio qua me pater genuit, non requirebat tūc per ſe ſimul concurſum aui: quippe qui iam ceſſauerat, quādo genuit patrem. Quod autem actu hęc generatio dependeat de per ſe ab infinitis generationibus, quę ſimul fiant, hoc eſt impoſſibile, quemadmodum eſt impoſſibile ꝙ vnus effectus dependeat ex infinitis cauſis eſſentialiter ſubordinatis.

Textus. xiiij. Ampliùs: eiuſdem eſt, motus contrarius, & inſuper quies, & generatio & corruptio. Quare id quod fit, cùm fit, id quod fit, tunc corrumpitur. neque enim quod mox fit: neque poſterius. eſſe enim oportet, quod corrumpitur.

¶Tertiam rationem ſubiungit in textu. 14. Vbi ſupponit, ꝙ quicunq; motus habet duo contraria (vt in poſtpredicamentis dictū eſt) puta quietem tanq̄ terminum, et preterea motum contrarium, vt calefactioni contrariatur quodammodo frigefactum eſſe (quia non ſtant ſimul calefieri & frigefactum eſſe) et preterea contrariatur ei frigefactio. Et pariter generatiōi c[illegible]ariatur quodammodo terminus a quo: et cor[illegible]ptio, vt text. 54. patebit. Tunc arguit. Si generationis eſt generatio, erit et corruptio. i. ſi generatio generatur, etiam & corrumpitur: quia contraria ſunt circa idem: nihil antē corrumpitur, niſi quando eſt: et generatio non eſt, niſi quādo fit: ergo ſimul dū fit, corrumpitur: quod eſt inconueniens. Hoc argumento vtitur Gregorius, et alij, ad probandū, ꝙ entia ſucceſſiua (vt motus, et tempus) non ſint res diſtinctę a ſubiecto: nam alias ſimul dum fierent, corrumperentur. Nihilominus Ariſtote. id non habet pro inconuenienti, niſi quādo aliquid generatur, aut corrumpitur tanq̄ terminus generationis, & corruptionis: quemadmodum contraria opinio dicebat generationē generari: nam tunc ſequeretur, ꝙ generatio alicuius eſſet eiuſdem corruptio. Quod autē motus & tempus ſecundum ſuas proprias rationes habeant eſſe tantummodo in tranſitu, ſiue diſtinguantur illo modo realiter, ſiue non, non reputat Ariſtoteles inconueniens.

Ampliùs, oportet materiā ſubeſſe: & ei quod fit, & ei quod mutatur: quę igitur erit? vt alterabile aut corp⁹, aut anima eſt: ſic id, quod fit, motus, aut generatio. Tex. xv.

¶In textu. 15. ſubiſcitur quarta ratio. Si generatio generatur, ita vt vna generatio ſit terminus alterius, neceſſe eſt aliquam ſubeſſe materiam diſtinctam a materia ipſius geniti, vt ſi generatio ipſa ignis generatur (cum generatio formaliter diſtinguatur ab igne) neceſſe eſt dare materiam generationis diſtinctam a materia ignis: illa vero nulla poteſt aſſignari: ergo generationis non eſt generatio.

Et rurſus: aliquid in quod mouentur. oportet enim ꝙ aliquid ſit, huius ex hoc in hoc motus: & nō motus, aut generatio. Simul autē, & quō erit? nō enim erit diſciplinatio diſciplinatiōis gñratio. Quare neq; generationis, generatio: neque quędam cuiuſdam. Textus. xvj.

¶In textu. 16. ſubnectit alias duas ratiunculas. Eſt ergo quinta. Omnis motus, aut mutatio eſt ab hoc in hoc, tanq̄ a termino a quo ad terminū ad quem: huiuſmodi autem termini debent eſſe hoc aliquid (id eſt res aliqua, aut formę alicuius predicamenti: vt ſubſtantię in generatione ſimpliciter, aut qualitates, aut quantitates, aut loca) generatio autem, aut motus non eſt res, ſed via, puta, acquiſitio, & deperditio rei: ergo generatio, vel mutatio non poteſt eſſe terminus alterius generationis, aut motus. ¶Sexta ratio eſt. Sicut ſe habet genus ad genus, ita ſpecies ad ſpeciem: vt ſi mutationis in genere eſt mutatio, & generationis generatio. eadem ratione in ſpecie diſciplinationis erit diſciplinatio. Quod eſt dicere. Similis denominationis erunt mutatio ipſa: ad quam eſt motus, & motus ipſe, qui ad illā terminatur: vt ſi ad calefactionem eſt per ſe motus, ille erit calefactio: & ſi ad dealbationē eſt motus, ille erit dealbatio. At vero non eſt ita, quia diſciplinatio non eſt generatio diſciplinationis, ſed ſcientię: nec calefactio eſt generatio calefactionis, ſed caloris: ergo mutationis non eſt mutatio.

Ampliùs: ſi tres ſpecies motus ſunt harum aliquam neceſſe eſt eſſe ſubiectam naturam, & ea in quæ mouētur, vt neceſſe eſt, loci mutationem alterari, aut ferri. Omninò autem quoniam Textus. xvij.

mouetur omne quod mouetur, tripliciter, aut quia secundum accidēs, aut quia pars aliqua, aut quia per se secundum accidens, solùm contingit mutari mutationē. vt si is, qui sanatur, currat aut discat. Eam autem, quæ secundum accidens, dimisimus olim.

¶ Septima deniq;, ac postrema ratio in text. 17. est hęc. Si mutationis est mutatio, cum tres sint species motus, fit vt illarum quęlibet sit aliarū subiectum: vt loci mutatio alteretur, ⁊ augeatur ⁊ alteratio augeatur, ⁊ mutetur localiter, ⁊ augmentatio mutetur localiter, ⁊ alteretur: quod absurdum est. ¶ Ex dictis ergo concludit, motus ipsius non esse per se motum: id est vnum motū nō terminari ad alium tanquā ad terminum: sed per accidēs, ratione subiecti, aut ratione partis nihil vetat: vt cū ille, qui hactenus cucurrit, modo incipit sanari, aut discere: aut qui hactenꝰ mouit linguam, modo incipit mouere manū. ⁊c. Attamen motus ille, qui est secundum accidens, ab huiusmodi consideratione est relinquendus, vt tex. 6. dixerat.

Textus. xviij.

Quoniam autem neque substātiæ, neq; ipsius ad aliquid, neque ipsius facere & pati: relinquitur seūdum qualitatem, & quantitatem, & vbi, motum esse solum. in vnoquoq; enim horum est contrarietas. Motus igitur secundum qualitatem, alteratio sit. hoc em̄ inditum est, commune nomen. Dico autem qualitatem: non quæ in substātia (etenim differētia, qualitas est) sed quæ passiua est, secundum quam dicitur pati: aut impassibile esse. Qui verò secundum quantitatem est: secundū commune quidem innominatus est: secundū autem vtrunque, augmētatio & diminutio. Is quidem, qui est in perfectam magnitudinem: augmētatio. qui verò ex hac, diminutio. Qui autem secundum locum: & secūdum proprium, & secundùm commune, innominatus est. vocetur autem latio, nomine communi. quanuis dicantur ferri hæc sōla propriè: cùm enim in seipsis sit mutantibus locū, stare, & quæcunque ipsa non se ipsa mouent secundùm locum.

¶ Postquam hactenus in prima parte huius capitis probauit partem negatiuā. s. ꝙ in aliis prędicamentis non est motus, in secunda nunc parte ostendit affirmatiuam, ꝙ in tribus est motus: puta in quantitate, qualitate, ⁊ vbi. Colligit ergo hoc modo. Cum neq; ad substantiam, neq; ad relationem, neque ad agere, ⁊ pati sit motus, sit vt tantum sit ad quantitatem, qualitatem, ⁊ vbi, in quibus est cōtrarietas, quę requiritur ad motum. De tempore namq; nihil opus fuit specialem considerationem habere: eo ꝙ, cum sit mensura motus, ea ratione, qua ad motum nō est motus, fit: vt neque ad tempus sit per se motus. Situs autem, ⁊ habere, nomine ipsius ad aliquid cō prehenduntur, licet non sit relatiua secundum esse, sed solum secundum dici, vt quęstione prima explicamus. Hac de causa motus ponitur inter post prędicamenta: quia est communis pluribus prędicamentis. ¶ Accommodat ergo Phi. suum cuiq; mutationi proprium nomen, dicens, ꝙ motus ad qualitatem, communi ac simplici nomine appellatur alteratio: siue sit acquisitio, siue ꝺperditio qualitatis: quia nulla deperditur sine alterius acquisitione. Addit vero, ꝙ non accipitur hic nomen qualitatis vt in Prędicabilibus capꝺe differentia dictum est: differentiam substantię prędicare in quale: et in Prędicamento substantię dictum est, secundas substantias significare quale quid (id est, formam substantialem) sed pro qualitate passiua, quę est de tertia specie qualitatis, vt sunt calor, ⁊ color, atque adeo primę qualitates, ⁊ secundę, quę ex illis constant. Hęc enim potissimum dicuntur qualitates: quia disponunt ad corruptionem, et introductionem formarum substantialium: ⁊ per consequens per has subiecta dicuntur pati, ⁊ alterari a dispositione naturali. Nam secundum qualitates aliarum specierum non ita proprie subiectum dicitur pati, aut alterari: quia pati, non solum dicit recipere, sed vinci, ⁊ superari ab agente, ⁊ trahi via corruptionis. ¶ Motus vero ad quantitatem, non habet vnum commune nomen simplex, quo significetur acquisitio, aut ꝺperditio, sed sub disiunctione dicitur augmentatio, vel diminutio. ¶ Motus autem localis, neque habet (inquit) proprium nomen simplex, vt alteratio: neque commune, adequate omni motui locali: sed appellabitur (inquit) latio. Quod nomen secundum propriam significationem non est commune ad omne genus motus localis, sed solum significat motum violentum de loco ad locum. Ferri enim idē pollet, qꝺ ab extrinseco traduci in alium locum. ¶ Adnotanda est hic egregia ratio S. Thom. cur motus isti non habeant similiter nomina. Ait enim, ꝙ quia qualitates contrariantur positiue secundum propriam rationem sui generis, et nunquā vna ꝺperditur, nisi per acquisitionem alterius contrarię, potuit quicunque motus, vel a qualitate, vel ad qualitatē appellari alteratio. In quā titate vero non est contrarietas specifica secundum propriam rationem quantitatis (quantitas enim maior, quę acquiritur per augmentum, et minor quę acquiritur per decrementum, eiusdē speciei quantitatis sunt: sed differunt quodammodo priuatiue penes abundantiam, ⁊ defectū) et ideo non potuit hęc differentia vnico nomine explicari, sed vnus motus dicitur augmentum, ⁊ aliꝰ decremētū. At vero in motu locali nō est cōtrarietas inter terminos: puta inter locū a quo ⁊ locū ad quē secūdū genꝰ quātitatis, in qua specie ponitur locus, aut secundum genus vbi, sed per respectum ad motum: quia scilicet sunt duo termini

collectio ꝙ in motu quę prędicamenta contrarietas

Text xix.

Rect magis mas.

Ofis inter tres spis motus.

terminí maxime distantes in tali motu, atq; adeo terminantes motum: ⁊ ideo non est inuentū nomen simplex ad significandum ascensum, vel descensum, vel circularem motum: nisi vel complexe dicas, motus localis, seu motus ad locum, aut incomplexe, latio.

Textus. xix. Quæ autem est in eadem specie: mutatio in magis & minus: alteratio est. Quæ enim ex contrario est in contrarium: motus est, aut simpliciter aut aliquo modo. in minus enim cùm ierit in contrarium dicetur mutari. in magis autem: vt ex contrario in seipsum. differ enim nihil secundum quid mutari, aut simpliciter. verum, aliquo modo oportebit contraria esse. Magis autem & minus est, ex eo, quia plus, aut minus cōtrarij ineſt, & non.

Recipere magis ⁊ minus. ¶Constitutis nominibus specierum motus in textu hoc. 19. docet quomodo nullus illorum recipit magis ⁊ minus, nisi motus alterationis. Ꝟndet aliquam recipere magis ⁊ minus (vt in prædicamentis cap. de substātia ⁊ cap. de qualitate exposuimus) cognoscitur a posteriori per hoc, ꝙ no mēcius prædicetur cum his aduerbijs. ¶Petrus autem non est magis aut minus animal, aut homo ꝙ ¶Paulus, sed perfectior: nec magis quātus sed maior: nec magis motus localiter, sed velocius: est autem magis aut minus calidus, vel albus. ⁊c. Sed tamen a priori, rationem cur qualitas, potius ꝙ res alterius prædicamēti, suscipiat magis ⁊ minus, satis arbitror nos exposuisse lib. primo huius, quæstione quinta: nempe, quia in hoc solo prædicamento proprie requiritur ratio contrarietatis: contrarietas autem est habitudo duorum extremorum per oppositum maxime distantium, inter quę est latitudo quędam diuisibilis secundum gradus. Exempli gratia: calor sum mus contrariatur summę frigiditati, et ideo vtraq; qualitas habet gradus intensionis: atque adeo ambę se compatiuntur in gradibus remissis in eodem subiecto, vnde vicissim se expellunt, eo ꝙ per intensionem vnius, remittitur alia. At non est hic locus hęc tractandi. Ait vero Arist. ꝙ alteratio aliquando fit simpliciter, puta, quando ex vno extremo in aliud simpliciter mutatur: vt ex summe frigido in summe calidum, aut ex albo in nigrum. Et hęc non dicitur mutatio secundum magis ⁊ minus, sed simpliciter mutatio in aliam speciem. Alia est mutatio a contrario in cōtrarium aliquo modo: id est secundum quid, puta, cum ex summe albo fit minus album. [Nā minus (inquit) album in contrarium tendit, puta in nigrum] et cum minus album mutatur in magis album, quodammodo mutatur a suo contrario, scilicet nigro in seipsum, scilicet album. Et harū alterationum prima dicitur remissio, secunda dicitur intensio.

Tex. xx. Quod igitur hi tres soli motus sint ex his manifestum est. immobile autem est: & quod omninò non potest moueri: sicut sonus est inuisibilis. Et negatiue quod in multo tempore vix mouetur: aut quod tardè incipit, quod dicitur ægrè mobile. Et quod aptum natura est, potestque moueri: non mouetur autem tunc cùm aptum natura est, & vbi, & quomodo quod quidē immobilium solùm: quiescere voco. contraria enim: quies motui est. Quare priuatio erit: susceptiui. Quid igitur est motus, & quid quies, & quot mutationes, & quales motus: manifestum est ex dictis.

¶In textu hoc. 20. ac postremo huius cap. ¶Philosophus postquam concludit tres esse species motus, adducit ostendere, quę res proprie dicatur quiescere. Et quia quiescere idem prima fronte videtur, quod rem immobilem esse, distinguit tripliciter contingere, vt res aliqua dicatur immobilis. Uno modo negatiue, id est quę nullam habet aptitudinem vt quouis motu moueatur, vt Deus. Intelligentię vero dicuntur etiam immobiles physice, licet spiritualiter moueantur. Et huiusmodi immobilia non dicūtur quiescere: qz quies opponitur ꝑuatiue motui: ⁊ ideo non quiescunt, nisi quę sunt apta moueri: sicut nō sunt cęca, nisi quę sunt apta videre. Alio mō aliquid dicitur immobile, quia cum difficultate mouetur: aut tunc quando mouetur [vt leuissima stupa cū cadit] aut quia difficile est vt a loco dimoueatur, vt immane saxū. Tertio modo aliquid dicitur immobile, quia est aptum natum moueri, ⁊ eo tempore, quo aptū est moueri, non mouetur. Et hoc dicitur quiescere. Ut trabes, quę a suppositā columna detinetur sursum. Adde, ꝙ quies est duplex: alia naturalis, vt quando res est in suo naturali: alia violenta, vt quies trabis in tecto. ¶Concludit igitur Aristo. satis dictum esse quidnā sit motus, quid quies, quot mutationes. ⁊c. quę est prima pars huius libri. Sequitur ergo hic quæstio prima ⁊ secunda. Immobile.

¶DE VNITATE ET DIuersitate motus.

CAPVT. III.

Textus. xxj. POST hęc autē dicamus: quid est simul, & separatim & quid est tangere, & quid est inter, & quid consequēter, & quid contiguum, & quid continuum, & quibus vnumquodq; horū ineſſe aptum natura sit.

¶Secunda

¶ Secunda pars huius libri (vt diximus in principio) est de vnitate & diuersitate motus, quę duobus subsequētib⁹ capitulis cōtinetur. In hoc.n. 3. cap. per. 10. textus distributo, premittit nōnulla definitiones ad propositū necessarias, & in sequēti rē prosequitur intentā, ꝓponit ergo in hoc

.22. tex. 22. septem terminos exponere. s. quid sit aliqua esse simul & quid esse separata, quid etiā se tāgere, quid esse inter. i. esse mediū, quidq; conseq̄ter se habere: quid ōniq; sit aliq̄ esse cōtigua, quid etiam esse continua.

Textus. Simul igitur dicuntur hæc esse secundùm locum quæcunque in vno loco sunt primo. Separatim autem: quæcunque sunt in altero. ¶ Tangere autem: quorum extrema sunt simul.

Inter verò: in quod prius aptum natura est peruenire id, qđ mutatur, quam in quod vltimum mutatur, secundùm naturam continuè mutationē patiēs.

In pauciſſimis autem est inter: tribus. vltimum enim est mutationis contrarium.

Simul eē. ¶ In textu. 22. exponit quatuor eorum terminos, qui propositi sunt. Ait enim, ꝙ ea dicuntur simul esse secundum locum, quęcunq; sunt in eodem loco proprio. Ait simul secundum locū, ad differentiam eorum, quę sunt simul tempore. Etenim vt ea sunt simul tempore, quę sunt in eodē tempore, ita illa sunt simul loco, quę sunt in eodē loco. Nō tamē satis est esse in eodē loco cōmuni: alias Roma Parisij & Salmantica essent simul, cū sint in eodem orbe, sed requiritur ꝙ sint in eodem loco, quem dicunt ad equatum. Quo fit, vt duo corpora simul esse nequeant naturaliter. Per contrarium extremum ea sunt separata, quę sunt in diuersis locis. ¶ Hinc collegit ea se tangere, quorū vltima sunt simul. Ultima vero esse simul est ꝙ extrema sint in eodē puncto eiusdem loci. Vt memi nisse opus est ꝙ extremū lineę est punctum, extremū vero superficiei est linea: et extremū corporis est superficies. Si ergo in area duas deducas lineas, quarū altera incipiat, vbi altera desinit, postrema puncta sunt simul, eo ꝙ ambobus idē respondet punctū in area: nā cum punctū ad ditū puncto non reddat maius, possunt duo eidē respondere puncto. Proportionabiliter duę superficies se tangunt, quando lineę extremę eorre spondent eidem lineę loci, vt si in eadē area extēdas duas papyros vnam cōtiguā alteri. Ac duo deniq; corpora se tangunt, quādo extremę superficies respondent eidem lineę circunstantis loci, vt si manus iungas, videbis internas superficies eidem lineę circunstantis aeris in circulum respondere. ¶ Subsequēter exponitur quartus terminus, esse inter: id est esse medium, dicens illud esse medium, in quod id, quod cōtinue mouetur, aptum est prius peruenire, ꝙ in vltimum. Exempli gratia. Ignis est mediū inter lunam & aerē, quia quod continue descenderet a cōcauo lunę, prius transiret per ignem, ꝙ per aerem. Definitio est a posteriori. Ait vero (patiens secundū naturam continuę mutationem) id est mobile, quod suapte natura mouetur continuo motu: quia si esset Angelus, qui non dependet a loco, posset abextremo ad extremum mutari sine medio: sicut cogitationem ego possum de cęlo ad terram mutare, non cogitando de medio. Ait aptum natū, & nō ait, mouet, quia ob motu cessāte, ignis nihilominus mediat inter cęlum & aerem. Subiungit, quod medium in pauciſſimis est: nam licet inter duo extrema multa esse possint media (vt inter cęlum et terram sunt tria elemēta) tamen ad rationem mediꝰ satis est, ꝙ sint duo extrema, & vnum medium. Ad cuius expositionem subdit, ꝙ extrema sunt duo contraria, vt album & nigrum, amarum et dulce, inter quę intersunt media plurima. Tria sunt pauciſſima, non simpliciter (quia duo sunt pauciora, vt habetur. 10. meta. 20.) sed extremi sunt eorum pauciſſima in quibus potest esse medium. Sic corpus, non intellegit aliquod corpus ꝙ sit extra corpora non possunt esse simul sed intelligit extremum superficiem lineam. s. et extremum

Continuè autem mouetur: quod nihil aut pauciſsimum intermittit rei, non temporis. nihil enim prohibet intermiſsè, & ſtatim etiam poſt hypatē ſonuiſſe neten, ſed rei in qua mouetur. hoc autem: & in ijs, quæ ſunt ſecūdùm locum, & in alijs mutationibus manifeſtum eſt. Textus. xxiij.

¶ Quoniā in definitione mediꝰ positū est, cōtinue moueri, exponit in hoc tex. 23. quidnam sit cōtinue moueri, dicens illud mobile continue moueri, quod nihil, aut pauciſſimum intermittit rei. i. ſpatij, per quod mouetur [non temporis] id est tē poris vero nihil prorſus intermittit: quia vt motus sit continuus, nihil penitus licet temporis intermittiſ: nam ſi momentum intermittatur, interciditur motus, vt capite ſequenti palam fiet. Nihil tamen obſtat continuitati motus, ſi pauciſſimum rei, id est ſpatij intermittatur. Probat exemplo Muſicę. Cum enim citharedus poſt hypatē, id est infimam, et grauiſſimam chordam cōtinuo tāgit neten. i. primā acutiſſimā, ſonus fit continuus tametſi medię chordę non tangātur, quia tempus inter vnum & alterum tactum nullum intercipitur. Et idē (inquit) cōtingit in motu locali, & aliſs mutationibus: vt enim tangens primam & vltimam chordam facit continuum ſonū, ita qui per lapides, qui in tranſitu torrentis prouſum manent pinque eriguntur tranſit, facit continuum motū, licet pedem non figat in medio ſpatio inter lapidem & lapidem. Huc tendit doctrina hęc Ariſtot. vt admoneat, ad continuitatem motuum non eſſe neceſſariam vnitatem ſpatij, dum tamen ſit vnitas, & mobilis, & temporis, vt capite ſequenti patebit. ꝙ indiuiſibile additum indiuiſibili non facit

Contrarium autem ſecundùm locum eſt quod ſecundùm rectam diſtat plurimùm. minima enim, finita eſt: menſura autem, finitum eſt. Textus. xxiiij.

¶ Dixerat extrema cuiuſcunque motus contraria eſſe, in motu autem locali maxime progreſſiuo, non per ſe notum eſt, quomodo loci a quo, et ad quem ſint cōtrarij. Et ideo hoc explicat in textu hoc. 24. dicens, quod ille locus dicitur contrarius termino a quo, qui plurimum diſtat ſecundum

cundum rectam lineam. Vltimum quidem, non simpliciter, sed per respectum ad talem motum. vt si sit motus animalis, tunc sumitur vltimum, respectu intentionis, qua dirigit motum. vt cum ego a domo vado in scholas, scholę sunt extremũ huius motus: ecclesia vero cathedralis, quę est in itinere, est medium. Subnectit vero: q huiusmodi maxima distantia sumenda est secundum lineam rectam: eo q mensura debet esse finitum quid, id est certum, ꝛ determinatum, ꝛ inuariabile: minima vero linea (qualis est recta) finita est idest certa, ꝛ inuariabilis. Exempli gratia. Distãtia inter duo puncta. a. ꝛ. b. iudicanda est secundum lineam rectam ab vno in aliud: quę quidem esse non potest, nisi vna, circulares vero, q protra hũtur per modũ arcus, nõ sunt certa mẽsura: ida illę possunt maiores ꝛ maiores esse in infinitum, secundum q alius semper circulus potest super aliũ describi.

Textus. xxv. Consequenter autẽ est: inter quod post principium solum existens aut positione, aut natura, aut alio aliquo sic determinatum / nihil est eorum, quæ sunt in eodem genere, & id, ad quod consequenter est. dico autem: vt ad lineam linea vel lineæ. aut ad vnitatem vnitas vel lineæ. aut ad domum domus. Aliud autem nihil prohibet esse inter. Consequenter enim ad aliquid est consequenter, & posterius aliquid est. non enim vnum consequenter est ad duo, neq; noua luna ad secundam consequenter est, sed hæc ad illa.

¶In tex. 25. prosequitur exponere quintum terminum. s. quid sit aliqua consequenter se habere dicens, q ea se consequenter habent, inter quę nihil mediat eiusdẽ generis. vt in phalange militum illi se consequenter habent, inter quos nõ mediat alius miles: nihil tamen obstat, si mediet aliquis lapis. Sed tamen tertius miles non consequenter se habet ad primũ, eo q intercedit secundus. Et ista consequenter se habentia, aut sumuntur secũdum prius ꝛ posterius positione secundum locum, vt in exemplo posito: ꝛ si domus plurimę in eadem linea consequenter sint extructę. aut natura, vt binarius consequenter se habet ad vnitatem, ꝛ ternarius ad binariũ ꝛc. Aut ali o (inquit) quouis modo. vt in oratione post exordium consequẽter se habet narratio, inter quę nihil mediat in genere orationis: et post narrationem consequitur diuisio ꝛc. vt est apud Ciceronem lib. 1. ad Herẽ. Ordinetur ergo sic litera. Consequentur est illud, inter quod, cũ existat post aliquod principium [quod est principium aliquorum positione aut natura ꝛc.] ꝛ id ad quod consequenter est nihil mediat eiusdem generis.

Et subdit exempla, vt si plures lineas describas, aut plures vnitates ꝛc. Dit vero, q nihil prohibet aliud medium intercedere. vt si inter quaslibet duas lineas designes punctum nihilominus linęę consequenter se habebunt. At si vis impares numeros consequenter recensere, tunc vnitas, ternarius, quinarius ꝛc. consequẽter se habent: quia inter ternarium, ꝛ quinariũ nullus mediat impar. Subnectit expositionem illius, qõ dixerat [existens post principiũ solũ] nã primus homo nõ consequenter se habet ad secundum, nec vnitas ad dualitatem, sed secundus homo ad primum: ꝛ dualitas ad vnitatẽ. Id cũ quod consequenter se habet, posterius est ad illud cui consequenter se habet. Neq; noua luna id est Calendę (quę prima dies est lunę) cõsequẽter se habet ad secundam: sed secunda ad primã se habet consequenter: sicut domus ad domum secundum locum. Consequenter se habens latine etiam dicitur, deinceps, iuxta illud Liuij lib. primo. Duo deinceps reges ciuitatẽ auxerũt, id est alter post alterum.

Contiguum autem est quòd cùm consequenter est, tangit. Quoniã autẽ omnis mutatio in oppositis est opposita autem sunt, & contraria, & quæ secundùm contradictionem sunt, cõtradictionis autem nihil est medium manifestum est, quòd in cõtrarijs erit id quod est inter. ¶Cõtinuũ quidem est. dico autem esse contiguum: cùm idem fiat & vnus, vtriusque terminus quibus tangunt, & vt significat nomẽ contineantur. Hoc autem esse nõ potest, si duo sint vltima. Textus. xxvj.

¶In tex. 26. exponit duos alios terminos puta, contiguum, ꝛ continuũ. Boetius pro, contiguũ, vertit habitum. Non tamen attingit intentionẽ Phi. Grece nanq; est, exomenon, quod significat ꝛ id quod habetur, ꝛ id quod alteri heret, quod est esse contiguũ. In qua significatiõe accipitur hic. Certisset autem significantius adhibitum, vt Themist. quod idem pollet, quod cõtiguum. Contiguum ergo est alteri id, quod cõsequenter se habet illi tangitq; illud. Quid autem sit tangere, iam supra exposuerat. vna sphera celestis se habet ad aliam. ¶Reuerti deinceps videtur ad explicandum, quare extrema, inter quę est mediũ, debeant esse quodammodo contraria: qõ tex. 22. insinuauerat. Dit enim, q cũ omnis motus sit inter duo opposita, oppositio vero extremorum mutationis [vt supra dictum est] aut ex contradictionis aut contrarietatis cõtradictionis autem nullum est medium: inter album eñ, et non album, non est dare medium [sicut neque inter esse album, ꝛ non esse album] colligitur vt nullum sit mediũ, nisi inter ea, quę quodãmodo sunt cõtraria. Quodãmodo inquã, quia non solũ inter albũ, ꝛ nigrum, sed inter duo etiã loca, ꝛ inter maiorẽ, ꝛ minorẽ quantitatẽ est medium. In numeris vero, ꝛ in speciebus substantię, quia perfectio horũ cõsistit in indiuisibili, sicut nõ est cõtrarietas sufficiẽs ad motũ ita neq; medium: qõ possit pertransiri per motũ. vt. q. 1. dictũ est. Inter est tñ media species, vt ternarius inter binariũ, ꝛ quaternariũ, ꝛ equus inter canẽ ꝛ hominem. ¶Cõtinum deniq;, inquit, est, quod

contiguſi quoddã eſt, id eſt, cõtiguo ratione proximum. Ea enim ſunt cõtinua, quorũ terminus vnus ⁊ idem eſt, in quo illa continẽantur. vt nomen, inquit, ſonat. Contineri enim, idem ſignificat, quod a ſe inuicem ſimul teneri. Quod eſſe, inquit, nõ poteſt, ſi ſint duo termini in actu. Exempli gratia. Duo ligna in actu ſunt, quę actu ſunt terminata ⁊ diuiſa: ⁊ per cõſequens habẽt duos terminos, puta duas ſuperficies diſtinctas: atq; adeo tunc ſunt contigua, cum ſuperficies illę extremę ſunt ſimul. vt tex. 22. exponebamus. Quę autem medietates eiuſdem ligni ſunt continuę, quia, vbi ſe tangunt, non habent duas ſuperficies in actu, ſed vna eſt vtriq; cõmunis.

Textus xxvij. Hoc autem determinato, manifeſtum eſt, q̃ in ijs eſt cõtinuum, ex quibus vnum quid aptum natura eſt fieri ſecundum contactum. & vt demum fit continuum, vnum, ſic & totum, vnum erit. vt aut clauo, aut glutine, aut tactu aut inſertu.

¶ Infert in hoc tex. 27. corolariũ, quo res lucidior ſit. Sequitur eñ, inquit, nõ ex quibuſcunq; poſſe fieri continuũ, ſed ex illis tantum, quę ſuapte natura apta ſunt fieri ſecundũ contactum. i. coniungi. vt cęlum, ⁊ ignis, licet ſint contigua fieri tamen continua non ſunt apta: ſicuti neque ignis, ⁊ aër. Et eo, inquit, modo, quo ex duobus fit vnum cõtinuum, fit ⁊ vnum totum. Vbi adnotandum eſt, vt ait hic Cõmen. triplicem eſſe continuationem. Alia enim eſt artificialis, vt duo ligna clauo, aut glutine: ⁊ duo lapides in pariete cęmento calcis ⁊ arenę continentur. i. ſimul tenentur. Et hęc, vt inquit, Them. non eſt propria continuatio. Niſi forſan tempore lõgo cęmentũ vertatur in lapidem: tunc enim ex duobus lapidibus fit vere vnus. vt in ponte apud Alcãtarã ego vidi: ⁊ ferrum ignitum arena cõſperſum forte vere continuatur alteri. Alia eſt continuatio naturalis, vt quando arbor arbori inſeritur. De quo eſt hic duplex [vt conũcio] exẽplum Ariſt. Fit enim inſertio, aut tactu, ⁊ appoſitione, quę latine dicitur, occultatio: aut inſitiõe. Ex his autem dubium eſt, an fiat vera continuatio, veluti caro oſſi per neruum continuatur. Tertia eſt cõtinuatio mathematica: vt partes lineę continuãtur puncto: partes vero ſuperficiei, linea: ⁊ partes vtiq; corporis, ſuperficie.

Continuatio triplex.

Textus xxviij. Manifeſtum autem eſt: & quod primum eſt id, quod conſequenter eſt. quod enim tangit, neceſſe eſt conſequenter eſſe. quod autem conſequenter eſt: non omne, tangere. ¶ Quapropter & in prioribus ratione: conſequẽter eſt, vt in numeris. tactus autem, non eſt. ¶ Et ſiquidem continuum eſt: neceſſe eſt tangere. Si vero tãgit, nondum continuum eſt. non enim neceſſe eſt vnum eſſe ipſorum extrema: ſi ſimul ſint. ſed ſi vnum ſunt, neceſſe eſt ſimul eſſe. Quare vltima conſitio, ſecundum generationem eſt. neceſſe eſt enim tangere, ſi conſita erunt extrema. Ea verò, quæ tangunt, non omnia conſita ſunt. In quibus autem non eſt tactus, manifeſtum eſt, quòd neq; eſt conſitio in his.

¶ Conſequenter in tex. 28. comparat prędictos inuicem terminos. Primo, conſequenter [inquit] ſe habere prius natura eſt, quã ſe tangere: conſequenter enim ſe habere ſolum dicit ordinem, licet interſit ſpatium, ⁊ diſtantia: tangere, vero ſua pra, conſequẽter ſe habere, addit, vt vltima ſine medio ſint ſimul. Quocirca omnia contigua conſequenter ſe habent: non tamen quęcunq; conſequenter ſe habent, contigua ſunt. ¶ Ex hoc infert, q̃ conſequenter ſe habere, quia vtilius eſt, ⁊ prius q̃ ſe tãgere, inuenitur in ijs, quę ſunt prio ra ſecundum rationem, vt puta, in numeris. Numeri enim conſequenter ſe habent, ſed nõ ſe tangunt. Tactus nanq; proprie conuenit quãtitati continuę. Ratio autem numeri eſt prior, q̃ ratio quantitatis continuę, quia eſt ſimplicior vt. 1. poſt. ſuper tex. 47. expoſuim⁹: quia numerus abſtrahit a continuitate. Quę quodammodo ſe habet vt materia intelligibilis, vt habetur. 7. meta. tex. 35. Quoniam cõtinuatio eſt condictio rerum materialium, ⁊ ideo in angelis reperitur numerus, non autẽ continuitas. ¶ Secundo cõparat contiguum ad continuum, dicens, q̃ quẽadmodum conſequenter ſe habere ſuperius eſt, q̃ ſe tangere, ita ⁊ ſe tangere, q̃ continuum eſſe. Quęcunq; enim continua, neceſſe eſt vt ſe tangant: non tamen quęcunq; ſe tangunt, continua eſſe poſſunt. Non enim quorcunq; ſe tangentium neceſſe eſt extrema eſſe vnum, ſed ſatis eſt extrema eſſe ſimul, vt patet in cęlo ⁊ igne, ⁊ in equo ⁊ ſella. At quorcunque extrema ſunt vnũ neceſſe eſt a fortiori vt ſint ſimul. Probat exemplo rami, qui arbori inſeritur. Vt enim coaleſcat ⁊ continuetur arbori, neceſſe eſt vt tangat arborem. Non tamen ſi tangat, ſtatim ſequitur, vt recipiat humorem, ⁊ coaleſcat, quia non quęcunq; arbor apta eſt cuiuis conſeri.

Quare ſi eſt punctũ, & vnitas, qualia dicunt ſeparata: non poſsibile eſt vnitatem, & punctum, eſſe idem, his enim ineſt tãgere: vnitatibus autem: eſſe conſequenter, & inter hęc quidẽ, contingit eſſe aliquid, omnis enim linea: inter puncta eſt. inter illas autem: non eſt neceſſe. nihil enim: eſt inter dualitatem, & vnitatem. Quid igitur eſt ſimul, & ſeparatim, & quid tangere, & quid inter, & quid conſequenter, & quid contiguum, & quid continuum, & quibus vnumquodque horum ineſt, dictum eſt.

Textus xxix.

Textus xxx.

¶ In tex: 8

¶In textu.29. elucidationis maioris gratia inſert corallariũ, q̃ ſi punctum, ⁊ vnitas res eſſent a corporibus ſeparatę (vt erat in opinione Pythagoricorum) punctum ⁊ vnitas non eſſet res eadẽ. Quod duplici ratione ex præcedentibus probat. ¶Primo quia his.ſ.punctis, contingit ſe tangere. Vt patet in duobus punctis extremis duarum linearum, quę ſibi eſſent contiguę: vnitatibus vero, licet contingat conſequenter ſe habere, nõ tamen ſe tangere. Ternarius enim in ratione numeri, vt abſtrahit ab hoc, ⁊ ab illo corpore, non tãgit binarium. ¶Secunda ratio eſt, q̃ inter duo puncta, (imo inter quęuis continuatiua) interce dit medium: pura linea. Inter vnitates autẽ non eſt neceſſe aliquod eſſe medium. vt patet inter vnitatem ⁊ binarium. In textu demum. 30. nihil aliud fit, q̃ dictorum epilogus. Sequitur ſtatim caput quartum.

¶DE VNITATE ET diuerſitate motus. CAP. IIII.

Textus. xx.

VNVS autem motus: dicitur multipliciter. vnum enim multipliciter dicim⁹. Genere igitur vnus eſt: ſecundum figuras prædicamenti. Loci enim mutatio: omni loci mutationi, genere vnus eſt. alteratio autem: à loci mutatione diuerſus genere eſt. Specie autem vnus eſt. cùm genere ſit vnus, & in indiuidua ſpecie, ſit. vt coloris quidem ſunt differentiæ. Igitur alius ſpecie: denigratio & dealbatio. omnis igitur dealbatio, omni dealbatio ni idẽ ſecũdũ ſpeciẽ erit. & oĩs denigratio, denigrationi. albedini autem, non ampliùs. Quapropter ſpecie vnus eſt. dealbatio, dealbationi omni. Si autem ſunt quædam, quæ & genera ſimul & ſpecies ſunt, manifeſtum eſt, q̃ ſpecie quodammodo vnus erit, ſimpliciter autem vnus ſpecie non. vt diſciplinatio: ſi ſcientia ſpecies quidem eſt exiſtimationis, genus autem ſcientiarum.

Textus. xxj.

¶Poſt definitiones terminorũ ſeptem, quę erãt pręcognitu neceſſarię, in cap. hoc. 4. (q̃ quindecim tex. habet) pergit exponere vnitatẽ ac diuerſitatẽ motus. Vnde in hoc tex. 31. diſtinguit motũ tripliciter eſſe vnũ, veluti res alias vniuerſas: nẽpe genere, ſpecie, ⁊ numero, vt. 5. meta. tex. 12. per ampliùs docet. Genere vnus eſt motus, qui eſt eiuſdem prædicamenti. vt motus omnis localis eſt vnus genere, quia ſpectat ad prædicamentum vbi: ⁊ motus omnis alterationis eſt itidem vnus ad prædicamentum pertinens qualitatis: ⁊ motus omnis augmentationis itidem vnus, q̃ pertinet ad prædicamentum quantitatis. Ac deniq; generatio vnũ eſt mutationis genus, quia omnis attinet ad prædicamentum ſubſtantię. Dictum enim eſt. 3. huius text. 4. q̃ omnis motus, materialiter ſumptus in eo eſt prædicamento, in quo eius terminus. ¶Specie autem ſimpliciter vnus ſunt motus, quicunque ſunt in eadem ſpecie indiuidua. i. quorum termini ſunt eiuſdẽ ſpeciei ſpecialiſſimę: nam motus a termino ſortitur ſpeciem. vt quia coloris multę ſunt ſpecies, omnes dealbationes ſunt eiuſdem ſpeciei: dealbatio vero alterius ſpeciei eſt, q̃ denigratio. ¶Subiungit autem, q̃ ſicut inter ſummũ genus, ⁊ infimam ſpeciem ſunt media quędam, quę ſunt genera ⁊ ſpecies ſubalternę, ita ⁊ motus contingit alĩ quando eſſe eiuſdem ſpeciei ſubalternę, licet non ſpecialiſſimę. vt omnis diſciplinatio, qua acquiritur aliqua ſciẽtia eſt eiuſdem ſpeciei ſubalternę: quamuis alterius ſpeciei ſpecialiſſimę ſit diſciplinatio Theologię, q̃ Medicinę, aut Dialecticę, aut Grammaticę.

Dubitabit aũt aliquis, ſi vnus ſpecie motus ſit: cùm ex eodem, idem in idem mutetur vt vnum punctum: ex hoc loco, in hunc locum iterum atq; iterum. Si autem hoc eſt: erit circulatio, rectæ lationi eadẽ, & volutio ambulationi. ¶An determinatum eſt, ſi id in quo eſt, alterum eſt ſpecie: q̃ diuerſus motus eſt? circulare autem: à recto alterum ſpecie eſt. Genere igitur & ſpecie motus vnus: ſic eſt.

Textus. xxxij.

Textus. xxxiij.

¶Mouet in text. 32. dubitationem quę ex dictis ſuboriri videtur: an videlicet omnes motus, qui ſunt ab eodem in eundem terminum ſint eiuſdẽ ſpeciei. Et arguitur p̃to parte affirmatiua. Motus ſortitur ſpeciẽ a termino ad quẽ: ſi ergo termini ſunt eiuſdem ſpeciei, motus ſunt eiuſdẽ ſpeciei. ¶2to parte vero negatiua eſt argumentũ, q̃ tunc ſequeretur motum rectum ac circularẽ eſſe eiuſdem ſpeciei: nam ab. a. ad. b. poteſt eſſe motus rectus per chordam, ⁊ circularis per arcũ. ¶Reſpondet in tex. 33. negatiue, ſcilicet, q̃ quando id in quo fit motus. i. ſpatium non eſt idem, nõ ſunt eiuſdem ſpeciei.

Simpliciter autem vnus motus eſt: qui ſubſtãtia vn⁹ & numero eſt. Quis autem huiuſmodi ſit: manifeſtum erit diuidentibus. tria enim ſunt numero, circa quæ dicimus motum vnum: quod & in quo, & quando dico autem quod: quoniam neceſſe eſt eſſe aliquod quod mouetur, vt hominem, aut aurum, & in aliquo hoc moueri: vt in loco,

Textus. xxxiiij.

vt in loco, aut in passione, & quando in tempore enim omne mouetur.

¶ In tex. 34. exponere aggreditur conditiões requisitas, vt motus sit vnus numero, qui solus dicetur simpliciter vnus: quoniam est vnus secundum substantiam. i. subsistentiam, quę propzie est in indiuiduo. Ad cuius euidentiam considerat tria esse in motu, puta subiectum quod mouetur ꝛ id, in quo mouetur, quod est, ꝛ termin⁹ ad quē (quem appellat passionem) ꝛ pręterea [si sit motus localis] spatium, seu linea, per quam mouetur: nam ex vtroq; (vt modo dicebamus) soztitur speciem: ꝛ tertio consideratur, quando scilicet tē pus, quod est mensura motus.

Tria i motu.

Textus. xxxv.

Horum autem, genere quidem aut specie esse vnum: est in re, in qua mouetur. Contiguum autem: erat in tempore. Simpliciter autem vnum esse, in omnibus his est, etenim in quo (spatium) est, vnū oportet esse, & indiuisibile, vt speciem. Et rursus ipsum quando: vt tempus vnū, & non intermittere. Et quod mouetur, vnum esse, non secūdum accidens. vt album nigrescere: & Coriscum ambulare. vnū autem est: & Coriscus & album, sed secūdum accidēs. neque cōmune. erit enim simul duos homines sanari secundum eandem sanationem, vt ophthalmiæ. sed non vnus hic est, sed specie vnus est.

¶ Consequenter in hoc text. 35. edocet opus esse ad vnitatem motus, vt horum vnumquodq; sit vnum atque idem numero. Adnotat veruntamen prius, q̄ tam id, in quo fit motus. s. terminus et spatium, q̄z subiectum, recipit distinctionem, q̄ potest esse vnum, aut genere, aut specie, tempus vero non est huiusmodi distinctionis capax: quia tempus totius mundi, est vnum numero. Et ideo ad vnitatem motus non requiritur, nisi q̄ tempus sit contiguum, et non interpoletur. Et forsan, contiguum, accipit pro continuo. Subdit ergo, q̄ vnitas motus cōsistit in vnitate horū triū, scilicet et eius, in quo fit motus, ꝛ temporis, et subiecti. Et primo subiectū debet (inquit) esse omnino vnum: non secundum accidens, neque vnum commune: sed vnum per se, ꝛ singulare. vt si Coriscus albus eodem simul tempore ambulet ꝛ nigrefiat, non erunt illi vnus motus: non solum quia locus, ꝛ nigredo non sunt idem terminus, sed quia neque est idem per se subiectum. Nam quamuis Coriscus ꝛ album eadem res sint, tamē de per se Coriscus non nigre fit sed album: neq; de per se albū ambulat, sed Coriscus. Rursus si eodem simul tempore Socrates et Callias ab eadem ęgritudine (puta ophthalmia) sanentur, licet tempus sit idem numero, non tamen est idē numero motus, propter defectum vnitatis subiecti: nam Socrates, ꝛ Callias, quanquam sint quodammodo idem subiectum commune (eo modo quo plures homines sunt in specie vnus homo) nō tamen sunt vnum numero. Et inde prouenit, vt neque termini sint vnum numero.

Socratem autem secundum eandē quidem alterationem alterari specie, in alio autem tempore & iterum in alio, siquidem cōtingit corruptum iterum vnū fieri numero: erit & hic motus vnus, si verò non: idem quidē erit, vnus autem non.

Tex xxxvj

¶ In tex. 36. mouet dubitationem vnam ex parte subiecti. Nēpe cum Socrates hodie sanatur ab ophthalmia, qua perdita, iterato cras eandem in specie sanitatē recuperat, vtrum idem est numero subiectum vtriusq;. Mox explicat rationē dubitandi. Si (inquit) contingit corruptum iterum vnum fieri numero, erit vnus simpliciter motus, si vero non idem numero redit, erit quidem idē motus. s. in specie, vnus autem simpliciter. s. numero non erit. Sunt qui hoc, quod est corruptū redire, referant ad terminum. s. sanitatem: inter quos est S. Tho. At vero. Themisti. refert ad subiectum. Quod verisimilius est: nam de termino statim mouet simile dubitationem. Et quātum existimo, quia dixerat ad vnitatē motus requiri vnitatē subiecti per se ꝛ singulariter: subijcit dubitationem ex opinione antiquorum, puta Heraclti, ꝛ Cratyli, quos. 4. met. tex. 22. opinatos esse (inquit) omnia esse in continuo motu: ꝛ per consequens Socratem, qui modo sanatur, ꝛ qui hinc ad horam sanatur, non esse eundem, sed iā priorē esse corruptum, ꝛ alterum succedere.

Habet autem dubitationē huic simile m: & vtrùm vna sanitas, & omnino habitus, & passiones subst̄ātia sint in corporibus? moueri nanque videntur habentia, & fluere. Siigitur eandē & vna sit manè & nunc sanitas: cur nō etiam cùm intermissam acceperit iterum sanitatem, & hæc & illa vna numero erit? ā dubęrroē termini adquem.

Textus. xxxvij.

¶ Subijcit in text. 37. dubitationem superiori similem ex parte termini, an videlicet vna eadēq; numero sanitas duret per tempus in homine sano. Similiter eñ arguerēt illi philosophi nō esse eandem sanitatem sero, quę erat mane: q̄z omnia sunt in cōtinuo fluxu. Q̄ō si quis dixerit cōtra eā dem esse sanitatem (vt est in rei veritate) tunc sequitur. Q̄idetur, q̄ si meridie interrumpatur sanitas, ꝛ sero rursus recuperatur, eadem erit sanitas numero: ꝛ per consequens idem erit numero motus, quo quis mane sanatur: ꝛ quo intercisa sanitate, iterum sero sanatur.

Eadem enim ratio est. verum tantum interest, q̄ si duo idem hoc sunt: sicut numero vnus, & habitus esse necesse est: vnus enim numero actus: vnus numero est. Si verò habitus vnus est: fortasis alicui nō videbitur vnus & actus esse, cùm enim cessauerit ambulans

Textus. xxxviij.

bulans,nõ amplius est ambulatio. rursus autẽ ambulãte: erit. Si igitur vnus & idem est: continget vnum & idem & corrumpi & esse sæpe. Hę igitur dubitationes: extra præsentem sunt considerationem.

Textus. xxxviij.

¶ Ex duabus propositis dubitationibus, primã, quę est ex parte subiecti, non curat hic soluere. Non enim est hic locus disputãdi, an omnia sint in continuo fluxu: sed hac reiecta opinione, supponit eundem esse Socratem sero, qui fuit mane ꝛ eundem fore cras, qui fuit heri. vt. 4. meta. decernit. ¶ Ad secundam vero dubitationem, quando terminus interciditur, respondet, ꝙ quanuis eadem sit aliquo modo ratio de vnitate motus, ꝛ de vnitate habitus (.s. formę vel loci, qui est terminus ad quẽ) interest tñ inter motũ, ꝛ talẽ terminum, ꝙ ab vnitate motus ad vnitatem termini valet consequentia: non tamen conuertitur vt valeat ab vnitate termini ad vnitatem motus. Et hoc est, quod ait, ꝙ si duo (.s. motus illi, quo quis sanatur mane ꝛ sanatur sero) idem hoc sunt, sicut numero vnus. i. si sunt idẽ numero motus, consequitur, vt ꝛ habitus. s. forma acquisita, sit etiam vna: quia vnitas motus vnitatẽ infert termini. Quocirca sit eadem si continua sanatio nõ interrupta per totum diem, sicut erit vna numero sanatio, ita erit vna numero sanitas: si vero interrumpatur, sicut erunt duę sanitates, ita ꝛ duo sanationis motus. Subdit autem, ꝙ non conuertitur, vt vnitas habitus. s. termini, inferat vnitatem ~~motus~~. Quod ꝓbat in motu locali. Si eñ quis moueatur ad locum, a. ꝛ cessante motu alia hora rursus moueatur ad eũdem locum, idẽ erit numero subiectum ꝛ terminus, non tamen erit idem numero motus: quia deficit vnitas temporis. Ait vero [fortassis non videbitur. ꝛc.] non qꝛ dubitet, sed quia ille est sibi peculiaris modus loquendi. ꝓbat ergo, ꝙ secundus non erit idem motus numero cum primo: alias [inquit] idẽ corruptum numero rediret: nam motus prior, vbi cessauerat, corruptus est. ¶ Potest aliter exemplũ designari. vt si cum quis moueatur ad. a. locũ, tantisper pausetur in via, ꝛ iterum progrediatur, licet tunc idem sit terminus principaliter intentus, tamen non est idem motus propter interruptionem. Ob idꝙ sunt duo termini. s. ille, vbi fit pausa, ꝛ deinde postremus.

Textus. xxxix.

Quoniam autem continuus omnis motus est: & simpliciter quidem vnũ & continuum esse necesse est, si omnis quidem diuisibilis est, & si continuus: vnus. non enim fiet omnis, continuus omni: sicut neque aliud vllum cuiuis quoduis, sed quorum vnũ sunt vltima, vltima autem: aliquorum quidem nõ sunt, aliquorum autem sunt, sed specie differẽtia & æquiuoca. quomodo nanq; tanget, aut vnum fiet: vltimum lineæ & ambulationis?

¶ In reliquis his septem textibus perseuerat dilucidius explicare, quemadmodum ad vnitatem motus exigitur, vt trium vnũquodꝙ prędictorũ sit simpliciter vnũ. Atqui syllogismus in virtute est hic. Idem est motũ esse vnũ, ꝛ esse continuũ: sed ad continuitatẽ motus necessaria est, ꝛ subiecti, ꝛ tẽporis, ꝛ termini vnitas: ergo eadẽ est necessaria ad motus vnitatẽ. Maiorẽ ꝓbat, annuẽdo ad multiplicẽ acceptionẽ vnius. Dupliciter eñ aliquid est vnũ: aut qꝛ non est diuisibile in plura. vt angelus: aut qꝛ est vnũ continuum: motus autem non est vnus primo modo, cum sit diuisibilis: est ergo vnus secundo modo. Et hoc est, qõ cõcludit, dicens (si continuus, vnus) qõ est dicere. Idem est motũ vnum esse, qõ continuũ esse. Hoc supposito, subdit quid requiratur, vt motus sit continuus. Ait ergo, ꝙ cũ cõtinua sint, quorũ vltima, sunt vnũ, duplici de causa duę res continuę esse non possunt: nẽpe aut qꝛ non habent vltima, vt duo angeli: aut quia licet habeant vltima, sunt tamẽ specie differẽtia, ꝛ diuersarũ rationũ. Et linea, ꝛ ambulatio non possunt esse continua, quia sunt diuersorum generum: sicut neꝙ qualitas ꝛ relatio, aut relatio ꝛ quantitas.

duabus de causis aliq; possunt esse vnum.

Contigui igitur erunt: & qui neq; idem specie, neque idem genere sunt. Postq̃ enim cucurrit aliquis, statim febricitare potest, & veluti lampas ex successione: loci mutatio est cõtigua cõtinua autẽ, non. Ponit eñ cõtinuũ, quorum vltima vnum sunt. Quare cõtigui & consequenter sunt: quia tempus continuum est. Continuum autẽ est: quia motus continui sunt. hoc autẽ est, cùm vnũ vltimũ fuerit amborũ.

Tex. xl.

¶ Subiicit in text. 40. exempla: dicens, ꝙ motus specie differentes contigui esse possunt, seu cohęrentes, ꝛ adhibiti alter alteri: continui vero, minime. vt cum quis velociter cucurrit, potest consequenter febricitare: nunq̃ tamen erunt motus continui: quia non potest idem terminus vtriꝙ esse communis. Et pariter cum lampas ex successione mouetur. Exemplum hoc Themist. ait alludere ad cerealia, quę erant Cereris sacra. vbi lampadem accensam vnusquisque proximo tradebat in circulum. Et quia in illo puncto, quo quis ab alio accipiebat, fieri nequibat, quominus tantisper cessaret motus lãpadis, ait, ꝙ lationes illę nõ faciebãt vnũ cõtinuũ motũ. Alij referunt ad illã impressionẽ meteorologicã, quę dicitur lãcea cadẽs, vbi flãma nõ cadit cõtinua, sed interpolatim inflãmando grossiores partes exhalationis. At reuera neuter istorũ vt esse sensus exẽpli. Tũ, qꝛ Arist. intẽdit exemplũ ponere in motibus diuersarũ specierũ: tũ etiã, qꝛ isti motus, nec cõtinui sunt, nec cõtigui: siquidẽ interpolantur. S. Tho. intelligit de motu olei sursum per lychnũ, quo nutritur flãma lapidis, qui est contiguus flãmę lãpadis. Forsan (nisi fallor) significanti? intelligeret exẽplũ de motu locali cõfricatiõis duorũ lapidum, quo accenditur flãma: aut de percussione silicis, qua accendit ignis: tunc eñ motꝰ localis est contiguus inflammationi, non tamen continuus.

tinuus. Dicuntur autē contigui [vt subdit ℣h.] quia tempus, quo alter succedit alteri, non interpolatur, sed est continuum: quippe cum in eodē instanti, quo vnus desinit esse, alter incipit. Non tamen sunt continui: quia cum differant specie, non continuantur per vnum terminum communem.

Tex. xlj. Quapropter necesse est: eundē specie esse, & vnius, & in vno tempore, simpliciter continuum motū & vnū. Tempore quidem: vt non immobilitas intersit, in intermittente eā, quiescere necesse est. Multi igitur, & non vnus motus est: inter quos quies est. Quare si aliquis motus statu intercipitur: neque vnus est, neque continuus, intercipitur autem: si in medio tēpus est. Eius verò, qui specie non vnus est: non, & si non inrermittitur tempus: tempus enim: vnum est, specie autem motus alius est. Motum enim vnum: necesse est & specie vnum esse. hunc autem simpliciter vnum esse: non est necesse. Quis igitur motus simpliciter vnus est: dictum est.

¶ Concludit ergo tex. 41. trium vnitates requisitas esse ad continuitatem, atq; adeo ad vnitatem motus. ℣Primo enim requiritur vnitas termini, & spatij specifica: alias motus non erūt eiusdem speciei: & per consequens nec poterunt esse continui. Secundo vnitas subiecti. Et tertio vnitas temporis. Temporis, vt non immobilitas, id est, quies intersit. Dum motus enim quiete interrūpitur, non est continuus: & per consequens neq; vnus. Quod autem requiratur vnitas speciei in terminis & partibus motus, patet: quia si motus differant specie, licet vno tempore continuo fiāt, ita vt eodem instanti, quo vnus desinit, alter incipiat, non erit motus vnus. ¶ Et inde concludit, q; si motus est vnus numero, necesse est vt sint omnes partes eiusdem speciei, non tamen econtrario si motus est eiusdē speciei alteri, erit proinde idem numero. ¶ Quod si interroges cur nō dixit requisitam esse vnitatem termini numero, sed specie, postquam requiritur vt terminus sit vnus numero. Respondetur q; si termini, seu partes motus [quod idem est] sunt eiusdem speciei, erunt etiam idem numero si motus non interrūpatur. Et ideo si vnitas temporis, & vnitas specifica termini concurrant, terminus erit vnus numero. De vnitate subiecti iam supra dixerat.

Textus. xlij. Amplius autem dicitur vnus & perfectus siue secundùm genus, siue secūdùm speciem, siue secundùm substantiam sit: sicut & in alijs perfectum & totum ipsius vnius est, est autem quādo, & si imperfectus sit vnus dicitur: si solùm sit continuus.

¶ Constituto iam in quo consistat ratio vnitatis motus vt simpliciter & absolute dicat vnus, subijcit duos alios modos, quibus motus dicitur vnus. Qui, vt probe adnotat S. Thom. potius exprimunt quandam formam vnitatis, q̄ vnitatem. Ait ergo, q̄ vnum alio modo idem est, quod perfectum: eo q̄ vnum idem est, qō totum (idem eñ est plures partes facere vnū, qō faceret totū) totum autem idē est, qō perfectum, cui nihil deest. Ac proinde, vt perfectū recipit magis & minus, ita & vnū. Siue secundū (inquit) genus, siue secūdum speciē, siue secundū substantiā. i. numerum. Exēpla Cōmentatoris sunt. Vt inter motus, localis est genus perfectius, atq; adeo ille est magis vnus, q̄ alij motus. In hoc vero genere, circularis est perfectior species, q̄ motus rectus. Sed in hac specie, motus cęli est præcipuum indiuiduum. Et hoc dicit, contingit in motibus, sicut in rebus cęteris. Homo eñ vno modo dicitur vnus, quia perfectus est omnibus suis membris: & pariter domus est vna, quia est absoluta & consummata: nihilominus tñ vn⁹ homo, licet sit mācus, aut oculis orbus, propter continuitatē partium. Eodem modo in motu vnitas, quę prouenit ex cōtinuitate motus, sufficit, vt dicatur simpliciter vnus: nihilominus tamen qui perfectior est, magis vnus est. Huius rationem affert Themist. quia propius accedit ad finem: & vnitas motus sumitur a fine. Imperfectum autem videtur habere rationem partis: partes vero ad pluralitatem vergunt.

Ampliùs autē, aliter præter dictos, dicitur motus vnus, regularis: irregularis enim: est quidem vt nō videatur vnus, sed magis regularis vt rectus. irregularis eñ: diuisibilis est. Videtur autem differre: sicut magis & minus. est autem in omni motu: quod regulariter est, aut non. Etenim alterabitur regulariter: & feretur super regulare, vt circulū, aut rectam. & circa augmētationem similiter, & diminutionem.

Textus. xliij.

¶ In tex. 43. subsequitur secūdus modus, quo primus ampliùs dilucidat. Ait enim tertio mō dici motū vnū, eo q̄ est regularis. Irregularis. n. etsi sit vnus rōne cōtinuitatis, non tñ est vnus tanq̄ indiuisibilis. Etenim vt inter substātias vno mō dicit substātia vna, qz est vnū continuū, & alio mō, qz est indiuisibilis, vt angelus [& hęc est maior vnitas] ita motus irregularis nō est tā vnus, eo q̄ est diuisibilis in partes diformes diuersarū velocitatū: regularis aūt est magis vnus, ppter æqualitatē & vniformitatē partiū. Ait regularis, & irregularis dī vnus secūdū magis & minus. Subijcit exēpla motus regularis in omni specie motus. Contingit enim aliquid regulariter alterari: & item ferri localiter super spatiū regulare secūdū lineā, vel circularē, vel rectā. Et qñ spatium est vniforme, si virtus motiua perseueret æqualis, motus erit vniformis. Ob idq; motus primi mobilis, vt est omnium regularissim⁹, est & maxime vn⁹. Atq; adeo, vt indiuisibilis vnitas ē regula, & mensura

mensura aliorum motuum.

Textus. xliiij.

Irregularitatis autem differentia est aliquando quidem, in quo mouetur: impossibile est enim regulare esse motū: nō super regulari magnitudine vt motꝰ reflexæ, aut spirę aut alius magnitudinis, quorum quæuis ad quauis partem minime acōmodatur. aliquando autem: neque in vbi neque in quādo, neq; in eo ad quod, sed in ipso modo. velocitate enim. & tarditate, aliquando determinatur. cuius enim eadem est velocitas, regularis est. cuius autem non irregularis. ¶ Quapropter neque species motus, neque differentiæ sunt: velocitas & tarditas. quia omnes sequuntur differentes secundùm speciem. ¶ Quare, neque grauitas, neque leuitas, quæ ad idem est, vt terræ, ad seipsam: aut ignis, ad seipsum.

¶ Subsequenter tex. 44. duas reddit causas difformitatis in motu, primam ex parte spatij, & alterā ipsius mobilis. Vbi adnotandum est, q̄ difformitas spatij duplex est, quę causa esse potest difformitatis motus. ¶ Prima ex difformitate resistentię. vt quia est difformiter grossum & subtile per partes. n. subtiliores velocius mobile mouetur, quam per eas, quę magis sunt crassę. De qua hic Ph. non meminit, sed tanquam per se notam prętermittit. Alia est difformitas figurę. ¶ Vbi secundo notandum est, q̄ linea, aut per secte circularis, aut per secte recta est vni formis propterea q̄ singulę partes, & inter se, & cum toto sunt eiusdem rationis. Lineę vero aliter quomodocūque variatę, & scilicet aut reflexę causantes angulos, aut orbiculares ad modum serpentis (quę latine dicunt spire) sunt difformes, propterea, q̄ pars ad partem minime acommodatur: quia. s. nec partes primę figurę procedunt omnes in rectum, vt incipiunt: nec partes secundę procedūt perfecte in circulū. Vndę quod moueretur per primam lineam, nec perfecte ascenderet, nec esset motus compositus ex ascensu & descensu: & quod moueretur per secūdam, non moueretur perfecte circulariter. Secundo modo (inquit) contingit irregularitas in motu, neque in vbi: neque in quando, neque in eo ad quod idest neque ratione loci, si est localis, neque ratione temporis: quia tempus cum sit vnū & innariabile, nō potest esse difforme: neq; ratione termini, puta, qualitatis, aut quantitatis, quę acquiritur. Boëtius vertit (inquo) & propter ea S. Tho. dicit referri posse ad subiectum: idest neque ratione subiecti. Sed tamen hręce non est, nisi, eis o. s. in quod, quod dicit terminum. Et præsertim quia hic non intendit Ph. excludere irregularitem, quę est ex parte subiecti, vt quam primum patebit. Sed ast difformitatem contingere in ipso modo. s. ipsius motus quia. s. non est vniformis velocitate & tarditate secundum omnes partes. vt descensus naturalis lapidis, licet per idē medium descendat, velocior est in fine, q̄ in principio: motus vero violentus ecōtrario est velocior est in principio, quā in fine. Quę quidem diuersitas quodammodo est ex parte subiecti: idcirco q̄ in naturali, impetus intenditur, & in violento, remittitur. Ob idque, vt comentator hic admonet, quatuor de causis difformitas velocitatis tarditatisque motus vsu venire potest. s. ratione spatij difformiter resistentis: & aut ratione motoris, sicut in motibus liberis: vt cum tonsor rotam, vt vult, circum mouet: aut ratione termini ad quem vt qualitas spiritualis velocius producit, quam corporalis, & calor velocius, quam frigus: aut ratione virtutis intrinsicę ipsius mobilis, vt gra uius velocius descenderet (etiam per vacum) quam leuius. Sed hic modus ad secundum reducitur. ¶ Infert tandem ex dictis duo corollaria. Primum est, quod velocitas, & tarditas non sunt duę differentię idest species essentiales motus. Probatur. Differentię essenciales non possunt eidem speciei simul conuenire (vt homo non est simul rationalis & irracionalis) sed velocitas & tarditas cuicunque speciei motus conueniunt (scilicet alterationi, motui locali, tam circulari, quam recto) ergo non sunt species essentiales, sed accidencia potius motibus omnibus communia. ¶ Secundum corollarium. Neque grauitas & leuitas idem sunt quod tarditas & velocitas: ratio est hęc. Grauitas non conuenit nisi motui deorsum, vt cum pars terrę mouetur ad ipsam. s. ad totum elementum: leuitas vero non conuenit nisi motui sursum, vt cum pars ignis mouetur ad ipsum scilicet ad elementum ignis: velocitas vero & tarditas sunt accidentia vtrique communia. Etenim tam motus deorsum, quā motus sursum potest esse & velox & tardus.

Quatuor causę velocitatis.

corolaria duo.

respectu motus.

m ℣ coroLm. Vult Arist. quod nec grauis leuius secundum maioris sunt differentiæ specif

Vnus igitur irregularis est: qua est continuus. minus autem: quod reflexa accidit lationi. Id autem quod est minus: commistio semper contrarij: est. ¶ Si autem omnem, vnum, cōtingit & regulare esse & nō, nō erunt, & ipsi qui non secūdum speciem cōtigui sunt, vnus & continuus. Quomodo enim erit regularis: motus ex alteratione compositus, & loci mutatione? oporteret enim acommodari.

Textus. xlv.

¶ Colligit ergo ex superioribus duas conclusiones. Prima est q̄, motus vno modo dicitur, vnus quia est continuus, etiam si sit irregularis, est tamen ille minus vnus, quā ille, qui est regularis. Quemadmodum ille, qui est per lineam reflexam vt supra dictum est. Etenim vt linea nō recta, sed angulos constituens, quodā modo videtur ab vnitate declinare in pluritatē ab eo q̄ vbi facit angulum videtur quodāmodo frangi, ita & motus, qui per illā fit, minus est vnus, & hoc est qō subdit. s. q̄ si minus est vnus, habet aliquid ad mixtum contrarij, puta, pluralitatis. Quanuis si in angu-

lis nō

lis non quiescat mobile, simpliciter est vnus motus. vt q. 3. adnotauimus. ¶Secunda conclusio est quam supra intenderat. s. q duo motus differentes specie. non possunt esse vnus, & continuus cuius ratio est hęc. Omnis motus, qui est simpliciter vn⁹, potest esse & regularis, & irregularis: sed aggregatum ex motibus diuersarum specierum, nec regulare esse potest, nec irregulare: ergo nec potest esse vnus.

DE CONTRARIETATE motus. CAPVT. V.

Textus. xlvj.

AMPLIVS autem determinãdum est: qualis motus est cõtrarius motui. & de quiete autem eodem modo. Diuidendum est autem primò: vtrum contrarius motus sit qui est ex eodem ei qui est in idẽ. vt qui est ex sanitate ei qui est in sanitatem. vt & generatio & corruptio videtur. Aut qui est ex cõtrarijs. vt qui est ex sanitate: ei qui est ex agritudine. Aut qui est in cõtraria. vt qui est in sanitatem: ei qui est in ægritudinem. Aut qui est ex contrario. ei qui est in contrarium. vt qui est ex sanitate: ei qui est in ægritudinem. Aut qui est ex contrario in contrariũ: ei qui est ex contrario in contrarium. vt qui est ex sanitate in ægritudinem. ei qui est ex ægritudine in sanitatem. necesse est. n. aut vnum aliquem horũ esse modorum, aut plures, non enim est aliter opponere.

¶Vnus modus diuersitatis (vt habetur. 10. meta. tex. 13.) est contrarietas. & ideo post sermonem de diuersitate motuum, congrue subsequitur de eorum contrarietate dicere. In hoc ergo capite quinto (quod septem continet tex.) agit ℙh. de contrarietate motuum, & in sequenti de contrarietate quietum. Initium dicendi sumit in hoc tex. 46. ex quinque modis & rationibus, quibus potest contrarietas motuũ describi: vt tribus eorum reiectis, duos amplectatur. Etenim cum cõtrarietas motus definiri nequeat, nisi ex habitudine terminorum, quinq; possunt fieri eorum cõbinationes. Aut enim contrarij motus definiuntur respectu eiusdem termini, vt terminus, ex quo vnus procedit, sit ille, in quem alter tendit. vt motui, qui est a sanitate, contrarius sit ille qui est ad sanitatem. Quemadmodum generatio cõtraria esse videtur corruptioni, corruptio enim est ab eo, quod est esse, generatio vero ad id quod esse. Aut definiuntur respectu contrariorum tertiorum exquibus. vt motus qui est ex sanitate, contrarius sit ei: qui est ex ęgritudine. Aut respectu contrariorum terminorum ad quos. vt motui qui est in sanitatem, is contrarius sit, qui est in ęgritudinẽ. Aut per hoc, q terminus a quo vnius, contrarius sit termino ad quem alterius vt ille qui est ex sanitate, sit contrarius illi, qui est in ęgritudinem. Aut denicq; quinto definiuntur respectu amborum terminorum, qui sint vtriusq; contraria vt ille, qui est ex sanitate in ęgritudinẽ illi sit cõtrarius, qui est ex ęgritudine in sanitatem. Necesse enim est, in quit, aliquo istorum modorum definiri motus contrarios: quia esse non potest alia terminorum consideratio.

Est autem, qui ex contrario: ei qui est in contrarium, non contrarius. vt qui ex sanitate: ei qui est in ægritudinem. idem enim, & vnus est. esse tamẽ non idem est ipsis. sicut non idem est ex sanitate mutari, & in ægritudinem.

Textus. xlvij.

¶Excludit ~~tres~~ duos horum modos, veluti ad definiẽdum motuũ contrarietatem ineptos. Atque primo quartum, in quo nihil est penitus apparẽtię. Motus enim, quorum terminus a quo vnius, & terminus adquem alterius, sunt contrarij, vnus idemque realiter motus sunt: tantum abest, vt sint contrarij: sed sola ratione differunt. vt motus qui est ex sanitate, idem est prorsus, qui est in ęgritudinem: vt enim supra dictum est, motus omnis est a contrario in contrarium sed sola ratione differunt. quia est corruptio vnius & generatio alterius.

Textus. xlviij.

Neque qui est ex contrario: ei qui est ex contrario. simul enim accidit: ex contrario, & in contrarium, aut in medium. verum de hoc quidem posteriùs dicemus. ¶Sed magis, in contrarium mutari, videbitur causa esse cõtrarietatis: quam ex contrario. hic enim, demutatio à contrarietate: ille verò, acceptio. ¶Atque dicitur vnusquisque, eo in quod mutatur magis: quam eo ex quo. vt sanatio, qui in sanitatem. ægrotatio autem: qui in ęgritudinem. ¶Relinquitur igitur: qui est in contraria: & qui ad contraria ex cõtrarijs: forsitan igitur accidit, eos qui in contraria, & ex contrarijs, esse. sed ipsum esse: fortè non idem: dico autẽ qui est in sanitatem, ei qui est ex ęgritudine: & qui ex sanitate, ei qui est in ægritudinem.

¶In tex. de inceps. 48. excludit secundum, modũ

tribus rationibus. Prima est. Motus, qui a contrarijs terminis proficiscunt, tendunt non nusquam in eudem terminu ad quem: nam motus ex albo, non semper terminatur in nigrum, sed in medio colore colocatum, puta, in rubeum: & pariter motus, qui est ex nigro, potest terminari in rubeum. Motus autem, qui sunt ad eandem formam, no vident esse contrarij. Transmittit tamen ex actam huius examinationem vsq; ad textu. 52. ¶ Secunda ratio est hęc. Contrarietas motus penes illos terminos potius, qui acquiruntur, pensanda est, q; penes eos, qui perduntur, & deseruntur (nam forma quę non est, non dat esse rei, sed forma, quę est) termini vero a quibus deperduntur, & termini ad quos acquiruntur: ergo. ¶ Tertia fere est eadem. Penes eos terminos accipienda est contrarietas motuu, a quibus motus sumit speciem: & nomen: sed (vt tex. 4. Ph. prefatus est) a termino ad quem motus denominat (est enim sanatio motus ad sanitatem) ergo a terminis, ad quos sumit cotrarietas motuu. ¶ His duobus modis exclusis, relinquitur (inquit) aut ille modus, qui est in contraria (puta tertius) aut ille, qui est ex contrarijs in contraria, scilicet quintus. Primus namq; qui sumitur solum per respectu ad vnum terminu, pretermittitur. modo vsq; ad tex. 51. Subdit autem, q; hi forsitan duo modi, puta tertius, & quintus, idem re sunt: nam omnes motus, qui sunt inter terminos contrarios, sunt etiam ex contrarijs. Omnis enim motus in sanitatem est ex egritudine. Secus est de mutatione, vt statim videbitur. Et ideo dixit, forsitan, qz arguendo procedit. Differunt autem ratione, vt dictum est, quia sanatio est generatio sanitatis, & corruptio egritudinis.

Textus. xlix

Quoniam autem differt mutatio, a motu (quæ enim est ex quodam subiecto in quoddã subiectum mutatio: est motus (qui est ex contrario in contrarium, ei qui ex contrario est in contrarium, motus contrarius est. vt qui est ex sanitate, in ægritudinem: ei qui est ex ægritudine, in sanitatem.

His velut fundamẽtis prejactis, ad rem in hoc ter. 49. descendens, diuisinguit aliter esse censendã contrarietatem motuu, & aliter mutationu. Pulcherrimu. n. ordinem philosophi speculanti continuo apparebit nihil superflue dixisse. Cum ergo distinxerit tex. 7. inter mutationem & motu, q; illa sit inter terminum affirmatu & negatu contradictorios, hic vero inter duos positiuos contrarios, infert modo contrarietatem motuu censendã esse ex parte vtriusq; termini. vt motus, qui est ex contrario in contrarium, contrarius fit ei, qui ecouerso habet terminos contrarios. vt motus ex sanitate in egritudinem contrarius sit ei, qui est ex egritudine in sanitatem.

Text°. l.

Manifestum est autem, & ex inductione: qualia videntur contraria esse. ægrotare enim, ipsi sanari: & discere: ipsi decipi non per se ipsum. in contraria enim: vt enim scientiam, sic & deceptionem: est & per seipsum consequi, & per aliud. Et ea quæ sursum latio: ei quæ est deorsum. contraria enim hæc sunt: in longitudine. Et quę à dextra: ei quæ est ad sinistrã. contraria em̃ hęc sunt: in latitudinem. Et quæ in ante: ei quæ in retro. contraria enim hæc sunt: in profunditate.

¶ Probat in textu. 50. prefatã sentẽtiam inductione. vt egrotatio eo est contrarius motus sanationi, q; terminus a quo vnius, est contrarius termino a quo alterius: & terminus ad quem, termino ad quem. Cõuertunt enim termini. Et pari ratione discere, cõtrariũ est huic, qõ est decipi. Vbi notandum est, q; scientia fit, aut per studium sine doctore, & hęc dicitur inuentio: aut accipitur a doctore: & hęc dicitur disciplina. Et pariter error, siue ignorantia, aut fit ab intrinseco per amissionẽ scientię, & hęc dicit obliuio, quę contrariat inuentioni: aut fit ab alio, hęc dicit deceptio, quę cõtraria est disciplinę. Et hoc est, qõ ait, discere, contrarium esse ipsi decipi, nõ per se ipsum, sed per aliũ. Simili modo ascensus localis cõtrarius est descẽsui, qz huiusmodi termini sunt contrarij scom dimensionẽ, quę est longitudo: & motus a dextra ad sinistrã, est contrarius motui a sinistra ad dextrã secũdum latitudinem: & motus ab ante ad retro, contrariat illi secundũ profunditatem, qui est a retro ad ante. Accipiunt namq; dimensiones istę & contrarietates respectu hominis: cuius longitudo sumitur a capite ad pedes, latitudo vero, a dextra ad sinistram, & profunditas a pectore ad dorsum.

Quæ autem est in contrarium solũ: non est motus. sed mutatio, vt fieri album: non ex aliquo. Quibus autem nõ est contrarium. mutatio, quæ est ex ipso, ei quę est in ipsum, contraria est. Quapropter generatio corruptioni cõtraria est: & abiectio acceptioni. hę autem, mutationes quidem sunt, motus autem, non.

Text. lj.

¶ Subsequenter in tex. 51. subdit differẽtiam mutationis a motu, dicẽs. Quod in his q; simpliciter sunt cõtraria (vt sunt qualitates) generatio scom quid contrariat alteri generationi solũ ratõe terminorum ad quos iuxta tertiũ modũ supra positum: qz termini a quibus nõ sunt positiui, sed negatiui, vt gnatio albi, ex nõ albo, cõtrariat generationi nigri ex nõ nigro, ratione albedinis & nigredinis: qz nõ album & nõ nigrum nihil dicunt positiuum. In his autem (inquit) quę proprię non habent contrarium (quales sunt substantię) cõtrarietas sumit iuxta primum modũ respectu eiusdem termini, qui est terminus a quo vnius mutatiõis, & terminus a quo alterius. vt corruptio aeris cõtrariatur generatiõi eiusdem: qz corruptio est peditio ipsius esse, generatio vero, eiusdẽ acquisitio. Terminus enim ad quem corruptionis, nõ exprimitur positiue, sicut nec terminus a quo generationis. His autem mutationes (inquit) sunt: non autem motus.

Scientia fit dupl

Error seu ignorãt

disciplina et de

contraria inter se

ad modum inuenti

eius.

Text.lij. Qui autem ad medium motus sunt, quibuscunq; contrariorum aliquid est medium: tanquã in contraria quodam modo ponendi sunt. Nam vt cõtrario vtitur medio ipse mot⁹: ad vtrauis fiat mutatio. vt ex fusco quidem, in albũ: tanquam ex nigro. & ex albo, infuscũ: tanquam in nigrum. ex nigro autem, in fuscum: tanquam in album. fuscum enim. medium ad vtrunq; dicitur quo dammodo extremorum, sicut dictum est priùs. Motus igitur motui contrarius est sic: qui ex contrario in contrariũ est, ei qui ex contrario in cõtrariũ.

¶ Post contrarietatem motuũ, qui sunt inter terminos extreme cõtrarios, determinat in hoc tex. 52. de cõtrarietate motuũ, qui sunt ab vno contrario ad mediũ, aut econuerso. Alit enim motus huiusmodi cõsiderandos esse secũdum eorum rationem, qui sunt ab vno cõtrario in aliud cõtrarium extremum, vt sicut motus ab albo in nigrum contrarius est ei, qui est a nigro in album: ita ⁊ mot⁹ ab albo in rubeum contrarius est ei, qui est a rubeo in album: nam fuscũ est quodãmodo nigrum, atq; adeo contrarium quodammodo albo. Dixit [quibuscũq; cõtrariorum aliquid est mediũ] Nam sunt aliqua extrema, quorũ non est mediũ. vt sanitas ⁊ egritudo: ⁊ non aer, ⁊ aer. ¶ Hoc quidẽ exẽplum de albo ⁊ rubeo manifestũ est, sed restat dubium, Vtrum motũ ab albo in rubeũ, et motum a nigro in rubeũ intelligat hic Ph. esse contrarios: nam posset quispiam credere partem negatiuam, propter primam rationem, quã supra tex. 48. facere. Vbi arguebat contrarietatem motuum nõ attendi penes terminos a quibus, eo ꝙ nonnunquã tendũt in eundem terminum. s. medium. Respõdetur nihilominus non solũ hic intelligere. Aristo. motum ab albo in rubeum contrariũ esse illi, qui est a rubeo in album, sed illi etiã, qui est nigro in rubeum. Et hoc est, qõ ait, motum, qui est a cõtrario in medium, accipiendum esse, ac si sit a contrario in contrarium, nam medium est contrariũ vtriusq; extremi. vult. n. dicere, ꝙ sicut totus motus, qui est ab albo in nigrum transiens per rubeũ cõtrarius est toti, qui est a nigro transiẽs per rubeũ in album, ita ⁊ quelibet pars vnius (vt ab albo ad rubeum) contrariat cuilibet alteri⁹. vt a nigro in rubeum. Sicut ascensus ignis a terra vsq; ad mediam regionem aeris cõtrarius est descensui a cõcauo lune vsq; eandem mediam regionem.

¶ Sed quid respõdendũ tunc ad rationem factam tex. 48. Respõsio certe. quã Ph. hic prætẽdit est, ꝙ licet motus ab albo in rubeũ, ⁊ a nigro in rubeũ sint cõtrarij, nõ tamẽ propter cõtrarietatem solũ terminorũ a quibus, sed ꝓpter cõtrarietatem terminorum ad quem. Rubeum. n. est quodam modo nigrum cõtrarium albo, ⁊ quodã modo albũ contrarium nigro: ⁊ ideo vtimur eo vt duobus cõtrarijs. Atq; adeo motus ab albo in rubeũ, est ab albo quodã modo in nigrũ: ⁊ motus a nigro in rubeũ, est a nigro quodãmõ in albũ: ⁊ ꝓpterea sunt cõtrarij. Et eadẽ ratiõe mot⁹ ex rubeo ĩ albũ est quodã modo ex nigro, ⁊ motus ex rubeo in nigrũ est quodam modo ex albo. Latius. q. 3. ⁊. 4.

DE CONTRARIETATE inter quietes.

CAPVT. VI.

Textus. liij. QVoniam autem motui non solum videtur motus esse cõtrarius, sed & quies: hoc determinandum est. simpliciter enim, contrarium est motus, motui. Opponitur autẽ, & quies. priuatio enim est. est autem, vt & priuatio contraria dicatur. Qualis autem quali, vt ei qui est secundùm locum, ea que est secundum locum? Sed hoc quidẽ, nũc dicitur simpliciter. Vtrum em̃ ei quæ est hic, quieti, is qui est ex hoc, aut qui est in hoc motus opponitur?

¶ Quoniam oppositorũ eadem est disciplina, ⁊ priuatio opponit motui. operę preciũ est post cõtrarietatem motuũ, de cõtrarietate quietũ dicere, q̃ est, vel ad motũ, vel interse. Vnde in hoc capite decem textus habẽte duo agit. In tribus enim prioribus textibus agit de huiusmodi cõtrarietate, et in septem sequentibus dissoluit dubia nõnulla. Proponit ergo in tex. hoc. 53. ꝙ cũ motui nõ solũ sit cõtrarius alius motus, sed etiam quies (vt in post prędi. cap. de motu etiam dixerat) determinãdum est de cõtrarietate quietis ad motũ, vel ad aliam quietẽ. Et nõ est (inquit) tanꝺ ꝓprie cõtrarietas inter motũ ⁊ quietẽ, quã inter motũ ⁊ motũ. Cõtrarietas. n. simpliciter nõ est, nisi inter duo positiua: ⁊ idcirco, vt termini motuũ, ita ⁊ motus ipsi simpliciter sunt cõtrarij: quies vero opponitur priuatiue motui (Est. n. quies cessatio motus) priuatiue autẽ opposita sunt quodã modo contraria quinimo vt. 10. meta. tex. 15. habẽt, est prima cõtrarietas diuidens vniuersoq; genus. vnde in omnib⁹ cõtrarijs (vt. q. 1. dicebamus) imperfectius se habet tanquã priuatio perfectionis. vt nigrũ est priuatio albi. ¶ Attamen licet simpliciter ⁊ vniuersaliter assertum sit, motum est contrariũ quieti, quæstio tñ, inquit, est cui quieti quisq; motus contrariatur: an videlicet illi, q̃ erat sub termino a quo, an illi potius, quę est sub termino ad quem. Vtrũ videlicet motus calefactionis contrarius sit quieti: quę est frigidum esse, an illi, quę est calidũ esse. Hoc enim in post prędicamentis non determinauerat.

intento

Quæstio.

Textus. liiij. Manifestũ est igitur, ꝙ quia in duobus motus subiectis est, huic quidẽ qui ex hoc est in contrarium, ea quæ est in hoc quies, huic autẽ qui est ex contrario in hoc, ea quæ in cõtrario. simul autem & inuicẽ, cõtrariæ hæ sunt. Etem̃ incõueniẽs est, si motus quidẽ cõtrarij sunt,

sunt, quietes autem oppositæ nō sunt. sunt autem hæ: quæ in cōtrarijs. vt quę est in sanitate: ei quæ est in ægritudine, quieti. motui autem: qui ex sanitate in ægritudinem. ¶Ei enim, qui est ex ægritudine in sanitatem: irrationabile est. Is em̄ motus qui ad ipsum est, in quo stat: quietatio magis est, quā accidit simul fieri cum motu. necesse autem est: aut hanc, aut illam esse. non enim ea quidem, quæ est in albedine, quies: contraria est ei, q̄ est in sanitate.

¶Respōdet in tex. 54. ad ꝓpositam quęstionem. ¶Primo de cōtrarietate motus ad quietē: dicens, ꝙ cum motus omnis in duobus subiectis sit ideſt inter duos positiuos terminos (quos tex. 7. appellauit subiecta) huic motui, qui est ex hoc in cōtrarium (vt ex albo in nigrū) cōtrariat ea quies, quę est in hoc, id est, in albo [huic aūt, qui est ex cōtrario in hoc] scilicet ex nigro in album, cōtrariatur illa quies, quę est in contrario, puta, in nigro. Ita que motus cōtrariatur quieti, quę est in termino a quo, nō autem illi, que est in termino ad quem. Mox respondet de contrarietate quietum, dicēs, ꝙ illę duę quietes sub cōtrarijs terminis (vt albū esse, t nigrum esse) sunt inuicem cōtrarię.

Motus cōtrarię quie

Quod hoc syllogismo probat. Quietes contrarię motibus cōtrarijs sunt inter se cōtrarię (vt patet a permutata ꝓportione: nam si sicut se habet hic motus ad hanc quietem se habet alter motus ad alteram quietem, sicut se habet motus ad motū, ita se habet quies ad quietem) motus autem ab albo in nigrum cōtrariat quieti sub albedine, t motus a nigro ad album contrariat quieti sub nigredine: ergo sicut motus sunt cōtrarij: ita t quietes. Cōcludit ergo, ꝙ quies, quę est in sanitate, habet duo contraria. Contrariatur enim quieti, quę est in ęgritudine, t motui, qui est ex sanitate in ęgritudinē. ¶Deinde illic [ei enim tc.] probat, ꝙ motus contrariatur quieti, qnę est in termino a quo, t non ei, quę est in termino ad quem. Irrationabile enim inquit est, vt quies in sanitate contrarietur motui ex ęgritudine in sanitatem. Ratio est hęc. Motus, qui est ad ipsum, in quo stat, id est, ad terminū, in quo mobile post motū quiescit, qui etatio est, id est, profectio, seu progressio ad quietē t acquisitio quietis (simul enim acquiritur motꝰ, t quies in termino) ergo motus non opponit tali quieti. Ut enim mediū non opponit fini, qui p medium acquirit, ita nec motus termino: siquidē motum fieri, idem est, qđ terminū fieri. ¶Cōsequēter illic [aut hanc tc.] infert, ꝙ motus contrariatur quieti, quę in termino a quo, hoc syllogismo. Omni motui contrariatur aliqua quies: t nō quies alterius speciei (quies enim in albedine nō contrariatur quieti in sanitate: t per cōsequens nec motui ad sanitatem) ergo quies, quę contrariat motui, vel est illa, que est sub termino a quo, vel illa, quę est sub termino ad quē eiusdē motus: ad non est illa q̄ est sub termino ad quē: ergo est illa, q̄ est sub termino a quo. In postpredicamētis, vbi Aristote. nō determinauit, nisi in genere, ꝙ quies contrariatur motui, subiecimus exempla de quiete in termino ad quem: hęc tamen, quam hic determinat ¶ph. rei veritas est.

Quibus autem non sunt contraria: horum mutatio quidem est opposita, ea quæ est ex ipso, ei quæ est in ipsum. motus autem: non est. vt ea quæ est ente: ei quæ est in ens. ¶Et quies quidē, horum nō est. immutabilitas autē est. & siquidem aliquid erit subiectum, nō ens ea quæ in ente est immutabilitas, ei quæ est in non ente contraria erit. ¶Si verò non est aliquid id quod non est: dubitabit aliquis cui contraria sit ea quæ est in ente immutabilitas, & an quies sit. si autem hoc est: aut non omnis quies motui est contraria, aut generatio & corruptio, motus sunt. Manifestum est igitur, quòd quies quidē non dicenda est. si non & hæ, motus. Simile autem aliquid est: & immutabilitas. contraria autem est: aut nulli, aut ei quæ est in nō ente, corruptioni, hæc em̄: ex ipsa est. generatio aūt, in ipsā.

Text. lv.

¶Post cōtrarietatem quietum, vbi est vera ratio motus inter duos positiuos temīnos, procedit ad cōtrarietatem quietū, vbi sola est ratio mutatiōis inter terminos negatū t affirmatū. Repetens id, qđ supra determinatū est. s. ꝙ in terminis, qui nō sunt cōtrarij, sed cōtradictorij, cōtrarietas mutationis sumitur respectu eiusdē termini, vt mutatio ex aere (scilicet corruptio) cōtraria est mutationi, q̄ est in aere scilicet generationi. Huiusmodi aūt mutationes (inquit) nō sunt motus. Et inde subdit, ꝙ nec ꝓprie termini earū sunt quietes, sed immutabilitates. s. nō mutationes: nam quies ꝓprie dicit cessationem a motu, in quo est successio. ¶Est verūtamē notandū, ꝙ terminus negatiuus, aut supponit subm̄, qđ est ens actu (vt in mutationibus accidentalibus) t tūc non mutatio in ente. est contraria non mutationi in non ente. vt albū contrariatur non albo. Et hoc est, quod ait [siquidem aliquid subiectū, non ens]. i. si non ens supponit subm̄ in actu. Aut supponit solum ens tantum in potentia. Et hoc est, ꝙ ait [si vero non est subm̄ id qđ nō est]. i. si vero nō ens non supponit ens in actu, sed ens in potentia (puta materiam) (vt in generatione substantiali) tunc erit dubium duplex. s. illa nō mutatio in ente [puta aer] cui nam mutationi erit cōtraria: vtrū termino negato. s. non aeri: t vtrum illa nō mutatio erit quies. Et ratio dubitandi est, qr non albū, cum supponat ens in actu, illud potest intelligi quiescere sub aliquo accidente: priuatio vero aeris, cū solum sit materia prima, sicut illa non mouet [vt supra dictum est] fit, vt nec quiescat. Et ideo arguit, neq̄ illam, qua materia est sub forma, neq̄ illā qua est sub priuatione, proprie esse quietem: qr alias, aut nō omnis quies esset cōtraria motui, aut gñatio t

corruptio esset motus. Cõcludit ergo circa secundum dubiũ, q illa nõ est quies, sed aliquid quieti simile, puta, immutabilitas, seu nõ mutatio. Mox respondet ad primũ dubium, q illa quies, seu non mutatio, qua materia est sub forma, aut nulliest cõtraria, aut cõtrariatur illi corruptioni, quę est sub non ente, puta, priuationi illius. Summa rei est hęc, q in huiusmodi mutationibus, nec ppie cõtrarietas est, nec quies. Est tamẽ eo modo, quo generatio aeris contrariatur corruptioni eiusdem, vt quies, seu immutabilitas materię sub forma aeris, contrariatur quieti eiusdem sub priuatione aeris.

Tex.lvj. Dubitabit autem aliquis, quare in mutatione quidem secundum locum, sunt & secundũ naturam & præter naturam, & quietes & motus: in alijs autẽ non. vt alteratio. hæc quidem secundum naturam, illa verò præter naturã. nihil enim magis sanatio quàm ægrotatio, secundũ naturam, aut præter naturam: aut dealbatio quã denigratio. Similiter autem est: & in augmentatione & diminutione. neq; enim hæ sunt inuicem contrarię: vt secundum naturam & præter naturam. neq; augmentatio: augmentationi. & in generatione & corruptione: eadem ratio est. neque enim generatio quidem secundũ naturam, corruptio autem præter naturam. senescere enim, secundum naturam est. Neq; generationem videmus, aliam quidem secundũ naturam, aliam verò præter naturam.

¶ In reliqua parte huius capitis dissoluit Phil. dubia tria, quę ex dictis suboriunt. Primum proponit in hoc tex. 56. ¶ Vbi hoc considerandũ est, q intentio est transferre sermonem ad aliud genus contrarietatis motuũ, quę est inter motũ naturalem, & motũ contra naturam. Vt q hęc cõtrarietas euidentius appareat in motu locali, proponit dubiũ. Cur vt in motu locali, nõ ita in alijs speciebus motus datur motus naturalis, & mot⁹ contra naturam? Sed intelligenda est quomodo sub hac forma. Vtrum sicut in motu locali, ita in alijs speciebus reperiat huiusmodi cõtrarietas, tã inter motus, quã inter quietes? In motu eñ locali motus naturalis terrę est ad centrũ, vbi etiam est quies naturalis: motus vero cõtra naturã est sursum, vbi cũ terra violenter retinetur, est quies cõtra naturam. In alteratione vero arguit ad partem negatiuã, q nullus sit motus contra naturã: nã vt sanatio est naturalis, ita & ęgrotatio: & vt dealbatio, ita & denigratio. Motus enim naturalis est, qui est a principio intrinseco, aut ab extrinseco cõferente vim passo. Et vt sanatio, ita & ęgrotatio est a principio intrinseco. Et pariter vt frigefactio aquę est naturalis, ita & calefactio: q⁹ passum ratione materię confert vim. vt lib. 2. q. 1. diceba-
mus. Et idem (inquit) est de augmentatione. vt enim augmentatio, ita & diminutio est naturalis a principio intrinseco. Neq; vna augmẽtatio opponitur hoc modo alteri, vt vna sit naturalis, & alia contra naturã. Et vt generatio, ita & corruptio est naturalis: nam sicut adolescere, ita & senescere est secundũ naturam. Quod si quis arguat. 2. de cęlo tex. 37. oppositum haberi, scilicet, q senescere est contra naturam, respondeť, q illic loquebat Ph. de natura particulari, qua vnaquęq; res appetit se conseruare in esse: nihilominus senectus est ab intrinseco ex actione & repassione calidi & humidi

Contrarij motus naturalis, et contra naturam.

At si est, quòd violentia fit, præter naturam: & corruptio corruptioni cõtraria erit, ea quę est violenta vt q̃ præter naturam est, ei quæ secundum naturam. Sunt igitur & generationes quædam violentæ, & non fato determinatæ: quibus contrariæ sunt eæ, quę secũ dum naturam. Et augmentationes sũt violentæ & diminutiones. vt augmentationes eorum: qui velociter propter alimentũ pubescunt. & frumenta, quæ citò adolescũt: & non sunt constricta. In alteratione autem quo pacto: an si militer. Tex.lvij

¶ Post argumẽtationem a parte negatiua, respõdet Ph. hoc genus cõtrarietatis inter motũ naturalem & contra naturã, seu violentum, reperiri in omnibus speciebus motuum, & mutationum. Corruptio enim naturalis (vt cũ homo senio moritur) cõtraria est corruptioni violentę: vt qua homo suspenditur. Est enim illa corruptio violenta: quia est a principio extrinseco, passo non cõferente vim: ad hunc sensum, q non procedit secundum curſum naturę a principio intrinseco. Sũt etiam generationes alię naturales, & alię violentę: nempe, quę nõ fato, id est, ordine a natura præstituto determinatę sunt, videlicet, cum arte accelerant generationes fructuũ, vt ante tempus prægoquũtur. Imo & ranarum generationes arte nonunquã fiunt, dum applicant actiua passiuis. Similiter & augmentationes sunt itidem violentę, naturalib⁹ contrarię. vt cum homines propter delicatissimũ alimentum, & delicias vitę, citius quã cursu naturali adolescunt: & frumenta propter excessiuũ humorem plus nimio crescunt [non cõstricta]. i. non mittentia sub terrã solidas radices, seu fibras: atq; adeo nõ habentia solida grana.

In alteratione autẽ quo pacto, an si militer? Erunt enim aliæ quidem violentæ, alię verò naturales, vt qui liberantur, alij non incriticis diebus, alij autem in criticis. Illi quidem, preter naturã alterant. hi verò scdm naturam. Textus. lviij.

Erunt

¶Erunt ergo corruptiones contrariæ adinuicē: non generationi solùm. Et quid prohibet? est enim: si hæc quidem suauis, illa verò tristis fuerit. Quare non simpliciter corruptioni corruptio contraria est, sed quatenus ipsarū hæc quidem huiusmodi, alia verò talis est.

¶In tex. 58. idem dicit accidere in alteratione. Alię enim sunt naturales alterationes, alię verovio lentę. Ut ex his, quiab ęgritudine liberant, alij sanantur in diebus criticis. Critici dies idē sunt, qui iudiciales: puta quibus sumitur iudiciū infirmitatis. Et in illis solēt naturaliter morbi terminari. Quando ergo in alijs diebus insperato infirmi liberant, dicuntur sanationes quodā modo violentę. ¶Ex his infert corollarium, ꝙ corruptio non solū est generationi contraria, sed etiam corruptioni: vt naturalis, violentę. Ut qz posset quis piam obijcere, vnum vni tantum contrarium esse, respondet nihil vetare, vnum pluribus esse contrarium, nō solum vbi vnum est naturale, ꝛ aliud vitiosum. sed vbi amboſunt naturalia. Ut corruptio (inquit) suauis, corruptioni tristi contraria est. Corruptionem suauem exponit S. Tho. eam esse, qua imperfectum corrumpitur, perfectumqꝫ generatur. vt cum aer corrumpit in ignem: sed tristis (inquit) est illa, qua econuerso ignis conuertitur in aerem. Vel forsan Aristo. loquit de corruptionibus accidentalibus. vt corruptio ęgritudinis dicatur suauis: corruptio vero sanationis tristis. Quinimo corruptio temperati coloris opponitur hoc modo corruptioni caloris immodici. Colligit ergo, ꝙ corruptio simpliciter, idest, ea ratione, qua est corruptio, nō opponitur alteri corruptioni, sed generationi. Corruptio autem talis, id est, quatenus habet talem qualitatem (puta, ꝙ est naturalis, aut suauis) opponitur corruptioni habenti contrariam qualitatem, vt pote, violentę, ꝛ tristi.

Textus. lix. Omnino igitur contrarij motus & quietes: dicto modo sūt, vt quæ est sursum: ei qui est deorsum. loci enim: cōtrarietates hæ sunt. fertur autē ea quidem quę sursum est latione, natura: ignis. ea verò quę deorsum: terra. & cōtrariæ: ipsorum lationes sunt. ignis autem, sursum quidem natura: deorsum autem præter naturam. Et contrarius quidē motus, qui est secundū naturam ipsius: ei qui est præter naturam.

¶Prosequitur in hoc tex. 59. eandem contrarietatem in motu locali cōmonstrare: cōcludens, ꝙ omnino. i. vniuersaliter in omni specie motus dicta contrarietas inuenitur. De ceteris nāqꝫ iam dictum est: de motu vero locali oculatius patet. Ea namqꝫ latio, quę sursum est, cōtraria est ei, quę est deorsum: propterea ꝙ locorum ipsorum sursū ꝛ deorsum cōtrarietas, est ex natura rei (vt lib. 4. dictum est) propter contrarias cōseruatiuas qualitates. Ignis autem naturali latione fertur sursum, terra vero deorsum: econuerso ignis deorsum, fertur præter naturam: terra vero, sursum. Quo fit, vt inter motus ignis sursum ꝛ deorsum, sit cōtrarietas naturalis, ꝛ violenti motus. Et proportionabiliter inter similes motus terrę.

Et quietes etiam: similiter. Quæ nā que sursum, quies, ei qui est de sursum in deorsum motui contraria est. Est autem terrę, illa quidem quies præter naturam: motus autem hic: secundū naturam. Quare motui, quies contraria est, quæ est præter naturam, ei qui est secundùm naturam eiusdem. etenim motus eiusdem: contrarius sic est. Alter enim secundùm naturam ipsorum erit: qui sursum, aut qui deorsum. alter autem, præter naturam. Textus. lx.

¶Quod monstrauit in motibus, prosequitur hic ꝛ in quietibus ostendere: dicens, ꝙ quies sursum, contraria est quieti, quę est deorsum. Atqꝫ adeo illa, quę est sursum, est terrę præter naturam, ꝛ per cōsequens est cōtraria motui deorsum, qui terrę est naturalis. Jam enim tex. 54. dictum est motū quēcunqꝫ contrarium esse quieti, quę est in termino a quo. Et rationem subiungit, qz motus sursū, contrarius est motui deorsum. Cum enim motus sortiatur speciem a termino ad quē, si motus sursum cōtrariatur motui deorsum, quies sursum cōtrariatur motui deorsum: ꝛ cui vnus motus ꝛ terminus est naturalis, alter erit præter naturam.

Habet autem dubitationem, si est omnis quietis quæ non semper est, generatio, & hæc est ipsum stare. Eius igitur quod præter naturam quiescit, vt terrę sursum, erit generatio. cùm ergo ferebatur sursum violentia, stabat. sed quod stat, semper videtur ferri velociùs; quod autem violentia, contra. non factum ergo quiescens, erit quiescens. Amplius videtur ipsum stare, priè dici, aut omnino esse in eo qđ est secundū naturam, in suum locum ferri, aut accidere simul. Textus. lxj.

¶In tex. 61. mouet secundam dubitationem. Hic tamen textus in multis Græcis codicibus nō est. Neqꝫ Them. eum legit. Quæstio tamē est, vtrum cuiuscunqꝫ quietis sit generatio. Et est dubium propter quietem violentam. Et arguit ad partē affirmatiuam. Cuiuscunqꝫ rei, quę est, ꝛ non semper fuit, datur generatio: quies omnis non semper est (nam quies est rem stare, id est, a motu cessare) ergo cuiuslibet quietis est generatio. Ad partem vero negatiuam arguit. Si cuiuscunque quietis est generatio, cū quies violenta terrę sursum sit quies, illius etiam erit generatio: conse-

quens tamen esse falsum, duplici probat ratione. Et prima quidem obscura est. Sed notandū est, ꝙ cum motus sit via ad quietem, motū esse, est quietem acquiri. Arguit ergo, ꝙ si aliqua est generatio quietis ferrę sursum, maxime esset motus, quo terra sursum violenter mouetur. Et hoc est, quod ait [cum ergo ferebat sursum violentia (, id est, violenter stabat) id est, generabat status, ꝛ quies: hoc autem videtur falsum: qz quod stat (. i. quietis gratia manet) velocius mouetur in fine, quā in principio (vt in motibus naturalibus est videre) quod aūt violenter mouetur, tardius est in fine. Arbitror respōsionem quęstionis esse negatiuam, vide licet, ꝙ quietis violentę non est per se generatio, sed per accidēs graue retinetur sursum ab aliquo prohibente descensum. Si vero quies accipiatur processatione motus, causa quare motus violētus cessat nulla est per se positiua, sed quia cessat causa motiua scilicet, quia finitur impetus autē motus violentus sursum nō sit p se causa illius quietis sursum, patet, quia ille motus per se non ordinatur ad illam quietem, nec illa propie est quies illius mobilis, postquā quanto propius ad illam accedit, segnius mouetur. Cuius contrarium accidit motui naturali, qui est ad veram quietem.

¶ Et hoc euidentius fit secunda ratione, quę est hęc. Stare, seu quiescere, tunc solum contingit, quando res est in suo loco naturali, aut quādo ad illum accedit: accedere enim ad locum, est accedere ad quietem: ergo nec quies violenta est propie quies: necz ad illam est per se motus, seu generatio. Inseruit ergo hanc dubitationem, eo ꝙ dixerat quietem violentam cōtrariam esse quieti naturali: nempe vt ostenderet, non tam propie illā, quā hanc, esse quietem.

Textus. lxij.

Habet autem dubitationem, si contraria est quies quę est hic, ei qui hinc est motui. cùm enim mouetur ex hoc, aut etiam abijcit: adhuc videtur habere id quod abiicitur. Quare si hæc quies, contraria est ei, qui hinc est in contrarium motui: simul erunt contraria. ¶ An aliquo modo quiescit: si ad hunc manet? omnino autem eius quod mouetur: aliud quidem ibi, aliud autem est in quod mutatur. Quapropter & magis motus motui cōtrarius est: quā quies. ¶ Et de motu quidem & quiete, quomodo vtrunq; vnum est, & quę quibus contraria sunt: dictum est.

¶ Dubitationem veniz tertiam dissoluit in text. hoc. 62. Dubitatio est circa id, quod tex. 54. dictū est: videlicet motum contrariū esse quieti, quę est sub termino a quo. Si enim (inquit) quies (. v. g.) sub frigiditate contraria est motui calefactionis, quo albedo abijcitur ꝛ corrumpitur, sequitur contraria esse simul. Nam simul sunt, ꝛ motus calefactiōis, ꝛ albedo sub gradu remisso. Respondet nullum esse inconueniens, vt simul dum est mot⁹, quo receditur a termino, sit etiam quodam modo quies: dum terminus a quo manet sub gradu remisso: nam id, quod mouetur [aliud quidem est ibi id est, partim est in termino aquo [aliud autem in qō mutatur] id est, partim est in termino ad quē. Hinc infert maiorem esse contrarietatē inter motus contrarios, quā inter motum ꝛ quietem: eo ꝙ motus cōtrarij sub nullo gradu possunt esse simul quia repugnat eandem formam, seu terminum simul acquiri, ꝛ deperdi. Concludit ergo Philo. satis dictum esse de motu ꝛ quiete. vbi Commen. notat tex. 63.

Textus. lxiij

Dubitauerit autem fortasse quispiā, & de ipso stare. Si & quies aliqua contraria his motibus, qui præter naturā sunt, fit. Si igitur non fit, absurdum erit: quiescit enim quipiam violentia. Quare aliquod quiescens non sempiternum sine generatione erit. Sed patet id fore. Nam quemadmodum aliquid præter naturam mouetur, ita etiā præter naturam aliquid quiescit.

¶ Duo isti textus nec sunt, nisi rarissime, in codicibus Grecis: neqz (vt Commen. fatet) in omnib⁹ Arabicis: nec sunt, qui credant esse Aristo. sed vel Eudemi, vel Theophrasti, quia certe nec materia nec dictio grauitatem refert Aristo. Neqz Argyr. nec Vata. nec boni traductores transferunt. Nos vero aliunde fragmētum hoc desumpsimus: quia apud Boetium depranatum est. Text. ergo iste 6. repetitio ferme, atqz adeo inutilis, est superioris tex. 61. qui forsan neqz est Aristo. Dubitatio enim inquit est. Vtrum quies contrariam motib⁹ violentis, illam pręter naturam, vbi cessat motus violentus. Quod certe verbum non est Aristotelicum. Docuit enim supra, ꝙ quies contraria motui, non est illa, quę est in termino ad quem, sed illa quę est in termino a quo. Vnde quies potius naturalis terrę in centro contrariatur motui ei⁹ violento sursum, quā quies violenta sursum. Vt cunqz tamen sit, de hac violenta quęrit, an per se generetur. Et arguit ad partem affirmatiuam, vt supra. Cum enim detur aliqua quies violenta, ꝛ illa non fuit sempiterna, sequitur vt sit facta: alias daretur aliquid, quod est, ꝛ non fuit semper, ꝛ tamen non est factum, Commen. putat, ꝙ aliter hic respondet Aristot. quam in textu. 61. videlicet, ꝙ illic negauerit quietem illam fieri, hic autem dicat aliquo modo fieri scilicet a principio extrinseco. Vt vero merito de hoc Commen. ab omnibus reprehenditur: nam eadem est vtrobiqz respōsio. Nempe, ꝙ talis quies non fit per se, sed per accidens, deficiente impetu, quo res violēter mouebatur. Et hoc est quod ait [sed patet id fore] id est, talem quietem fieri. [Nam quemadmodū est motus pręter naturam, ita ꝛ quies] id est, quē admodū motus talis fit a principio extrinseco impellente, ita ꝛ cessante impetu, fit per accidens illa quies.

Cùm autem aliquibus motus secūdùm naturam pręter naturā ve insit.

veluti

veluti igni is motus qui est sursum secundùm naturam ineſt. is autem qui deorsum præter naturam: nunquid hic sit illi contrarius, nam ille qui est terræ? Hæc enim secũdùm naturam deorsum fertur, an ambos illi contrarios esse patet. non tamen simili modo. Nam hic contrarius est illi vt secundùm naturam. ille verò vt secundùm naturam existens ei, qui præter naturam existit. & in quietibus similiter.

¶ In tex. 65. mouet secundam dubitationem circa ea, quę supra dicta sunt. Dictum enim est motus contrariari ratione terminorum ad quos, & cũ ei quibus rebus (imo omnibus elementis, ratione elementorum mixtis) duplex insit motus, scilicet naturalis & contra naturam. vt motus naturalis ignis, est sursum: præter naturam vero, deorsum. Terræ contra, motus deorsum est naturalis, sursum verò violentus. Dubitatio est, motus naturalis ignis sursum vtri sit cõtrarius: motui ne violento ignis, an naturali terræ? vterq; enim est deorsum. ¶ Solutio est, q; vtriq; contrariatur, dissimiliter tamen modo. Nam hic, scilicet motus naturalis terræ, contrariatur illi, scilicet motui naturali ignis, vt tanquã ambo secundum naturam cõtrariorum elementorum. Ille vero scilicet motus violentus ignis, contrariatur illi, scilicet naturali eiusdem. vt id, quod est præter naturam, contrariatur illi, quod est secundum naturam. ¶ Adiiciunt adhuc tex. alium hic nonnulli, qui repetitio est ad literam textus. 62. Et ideo nec Commẽ. eũ legit. neq; est proinde cur nos legamus. Tex lx vj

Finis quinti libri physicorum.

Fuit autem quieti motus aliquatenus opponitur. Cum. n. moueatur ex hoc, et abiiciat, adhuc videtur habere quod abiicitur. Quare, si ipsa quies contraria ei, qui hinc est in contrarium motui, simul existunt contraria. si aliquateng quiescit, aut adhuc mouet. Totaliter autem ei, quod mouetur, hoc quidem ibi, hoc autem in quod mutatur. Propter quod magis motus motui contrarium, quam quies. Quis quidem igitur motus simpliciter vnus, dictum est, et de motu quidem et quiete quomodo uterq; vnum, et qui contrarij quibusdam dictum est. tex lx vj

Ponit tertium ad manifestandum id quod dictum est de contrarietate quietis ad motum, et dicit q; forte quieti motj aliquateng opponitur, et non simpli. Cum. n. aliquis mouet ex hoc, in quo quieuerat, et abijciat illud, videtur adhuc habere illud quod abijcitur. Vnde si quies quę est hinc sit contraria motui qui est hinc in contrarium, sequitur q; simul sunt contraria, sed adhuc aliquatenus quiescit dum manet in termino a quo. Et utiliter eius, quod mouetur aliquid est in termino a quo, et aliquid in termino ad quem, vnde quies ming opponitur motui, quam motus contrarius sicut supra expositum est. Et vltimo recapitulat ut per se manifestum est. Ex hoc autem ipso quod eadem verba repetuntur quę supra dicta sunt, manifestum esse potest quod non sunt verba Arist. Sed alicuius expositoris. ex Diuo Tho

Reuerendi patris, fratris Dominici Soto Segouiensis, Theologi, ordinis Prædicatorum, super sextum Phisicorum Aristotelis. Commentaria.

DE MOTVS MAGNITUDINIS Q; continuatione, & diuisione.

CAPVT. I.

Text. j.

SI autem est cõtinuũ, & tangens, & consequenter, vt definitũ est prius (cõtinua quidem: quorum vltima sunt vnũ. tangẽtia verò, quorũ simul. cõsequenter autẽ: inter quæ nihil est eiusdem generis) impossibile est ex indiuisibilibus esse aliquid continuũ. vt lineam, esse ex punctis: si linea quidem continuũ est, punctum autem indiuisibile. neque enim vnum sunt: vltima punctorum. nò emẽ est, hoc quidem vltimum: illud verò alia quędam pars ipsius indiuisibilis. neque simul sunt vltima. non enim est vltimum vllum: eius quod impers est. alterũ emẽ est: vltimum, & id, cuius est vltimum.

¶ Partitio libri.

¶ Postea quã motus species (quę sunt velut eius partes subiectiuę) superiori lib. explicatę sunt, atque adeo expositũ sit, vnitatem numeralẽ motus in eius cõtinuatione consistere, cõtinuo subsequitur hoc lib. sexto de motus continuatione dicere, seu de motu in ordine ad eius ptes quãtitatiuas. Bene enim adnotauit Eustrus, vt in prooemio dicebamus, quatuor priores libros Stęce de principijs inscribi: quatuor vero reliquos de motu.

¶ Secant hunc librum interpretes in capita decẽ, Commenta. vero in textus nonaginta quatuor. Possumus eum tamen maioris claritatis gratia in sex membra distribuere. Duo nãq; priora capita in hoc versant, q; nullum continuũ ex indiuisibilibus cõponit, sed omne continuũ (atq; adeo omnis motus) est diuisibile in semper diuisibilia. Duo sequenter proxima tractant de diuisione motus. Et duo subsequentia de ordine partium motus. Septimum vero caput est de ratione finiti & infiniti in motu. Atq; octauum de diuisione quietis. In duobus denique postremis diluit Ph. dubia quędam Zenonis aliorũq; id genus antiquorum.

¶ In primo ergo tex. huius capitis (qõ vsq; ad decimum tex. protendit) statuitur præcipua cõclusio Impossibile est cõtinuũ ex indiuisibilibus esse cõpositum. Quam duabus rationibus, ex bina definitione cõtinui sumptis, facit manifestã. Prima autẽ ratione nõ solum demonstrat indiuisibilia nõ posse esse continua, sed (ad maiorẽ cõfirmationẽ) ne que esse posse, aut cõtigua, aut cõsequenter se habentia. Et ideo pponit. [Si autẽ est continuũ &c. impossibile est ex indiuisibilibus &c. vt lineã esse ex punctis] supposito (vt res habet) q; linea sit de genere continuorum, punctum vero sit res indiuisibilis. Probatur sequela quo ad duas partes, scilicet q; puncta neq; cõtinua, neq; tangentia .i. contigua esse possint. Continua sunt; quorũ vltima sunt vnum: contigua vero quorum vltima sũt simul: puncti autẽ nihil est vltimum: nam qõ impers est, id est, partibus carens, non habet vltimũ (vltimum enim dicitur respectu partis, quę non est vltima) ergo puncta, neq; continua esse possũt, neq; contigua.

Cõtinuum nõ cõponit ex indiui.

Vltimum et vltimum dyfferunt inter se. Secundum ab eo cuius est

Amplius, necesse est, aut continua esse puncta, aut tangentia se inuicem, ex quibus est continuum. eadem autem ratio est, & in omnibus in diuisibilibus. continua quidem non erunt, propter dictam rationem. tanget autem omne, aut totum totum, aut pars partem, aut totum pars. Quoniam autem impers est ipsum indiuisibile, necesse est totum tangere totũ. totum autem totum tangens, non erit continuum. continuum enim, habet, hanc quidem aliam, illam verò aliam partem. & diuiditur, in sic diuersas, & loco separatas. ¶ At verò neque consequenter erit punctus ad punctũ, aut ipsum nunc ad nunc ipsum, vt ex his sit longitudo, aut tempus. consequenter enim sunt, inter quæ nihil est eiusdem generis. inter autem puncta, semper est linea, & inter ipsa nunc, tempus. 9.

Text. ij

¶ Duas particulas habet hic tex. 2. In priori confirmat secunda ratione puncta non posse esse contigua. Et eadẽ (inquit) ratio est de omnibus indiuisibilibus. Si continuũ (inquit) fit ex punctis, necesse

necesse est. vt puncta sint continua, aut contigua, sen tãgẽtia. Imo sequit esse cõtinua. Sed forte particula disiunctiua accipit pcopulatiua, vt moris est apud Ari. vt sit sensus necesse est esse cõtinua, & a fortiori, tãgẽtia. Quãuis nõ possint esse esse cõtinua iũ ostensum est: sed quod nec possint se tangere, cõfirmatur. Illa, que se tangunt, aut tangunt se secũdum se tota, aut secundum partes: punctum quia est indiuisibile non potest aliud tangere secundũ partem. Si vero se tangant secũdum tota: nõ possunt continuum conficere: nam cuiuslibet continui monstrare est partes loco se motas, que non se tãgunt. vt duę extremę tertię. Duo ergo secundum se tota, tangere se nequeũt, nisi penetratiue se haberet quecunque pars vnius cum quacunque alterius. Magnum argumẽto sumitur ex his duabꝰ rationibus, ꝙ punctum secundum Ph. distingua tur a linea, & linea a superficie. Quod & in subsequentibus apparet. ¶ In secunda particula ostendit ꝙ neq; puncta possunt se consequenter habere quemadmodum neque duo instantia in tempore. Etenim ea sunt cõsequenter se habẽtia, inter quę nihil mediat eiusdem generis: sed inter quecunq; duo puncta mediat linea, & inter quecunq; duo, nunc, mediat tempus: ergo illa non sunt consequẽter se habentia. Quod si quis arguat, lineam non esse eiusdem generis cum puncto quia linea est quantitas, punctum vero non nisi principiũ quãtitatis: & ideo nihil prohibet, quominus punctacõsequenter se habeant: veluti homines: inter quos mediat lapis, Respondetur, ꝙ punctum, & linea sunt eiusdem generis: quia punctum est principiũ de genere quantitatis. Sed preterea respõdetur ꝙ cum inter quecunque duo puncta intercedat linea habẽs infinita pũcta inter quęcunq; duo mediat punctum: & per consequens nulla sunt consequenter se habentia.

Amplius autem diuideretur indiuisibilia: ex quibus est vtrunque, in ipsa diuiditur. sed nullum est continuorũ: in impertia diuisibile. ¶ Nullum autem aliud genus, potest esse inter puncta, & inter ipsa nunc. si enim erit: manifestum est, quod aut diuisibile, aut in indiuisibilia, erit, & si diuisidile, aut indiuisibile, aut in semper dibisibilia. hoc autem: est continuum. ¶ Manifestum autem est. quod & omne continuum est diuisibile in semper diuisibilia. Si enim in indiuisibilia diuidetur, erit indiuisibile indiuisibile tangens. vnum enim est vltimum continuorum & tangunt.

¶ In tex. hoc. 3. tres sunt particulę. Est namque diuisio Commentatoris confusa, & quę congruentior, atq; lucidior esse posset. ¶ Primo ergo subiicitur tertia ratio principalis ad principalem conclusionem ex secunda de finitione cõtinui. Est. n. continuum diuisibile in semper diuisibilia. Si vero continuum componeretur ex indiuisibilibus, cum omne compositum resoluatur in ea, ex quibus componitur. diuide retur continuum in indiuisibilia: atque adeo in non semper diuisibilia: cõtra eius diffinitio.

hoc est absurdum q̃ tinuum diuiditur in uisibilia.

¶ In secunda particula explicat amplius id, quod tex. superiori dixerat scilicet inter quęcũque duo puncta mediam esse lineam, & interquecunque duo instantia, medium esse tempus. Ratio est hęc Duo puncta non possunt se tangere vt dictum est si ergo sunt duo, necesse est vt situ distent, & percõ sequens aliquod sit inter ea mediũ. ¶ Hinc incipit ratio tex. [si enim erit]. i. si inter quęcunque duo puncta est aliquod medium, aut erit diuisibile, aut indiuisibile: quod non sit indiuisibile: tanquam notum pretermittit: nam indiuisibile medium impedire non valet ne extrema se tangant: quia non potest facere, vt si distent. Si autem est diuisibile, aut diuiditur in non semper diuisibilia: & hoc non quia diuisibile non constat ex indiuisibilibus: aut est diuisibile in semper diuisibilia: & hoc est esse continuum. Continuum autem inter duo puncta esse non potest, nisi linea que est indiuisibilis latitudinis & profunditatis: atque adeo ad imaginationem fit ex ductu puncti. Eadem analogia comprobatur inter quęcunque duo instantia intercesse tempus. ¶ In tertia particula patefacit hoc toties assertum, quod continuum sit diuisibile in semper diuisibilia. Nam dato opposito, sequitur, quod aliqua eius pars sit indiuisibilis: & cum omnes partes se tangant in eodẽ vltimo, sequitur, quod indiuisibile habet vltimum quo tangit aliud indiuisibile. Quod monstratum est repugnantiam inuoluere.

Ratio

Eiusdem autem rationis est, & magnitudinem & tempus, & motum, ex indiuisibilibus componi, & diuidi in indiuisibilia, aut nullum. Textus. iiij.

¶ Cum monstrauerit conclusionem scilicet continuum, neque componi ex indiuisibilibus, neque diuidi in indiuisibilia exemplo magnitudinis, vbi res oculatius patet, progreditur eam ostendere in motu, & tempore: que sunt etiam de genere continuorum. Et ideo [ait] in hoc tex. 4. eiusdem rationis esse, aut omnia tria componi ex indiuisibilibus, diuidique in indiuisibilia, aut nullum eorum.

Manifestum est autem ex his. si enim magnitudo ex indiuisibilibus, componitur: & motus qui huius est, ex ęqualibus motibus erit indiuisibilibus. Vt si magnitudo. A B C. ex ipsis. A, B, C. sit indiuisibilibus: motus in quo. D E F. quo motum est ipsum. P. super lineam. A B C. vnam quanque partem habet indiuisibilem. Textus. v.

¶ Confert primo magnitudinem cũ motu. tex. 10 vtrũq; cũ tẽpore. Et in hoc tex. 5. solũ pponit conclusionẽ cũ suo exẽplo. s. ꝙ si magnitudo cõponat ex indiuisibilibus, cõsequitur, vt & motus constet etiã ex indiuisibilibus: vt si magnitudo compona

tur ex A B C. partibus indiuisibilibus, motꝰ quo H. mouetur super lineam. A B C. constat etiã ex partibus. D E F. itidem indiuisibilibus.

Textus vj. Si igitur præsente motu necesse est moueri quippiam, & si mouetur quippiam necesse est ad esse motum, & moueri ipsum erit ex indiuisibilibus. Per A igitur, motum est ipsum. P. quo. D. motum est motu, per. B. vero, quo ipsum. E. & per ipsum. C. similiter, quo. F.

¶Ante probationem conclusionis premittit duas suppositiones. Prima in hoc tex. 6. est, q̃ nihil mouetur nisi tunc quando mouetur, presentem habeat motum: ꝛ quandocunque res habet presentem motum in actu, tunc mouetur. Veluti nihil est album, nisi actu habeat albedinem: ꝛ quicquid actu habet albedinem, mouetur. Tunc enim (inquit) si magnitudo est ex indiuisibilibus, ꝛ moueri ipsum erit ex indiuisibilibus. Exempli gratia. Per A. partem magnitudinis mouebitur. H. mobile, parte motus, que est. D. indiuisibili ꝛ per. B. mouebitur parte, quę est. F. Nam si motus debet esse presens quandocunque res mouetur, cuiusq̃ parti spacij sua respondet pars motus.

Textus vij. Si igitur necesse est id quod mouetur alicundè aliquo, non simul moueri & motum esse quo mouebatur quando mouebatur (vt si Thebas quis it, impossibile est simul ire Thebas, & iuisse Thebas) per. A. igitur impers, motum est ipsum. P. quatenus. D. motus aderat. Quare, si posterius quidem trã sibit quam transibat, diuisibile vtique erit. cùm enim transibat, neque quiescebat, neque transibat, sed in medio erat. Si autem simul transit & transibit, id quod proficiscitur cum proficiscitur profectum eo erit & motum, quo mouetur.

¶In tex. 7. premissa suppositione secunda, exordi tur probationem. Suppositio est, q̃ rem moueri ad certum terminum, prius est, quam motam esse Vt si quis it Thebas, impossibile est simul ire, ꝛ iuisse. i. peruenisse. Nam licet motus ꝛ terminus ad quem non sint propꝛie contraria (vt lib. 5. tex. 54. dicebamus) repugnat tamen, sicut imperfectum ꝛ perfectum. Aggreditur ergo probare intentam conclusionem. Si. H. mouetur per partem. A. ea parte motus, quę est. D. tunc aut prius erit. H. trã sire per. A. quam transiuisse: iuxta secundam suppositionem: ꝛ hoc dato, sequitur, q̃ pars spacij. A. erat diuisibilis: nam cum verum erat dicere, per tempus imperfectum, quod H. transibat per. A. neque quiescebat ne transierat. i. nec erat in termino a quo, nec in termino ad quem, sed in medio extrema vero ꝛ medium esse nequeunt, nisi in re diuisibili. Si autem non prius. H. mouebatur per A. quam motum erat, sequitur contra secundam suppositionẽ, quod id quod proficiscitur. i. incipit moueri, simul cum incipit, profectum erit eo, quo mouetur. i. erit in via ad terminum: ꝛ motum erit. i. erit iam in termino. Summa rationis est, q̃ cũ motus idem sit: quod transitus ab extremo in extremum per medium, fieri nequit per indiuisibile.

Si vero per totum. A B C. moueat aliquid, & motꝰ, quo mouetur est. D E F. per iqsum autem. A. impers, nihil, mouetur sed motum est: erit vtique motus, non est motibus, sed ex momẽtis. ¶Et moueri aliquid non motum. A. enim, transibit non transiens. Quare erit aliquid transisse nunquam transiens. Hoc enim transibit, non transiens hoc. Textus viij.

¶Infert ergo in tex. 8. intentam conclusionem atque adeo primum trium inconuenientium, quę illam subsequuntur, Syllogismus est hic conditionalis hypotheticus ex tribus premissis. Si detur ergo, quod aliquid, puta. H. mouetur per totum. A B C. ꝛ motus, quo mouetur est D E F. ꝛ per indiuisibile nihil mouetur [vt iam modo ostẽ debatur] sed motũ est, sequit vt motus D E F. nõ constet ex motibus, sed ex mutatis esse, quę sunt indiuisibilia, vt partes ipse magnitudinis. Nam si D E F. essent motus, cum presente motu (vt asserebat prima suppositio] necesse sit aliquid moueri. H. moueretur per singulas partes spacij: quod cum sint indiuisibiles, est impossibile. ¶Ex hac cõclusione infert tria inconuenientia. Et quia primum infert complexiue ꝛ copulatim cum ipsa cõclusione, non secuit hic Commen. tex. 9. Dato ergo, q̃ motus componatur non ex motibus, sed ex mutatis esse, sequitur aliquid moueri non motum. i. aliquid, quod nunquam mouebatur, peruenisse ad terminum, esseque mutatum, Nam sequitur q̃ H. transibit per. A. nõ transiens. i. q̃ mutatum est in finem ipsius. A. cum tamen nunquam fuerit verum, quod transibat ipsum. A. quę secum repugnantia sunt.

Textus ix. Si igitur necesse est aut quiescere, aut moueri, omne, quiescit sane in vno quoque eorum, quæ sunt A B C. Quare erit aliquid, quod continue quiescit simul, & mouetur per totum enim A B C. mobedatur, & quiescebat secundum quanlibet partem, quare & per totum. ¶Et si indiuisibilia quidem. D E F. motus sunt, motu præsenti, contingit, vtique non moueri, sed quiescere, sin vero non sunt motus, motum non ex motibus esse.

¶In

¶In tex.9.in fert duo alia impossibilia ex conclusione. Secundum ergo est, quod sequeretur aliqđ mobile per totum aliquod spatium simul & moueri & quiescere. Dictū.n.est.B.mobile moueri per totum spatium.A B C.Et pariter probatum est per nullam illarum moueri cum sint singulę indiuisibiles:& cum omne mobile semper, aut quiescat aut moueatur, colligitur, vt in singulis quiescat quod autem in singulis partibus spatij quiescit, in toto quiescit. Quo fit, vt simul & in toto quiescat, & per totum moueatur. ¶Tertium inconueniens est (vt alij volunt) licet mihi potius videatur conclusionis intente repetitio. Aut partes illę motus D E F. singulę sunt motus, aut non si sic, cum motu presente necesse sit (vt suppositum est mobile moueri, mouebitur mobile in singulis partibus indiuisibilibus spatij: quod probatum est impossibile. Si vero illę partes non sunt motus, sed mutata esse indiuisibilis, sequitur proposita cōclusio q si magnitudo componitur ex indiuisibilibus, idem accidit motui.

Textus. 1.

Perinde autem necesse est atque lōgitudo motus que indiuisibile esse tēpus, componique ex ipsis nunc, & his quidem, indiuisibilibus. si enim omnis diuisibilis est, in minori autem tempore çquè velox transiuit minus diuisibile erit & tempus si autem tempus diuisibile est, in quo fertur aliquid per A.& A.erit diuisibile.

¶Idem quod probauit de motu, subiungit probare de tempore nempe, quod si spatium, & motus non sunt indiuisibilia in semper diuisibilia, eadem sit ratio de tempore. Et re vera aptius hic tex. positus esset in initio sequentis capitis, quam incalce huius: eo quod totum sequens caput versatur in demonstrationibus huius conclusionis. Proponit ergo primo conclusionem: dicens, q si longitudo (.s.spatium) motusque indiuisibilis sunt. i. ex indiuisibilibus componunt necesse est & tempus indiuisibile esse. i. ex instantibus indiuisibilibus componi. Pro eodem.n.accipit, quod longitudo motus, aut tempus sint res indiuisibiles, & quod cōponantur ex indiuisibilibus nam si pars est indiuisibilis, totum est indiuisibile. Facit tres demonstrationes. Prima sumitur ex motu çque veloci: secunda ex proportione duorum mobilium inequalis velocitatis, tertia ex more loquēdi philosophorum. Illatio prima est huiusmodi. Si motus est diuisibilis, ille, qui in vna hora transit aliquod spatium, si sit çque velox, in minori tempore pertransiuit minus spatium, & per consequens tempus erit diuisibile, siquidem habet maius, et minus. Et si tempus est diuisibile, quo mobile mouetur per. A. spatium. A. erit pariter diuisibile. hinc sequitur intenta conclusio ex opposito consequentis ad oppositum antecedentis scilicet quod si neque spatium, neque motus sunt diuisibilia, nec tempus erit diuisibile. Sequitur continuo caput. 2.

DE TEMPORIS AC magnitudinis cūtinuatiōe & diuiosine. CAPVT. II.

QVoniam autem omnis magnitudo in magnitudines diuisibilis est (ostensum enim est, quod impossibile est ex indiuiduis aliquod continuū esse. magnitudo autem omnis: continua est) necesse est velocius in æquali tempore maius, & in minori æquale, & in minori plus transire. sicut definiunt quidā ipsum velocius. Sit.n.ipsum in quo A. eo in quo. B. velocius. quoniā igitur velocius est id, quod prius mutatur: in quo tēpore ipsum. A. mutatū est ab ipso. C. in ipsum. D. veluti in tempore F G. in hoc ipsum. B. nondum erit iuxta ipsum. D. sed circa erit. Quare in æquali tēpore plus trāsit ipsum velociº. Textus xj.

vide Caj phy. tex hunc locu

Caput secundū, quod tredecim textibus distributū est per septē quidē priores text. versatur inde mōstrationibus predicte cōclusionis: in reliquis vero tractat de rationē finiti & infiniti magnitudinis, & temporis secūda ergo demōstratio sumitur ex proportione duorū mobiliū. Sed prius (supposito ex dictis q omnis magnitudo est diuisibilis) iacitur trimēbre hoc fundamētū. Ex duobus mobilibus inęqualis velocitatis, velocius intēpore equall maius pertrāsibit spatiū: & in minori ęquale, & in minori plus. Hęc em (inquit) est definitio huius qō est esse velociº. Ait, sicut quidā definiūt non quia ambigat sed quia nō est definitio. nisi a posteriori & ab effectu. Subijcit exēplū primi. Si ipsum (inquit) inquo. i. ipsum. E. velocius sit eo, in quo. B. i. ipso. B. & A. in vna hora (quę sit. A E.) mouetur per spatium. A C. vsque ad. D. ipsum B in eodē tpe nō ptinget vsq; ad. D. sed erit citra. Fundamentum trimēbre.

At verò & in minori, plus illo. In quo eñ ipsum. A. fuit iuxta ipsum. D. ipsū. B. tardiº existēs erit iuxta. E. ergo, quoniā ipsum. A. iuxta ipsum. D. fuit toto intēpore. F G. iuxta ipsum. H. erit in minori, isto. & sit intēpore F K. ipsum igit C H: q trāsiuit ipsum. A. maiº est ipso. C E. tēpus aūt q est, F K. minus est toto F G. Quare in minore transiuit maius. Textus xij.

¶Subiūgit in hoc tex. 12. exēplum tertij mēbri. s. q velocius in minori tēpore pertrāsit maius spatiū. Detur enim, q. E. mobile in tēpore. F H. [qō sit vna hora] pertranseat totā longitudinē. C D. in quo tempore. B. in duplo tardius motum per transeat medietatem. s. C E. Tunc arguitur. Si A. in tempore. F H. pertransit totam lineam. C D in minori tēpore, quod sit. F K. [.s. in tribus quartis

tex. 10. ponit tres. an 3. grē et ait vō quod dixim de indiuidui ē de tēpe s. q nō dat tēpg mō diuisibile sed quo dato sēp. diuisibilem sēp diuisibilia pr̄ Accipio

quorū vnū sit Altero velociū et moueat p spo

tunc si argr si mobile tardū trāsit p spacium mali

ad quātumvis breui sequit q mobile velocius p trāsibit

spatium in breuiori tēpe et minori sed hoc est maig. ming

diuisibilis ita q. g. hoc tēpg ē diuisibile

tis hore] transiuit tres quartas lineę. s. a Ł. vsque ad. H. quod spacium maius est, quam Ł E. quod B. transibit in vna hora. Atque adeo. A. in minori tempore maius per transiuit spacium.

Textus xiij.

Manifestum est autem ex his: & quod ipsum velocius in minori tempore transiuit ęquale. Quoniam enim maiorem lineam in minori trāsit, quā id, quod tardius est, ipsum autem secūdum seipsum acceptum in pluri tempore maiorem minori, vt eam quæ est L M. ea quæ est. L O. maius vtique erit tempus. Q R. in quo. L M. transit, quā tempus. Q S. in quo lineam: L O. Quare si tempus. Q R. minus erit tempore Q Y. in quo id, quod tardius est. transit lineam. L O. & tempus. Q S. minus est eo, in quo. Q Y. nam tempore. Q R minus est. quod autem minore minus est, & ipsum minus est, Quare in minori, mouebitur per æquale,

¶ Adiecit tanden in textu. 13. exemplum secundi membri scilicet ꝙ velocius mobile in minori tempore transiuit ęquale. Et re vera [sine aliquo negotio] si. A. in minori tempore pertransit maius spatium quam. B. in minori, a fortiori poterit pertrāsire ęquale. Addit veruntamen duas alias rationes. Prima supponit duo, quę iam modo probata sunt scilicet ꝙ velocius mobile in minori tempore pertransit maius spacium quam tardius in maiori: & preterea, ꝙ idem mobile in maiori tempore plus transit, quam in minori. Quibus suppositis, formatur sic argumentum. Si. A. mouetur per totam lineam. L M. in tempore. Q R. detur [per primam suppositionem] ꝙ. B. in tempore maiori [quod sit. Q Y.] pertranseat minorem lineam scilicet. L O. Tunc sic. Si. A. in tempore. Q R. transit lineā. L M. in tempore minori ꝙ est. Q S (per secūdam suppositionem] trāsiuit. L O, Et cū Q S. tēpus sit min⁹, quā Q R. a fortiori erit min⁹ quā. Q Y. ꝙ erat maius. quā. Q R. & per consequens. A. in minori tempore transit ęquale spatium illi quod. B. transit in maiori.

Textus xiiij.

Amplius autem, si omne necesse quidem est aut in æquali tempore, aut in minori, aut in pluri moueri, & id quidem quod in pluri tardius est, quod autem in æquali ęque velox, velocius autem neque æque velox est, neque tardius. neque vtique in æquali neque in pluri mouetur ipsum velocius. Relinquitur igitur. in minori. Quare, necesse est æqualem magnitudinem in minori tempore transire, id quod velocius est.

¶ In textu. 14. adiungit ad idem exemplum secūdam rationem hanc. Datis duobus mouilibus. ꝙ per ęqualia spatia mouentur aut mouentur in tēpore ęquali, aut vnum in minori, quam alterum, aut in maiori: Id autem quod mouetur in maiori, est tardius mobile: & id quod mouetur in ęquali, est ęque velox: sed. A. neq; est tardius mobile, quā B. neque ęque velox, sed velocius: ergo neq; mouetur per ęquale spatium in maiori tempore, neque in ęquali: atque adeo sequitur vt moueatur in minori.

Textus xv.

Quoniam autem omnis quidem motus in tempore est, & in omni tempore possibile est moueri, omne autē quod mouetur, potest & velocius moueri, & tardius: in omni tempore erit ipsum velocius moueri, & tardius. His autem existentibus necesse est, & tempus continuum esse. Dico autem continuum, id quod est diuisibile in semper diuisibilia. Tali enim supposito cōtinuo: necesse est continuum esse tempus.

¶ In textu. 15. exsupradicto fundamento, quod tribus exemplis explicitum est, colligit Ph. conclusionem ꝙ quemadmodum magnitudo & motus, ita & tempus est continuum. i. diuisibile in semper diuisibilia. Hęc. n. (inquit) supponenda est esse definitio continui. Syllogizatur conclusionem hoc modo. Motus fieri non potest, nisi in tempore: qz est mensura motus, vt libz. 4. probatum est [eadem ratione econuerso in omni tempore potest esse motus] sed omnis motus potest esse velocior & tardior, ergo velocius & tardius reperitur in tempore tanquam in mensura. Et cum mensura] vt habetur. 10. meta tex. 2.] sit eiusdem generis cum mēsurato [non enim pannum metimur modio, sed vlna, quę est quantitas continua vt pannus, fit, vt si motus est quantitas continua, sit etiā & tempus.

¶ Sed est hic argumentū duplex. Primum. Si ex sola continuitate motus sequitur continuitas tēporis, eo ꝙ est eius mensura, quid opus fuit interserere illiam premissam de velocitate? Alterum est ꝙ non in omni motu inuenitur velocius & tardius, vt patet in motibus celorum. Ad primum respondetur, quod solum claritatis gratia facta est est mentio velocitatis. Nam maior & minor velocitas definitur per minus & maius tempus: minus autem & maius perspicatius ostendunt rem esse diuisibilem, vt tex. sequenti ocularius patebit.

¶ Ad secundum respondetur primo, quod licet motus eiusdem orbis non sit velocior & tardior, tamen motus superioris orbis velocior est motu inferiori. Ad rem tamen propinquius aliter respondet S. Tho. nempe quod Ph. loquitur de motu secundum generalem rationem motus: rationi autem motus nihil repugnat esse velociorem, aut tardiorem: sed in particulari ratione subiecti naturę cęli repugnat vt sit eius motus diffozmis. Quēadmodum quantitati in genere non repugnat diuidi in semper diuisibilia, & quodcunque recipere crementum licet cuilibet rei naturali, præsertim

prescriptus sit terminus augmenti, & decremẽti.

Textus xvj.

Quoniam enim ostensum est, quod velocius in minori tempore transibit æquale: sed id quidem in quo. A. velocius, id autem in quo. B. tardius, & sit motum id quod tardius est per magnitudinem in qua. CD. in tempore. FG. manifestum est igitur, quod velocius in minori quam hoc mouebitur per eandem magnitudinem. & sit motum in tempore. FH. Rursus autem quoniam hic quod velocius est in tempore. F H. transibit totam lineam. C D ipsum tardius in eodem tempore minorem transibit. Sit igitur in qua. C K. Quoniã autem ipsum tardius ꝙ est. B. intempore. F H. ipsam. C K. transiuit: id quod velocius est, in minori transibit. Quare iterum diuidetur tempus. FH. hoc autem diuisio: & magnitudo CK. diuidetur secundum eandem rationem si vero magnitudo, & tempus. Et semper hoc erit: accipientibus post velocius tardius. & post tardius velocius, & eo quod demonstratum est vtẽtibus. diuidet enim id quod est velocius: tempus. tardius autem longitudinem si igitur, semper quidem verum est conuerti, conuerso autem semper fit diuisio, manifestum est, qnod omne tempus continuum est. Simul autem manifestum est, quod & magnitudo omnis continua est, eisdem enim & æqualibus diuisionibus & tempus & magnitudo diuiditur.



¶In tex. hoc. 16. ingeniose sane demonstrat, ꝙ nõ solum tempus est diuisibile, quemadmodũ & magnitudo, & motꝰ, sed ꝙ diuisio magnitudinis, & diuisio tẽporis mutuo se consequatur. vt velocitas, motus sit in causa diuisionis tẽporis: tarditas vero, diuisionis magnitudinis. Supposito enim, inquit, exẽplo, tertio loco exposito. s. ꝙ velocius in minori tempore æquale transit spatium illi, quod tardius transit in maiori: sit. B. tardius mobile, quod trãsit magnitudinem. L. D. in tẽpore. F. H. manifestum est, quod. A. mobile velocius trãsibit eandem magnitudinem in tempore minori, puta F. H. Attende quonã modo velocitas, magnitudine indiuisa, diuidit tempus. Rursus si. A. transit totam lineam. L. D. in tempore. F. H. tũc. B. quia sit tardius est, in eodem tempore transibit minorem lineam, scilicet. L. K. Et nunc aduerte quemadmodum tarditas, tempore indiuiso, diuidit magnitudinem. Rursus si. B. in tempore. F. H. transit lineam. L. K. in minori tempore. A. velocius mobile transibit eandem lineam: & per consequens, non diuisa magnitudine, tempus. F. H. diuidetur. Quod si. A. in tempore minori quam. F. H. transit. L, K. tunc. B. in eodem tempore transibit minorem lineam. Et semper (inquit) ita continget accipiẽdo post velocius tardius, & post tardius velocius. Attentibus nanque simili demonstratione, compertum fiet, quomodo velocitas diuidit tempus, tarditas vero, magnitudinem spatij. Quod si ita se (inquit) conuersim habent magnitudo & tempus, manifestum est, quod omne tempus est continuum: & simul manifestũ est, quod omnis magnitudo est continua. Eisdem enim diuisionibus, vt dictum est, tempus & magnitudo diuiduntur in semper diuisibilia per velocitatem & tarditatem motus: cõtinuum autem iam dictum est, idem esse, quod diuisibile in semper diuisibilia. ¶Commen. in illis verbis [simul autem] intercedit text. decimum septimum. Ineptissime tamen, non aduertens eandem esse cõplexam conclusionem, quę simul ex eisdem præmissis infertur, & tempus esse continuum, & magnitudinem esse continuam.

Textus xvij.

Ampliùs autem & ex consuetis rationibus dici, manifestum est: quod si tempus continuum est, quòd & magnitudo, siquidem in dimidio tempore dimidium transit, & simpliciter in minorî minus. eædem nãq; diuisiones erunt temporis & magnitudinis.

¶In particula ista text. 17. [vbi aptior fuisset textus distinctio] probat tertia ratione principalem conclusionem ex modo loquendi consueto. Nam quicquid vniformi motu in aliquo tempore pertransigit certum spatium, in dimidio tempore trãsit dimidium spatium: & in tertia parte temporis, tertiam partem spatij: & in quarta, quartã: & ita proportionabiliter ad diuisionem temporis sequitur diuisio magnitudinis et econuerso. Et per consequens si vnum est diuisibile, est pariter & alterum.

Textus xviij.

Etsi alterutrum infinitum est: & alterum, & vt alterũ. vt si extremis quidem infinitum est tempus: & longitudo extremis. si verò diuisione: & diuisione longitudo. si autem vtrisq; tempus: vtrisq; & magnitudo.

¶Stabilita iam satis conclusione prima. s. ꝙ eodem modo, quo magnitudo, est & tempus diuisibile, in quatuor textibus subsequentibus ostendit eandem esse vtriusque rationem de infinitate. Est enim infiniti duplex genus, aut quia caret extremis punctis. s. quia est quantum non terminatũ: & hoc appellat hic infinitum extremis: alio modo accipitur infinitum diuisione, quia. s. est diuisibile in semper diuisibilia sine termino: quod nunc patur infinitum in potentia. Quemadmodum

Duplex infinitum.

lib. 3. phy. c. 4.

34

quodcunque continuum est infinitum. Fit ergo, quod si magnitudo est infinita, & tempus est infinitum & econuerso. Et eo modo, quo vnum est infinitum, est & alterum. vt si vnum est infinitum carens extremis erit & alterum. Nam per infinitam lineam non potest quippiam moueri, nisi tempore infinito: & quicquid mouetur tempore infinito mouetur per infinitam lineam: aut rectam, si recte mouetur: aut infinitis circulationib⁹, si moueatur circulariter.

Textus. xix. Quapropter Zenonis ratio falsum accipit, non esse possibile infinita pertransire, aut tangere infinita secundum vnum quodque finito in tempore. dupliciter enim dicitur & longitudo, & tempus, infinitum, & omnino omne continuum, aut secundum diuisionem, aut extremis. Infinita igitur secundum quantitatem, non contingit tangere in tempore finito. quæ vero sunt infinita secundum diuisionem cõtingit. etenim: ipsum tempus sic infinitum est. Quare in infinito & non finito, accidit transire infinitum, & tangere infinita, infinitis non finitis. Neque ergo infinitum, potest in tempore finito transire, nec in infinito, finitum. Sed si tempus quidem infinitum sit, & magnitudo erit infinita & si magnitudo & tempus.

¶ Ex distinctione posita infiniti respondet sophistico cuidam Zenonis argumento, quo probare contendebat nullum continuum quantuncunque paruum [si modo infinita instantia contineat, infinitasque partes] posse per transiri minori tempore, quam infinito. Nam si infinita (inquit) sunt instantia inpedali, necesse est vt mobile singula tãgat: quod cum sint infinita, fieri non potest nisi in tempore infinito. Respondet Phi. q. dupliciter vt dictum est] aliquid est infinitum scilicet autdiuisione, aut quia caret extremis. Illud infinitum quod caret extremis tangit totum, ac pertransiri non potest intempore finito: sed illa, que diuisione sunt infinita transiri possunt tempore finito. Nã vt in magnitudine finita infinita sunt puncta, ita in tempore finito sunt infinita instantia. Solutio quidem vera quam dabit lib. 8. non est hęc sed qõ in magnitudine finita non sunt infinita puncta & partes in actu, sed solum inpotentia: & ideo non numerantur sigillatim per motũ: sicut nec instãtia temporis. Hic tamen solum respondet ad hominem: quoniam sicut arguebat Zeno infinita pũcta esse in magnitudine finita, aduertere debuisset & etiam intẽpore finito esse eodem modo infinita instantia: atque adeo non esse maiorem magnitudinem, quam est tempus. Et ideo concludit, qõd infinitum [scilicet magnitudine] accidit transire non tempore finito, sed infinito: infinita vero puncta, quę sunt inpotentia accidit tangere, non instantibus finitis, sed infinitis, quę sunt pariter in potentia intempore. Ac denique incalce textus statuit conclusionem, quod neque infinitum spatium potest mobile transire tempore finito neque econuerso, per spatium finitum potest moueri tẽpore infinito: sed [vt in principio propositum est] si tempus est infinitum, magnitudo erit infinita: & conuersim si magnitudo est infinita, & tempus est infinitum.

Textus. xx. Sit enim magnitudo finita in quo AB. tempus autem infinitum in quo C. Accipitur igitur temporis aliquid finitum in quo C. D. in hoc transibit aliquid magnitudinis. & sic quod transitum est in quo. AE. hoc autem, aut mensurabit id in quo. AB. aut deficiet. aut excedet, differt enim nihil, si enim semper æqualem ei quæ est. AE magnitudinem, in æquali tempore transib it, hoc autem mensurat totum finitum erit omne tempus, in quo trãsibit. in æqualia enim diuidetur, sicut & magnitudo.



¶ Demonstrat dictam conclusionem: & primo primam partem duabus rationibus, videlicet, quod si tempus est infinitum, magnitudo est infinita. Nam detur oppositum, quod per magnitudinem finitam moueri quippiam potest intempore infinito. Et sit illa magnitudo. A, B. in cuius transitu consumitur tempus. C. infinitum. Tunc signata vna parte illius temporis infiniti [quę sit. C D. manifestum est, q̃ in illa parte transitur vna pars totius lineę: quę pars sit AE. Quodato, sic arguitur. Aut illa pars. AE. mensurabit totam lineam AB, aut deficiet, aut excedet. Partem mensurare totum, est esse partem aliquotam, quę aliquoties sumpta reddit adęquate totum. vt binarius sexies facit duodecim: & ternarius quater: & quaternarius ter. Pars deficiens est, quę aliquoties sumpta non adęquat totum: & excedens est illa, quę aliquoties sumpta, superat totum. Unde eadẽ pars est deficiens & excedens: vt ternarius respectu octonarij est deficiens, quia bis sumptus, non attingit octo, & ter sumptus, excedit. Fit vero, q̃ nihil refert quomodo se habeat illa pars. Si enim aliquoties sumpta reddit totũ adęquate, pariter pars temporis. C. D. toties sumpta adęquabit totum tempus, quo pertransitur tota linea. A, B. & per consequens si linea est finita, tempus est finitum. Si vero. AE. non sit pars aliquota, aliquoties sumpta excedet totam lineã: vnde eadem ratione pars temporis. C. D. superabit totum tempus, quo pertrãsitur tota linea. Et per consequẽs repugnat, q̃ per lineam finitam aliquid moueatur tempore infinito.

parte mensurante totum

pars deficiens

Ampliùs autem, si non omnem magnitudinem in infinito tẽpore transibit, sed contingit aliquam & in finito transire, vt eã, quæ est. AE. hæc autem mẽsurabit totam: & æqualem in æqua

Textus. xxj.

li transibit

li transibit. quare finitum erit & tempus. Quod autem nõ in infinito transibit eam, quæ est. A E. manifestum est si accipiatur altera ex parte finitum tẽpus. Si. n. in minori, partẽ trãsibit: in hanc necesse est finitã esse, altero quidem termino existente.

¶ In tex. 21. adhibet demonstrationem secundam nihil differentẽ a prima, sed repetit eam, vt respõdeat cuidam obiectioni, qua quis posset eam inficiari. ¶ Demonstratio est hęc. Quanuis ita per impossibile daretur, quod aliqua magnitudo finita transiretur tempore infinito, negari tamen nõ potest, quin aliqua magnitudo finita trãseatur tẽpore finito, vt experiencia cõpertum est: & in motibus naturalibus, & in volunrarijs. Quod si dederis illam (.v.g.) esse A E. partem totius magnitudinis, iam monstratum est, quod quemadmodum illa aliquoties sumpta reddit, aut superat totam magnitudinem. ita tempus finitum, qua illa transitur, adequat, aut superat totum tẽpus, quo tota magnitudo. A. B. transitur: & per consequẽs totum tempus est finitum sicuti magnitudo. At vero si proteruus quispiam dixerit, quod mobile transiens tempore infinito totam lineam. A, B. non transit partem. A E. tempore finito, sed similiter infinito: hoc (inquit) manifeste est falsum, si accipiatur ex altera parte tempus finitum, idest si versus aliud extremum signetur quęuis particula quantuncunq; parua, quę transeatur tempore finito. Quod necesse est dare: nam (vt modo dicebamus experientia compertum est tempore finito aliquam magnitudinem finitam posse transiri. Hoc enim dato, arguitur sic. Si mobile in minori parte temporis transit partem magnitudinis, quam totam magnitudinem (quod per se notum est) & tempus, quo transit reliquam partem magnitudinis versus aliud extremũ, scilicet partem. E, B. est finitum: fit, vt tempus, quo trãsitur pars. A E. sit finitum. Nam sicut illa minor pars magnitudinis habet proportionem finitã ad maiorem, ita & pars temporis, quo illa transitur. habet proportionem finitam ad aliam partem temporis. Ordinetur ergo sic illata illa conclusio. [Hanc (scilicet partem temporis, qua transitur pars magnitudinis. A E.) necesse est esse finitam, altero termino existente] idest cum altera pars temporis, qua transitur. E, B. habeat terminũ, idest sit finita.

Eadem autem demonstratio est, etiam si longitudo quidem infinita sit, tempus autem finitum. ¶ Manifestum est est igitur ex dictis: quod neque linea, neque planum, neq; omnino continuorum vllum erit indiuiduum: non solùm propter id, quod nunc dictũ est: sed & quia accidet diuidi indiuidiũ.

¶ Simili, inquit, demonstratione cõstare potest secunda pars conclusionis: nempe, q̃ si magnitudo est infinita, tempus ad eius trãsitum requisitum sit infinitum. Hãc detur oppositum consequentis cum antecedente. s. q̃ spatium infinitũ peragatur tempore finito: & signetur vna quęuis pars finita illius magnitudinis infinitę: illa [certũ est] transibitur aliqua parte illius temporis: & cũ pars illa tẽporis finiti aliquoties sumpta, aut adequat, aut superat totum tẽpus: & in similibus partibus temporis similes partes magnitudinis transeuntur, sequitur, q̃ pars etiam illa magnitudinis aliquoties sumpta, aut adequabit, aut excedet totã magnitudinem illo tempore per transitam: & per consequens ex finitate temporis, sequitur finitas magnitudinis. Concludit ergo conclusionem principaliter intentam in his duobus capitulis, q̃ neq; linea, neq; superficies, neq; continuorum vllum. s. corpus, aut motus, aut tẽpus est indiuisibile: non solum propter rationes factas, quibus impossibile esse monstratum est vt continuum componatur ex indiuisibilibus, sed propter nouã, quę textu sequenti subiungitur: nempe, quia tunc sequeretur contradictio hęc, q̃ indiuisibile esset diuisibile.

Quoniam enim in omni tẽpore velocius & tardius est, velocius autem plus transit in æquali tempore, contingit autem & duplam & hemioliã transire longitudinem (erit enit hæc ratio velocis) feratur igitur id quod velocius est per hemioliã in eodẽ tẽpore, & diuidantur magnitudines, eæ quidẽ, quę velociores sunt, in quo. A, B. B, C. D. in tres impartibiles, quę verò sunt tardioris in duas, in quibus. E, F. F, G. Itaque, & tempus diuidetur in tria impartibilia. æqualem enim: in æquali tempore transibit. Diuidatur igitur tempus: in K, L. L, M. M, N. Rursus autem quoniã tardius delatũ est per. E, F. F, G. igitur & tempus diuidetur in duas partes. diuidetur ergo id, quod impartibile est: & quod impers est, non in impartibili trãsibit, sed in pluri. Manifestum est ergo, quod nullũ cõtinuorũ est impers. Textus. xxiij.

Demõstrat ergo tandẽ in hoc tex. 23. id, qõ in casce superioris dixerat: nẽpe q̃ si continuũ aliquod [aut aliqua eius pars] esset indiuisibile, tunc indiuisibile diuideret. Supponantur. n. duo ex suprà dictis. s. q̃ in eodẽ tẽpore potest dari vnus motus velocior, alter vero tardior: item, q̃ velociori motu in eodẽ tempore plus pertransitur, q̃ tardiori. Et præterea tertio supponitur. q̃ vno motu potest in eodẽ tẽpore pertrãsiri magnitudo maior, quã alio motu, aut scõm duplã proportionẽ, aut scõm hemioliam. i. scõm sesquialterã [qualis est trium ad duo.] Et tunc qualis ratio, id est proportio fuerit inter magnitudines pertransitas, talis est et inter velocitates motuum. Detur ergo. q̃. A. mobile in sesquialtero velocius, quã. B. moueatur per latitudinem constantem ex tribus partibus (secũdum opinionem (indiuisibilibus: quę sunt. E, B. B, L. L, D. & manifestum est, q̃ tempus illius motus itidem

tus itidem diuidetur in tres partes indiuisibiles puta. K.L.L.M. M, M. Rursus cum. B. mobile sit in subsequi altero minus velox, in eodē tempore pertransibit magnitudinem ex duabus partibus indiuisibilibus. s. E, F. F, H. ⁊ per cōsequēs partem. E. F. transibit in medietate temporis. s. in vna parte cum dimidia illarum trium, in quas diuisum fuerat, ⁊ aliam partem magnitudinis in alia parte cum dimidia temporis. Unde manifeste colligitur, quod illa media pars temporis. L, M. quę asserebatur indiuisibilis. diuidit in duas partes. Quę est contradictio. Sequitur hic quęstio prima.

QVOD NVNC TEMPOris sit indiuisibile in quo nihil mouetur.

CAPVT. III.

Textus. xxv.

NEcesse est autem, & ipsum nunc, quod non secundùm alterum, sed per se, & primū dicitur, indiuisibile esse, & & in omi tēpore tale in esse. Est enim vltimū quoddam præteriti, cuius versus hæc, nihil futuri est: & rursus futuri: cuius versus illa, nihil est præteriti: quod vtiq; diximus vtrorumq; esse terminum. ¶ Hoc autem si demōstretur, ꝙ huiusmodi est. per se & idem, simul manifestum erit & ꝙ indiuisibile est.

¶ Præfixa in superioribus conclusione, ꝙ, vt aliorum quodcunq; continuorum, ita ⁊ motus est diuisibilis in semper diuisibilia, in duobus sequentibus capitulis (quod secundū membrū libri huius est) agere intendit de diuisione motus. In hoc ēm tertio (quod nouem textibus cōcluditur) præmittit suppositiones tres ad rem necessarias, ⁊ in sequenti ad rem in particulari descendit. ¶ Suppositio ergo prima in hoc tex. 24. est, quod id temporis, quod nunc per se primo est, non est nisi indiuisibile: ⁊ in quocunq; tempore est huiusmodi indiuisibile. Ubi adnotādum est, ꝙ modo nō solum est instans præsens, sed ⁊ hora, ⁊ dies, ⁊ mēsis, ⁊ annus, sunt præsentes. Differt tñ, ꝙ hora nō est nunc per se primo præsens: quia nō est præsens secundum se totam, sed secundū instans, quo pars eius præterita continuatur cum futura. Et pariter dies, ⁊ mensis ⁊ annus. Instans vero est præsens per se primo. quia est nunc: non ratione alterius, sed per se totum. Eo modo, quo indiuisibile dicitur totum, idest ꝙ nihil illius est, nisi modo. Hoc autem probat hac ratione. Necesse est enim (inquit) signare vltimum terminum totius temporis præteriti, vltra quem nulla sit pars reliqua temporis versus nos. Et ęqua ratione necesse est signare terminum vltimum tēporis futuri, vltra quem nulla versus nos sit pars illius temporis. Quem quidem terminū necesse est vtriusq; temporis esse vnum atq; præsentem: nam ⁊ præteriti tempus, ⁊ futurum huc terminatur. ¶ Unde subiungit in text. 25. ꝙ si demonstretur aliquid esse huiusmodi, quod per se primo sit modo terminus vtriusq; differentię temporis, manifestum erit illud esse indiuisibile.

Textus. xxvj.

Necesse est igitur idem esse, ipsum nunc: quod vltimū vtrorunq; tēporū est. si enim alterum est: consequenter non erit alterum alteri, propterea ꝙ continuum nō est ex impertibus, si autem seorsum est vtrunq;: inter ea erit tempus. Omne enim cōtinuum huius modi est: vt aliquid sit vniuocū inter fines. At verò si tempus medium est: diuisibile erit: omne enim tēpus, ostēsum est, ꝙ diuisibile sit. Quare: diuisibile erit ipsum nunc. Si autem diuisibile est ipsum nūc: erit aliquid præteriti in futuro, & futuri in præterito, secundum quod enim diuidetur: hoc terminabit præteritum & futurum tempus.

¶ Prosequitur igitur in hoc tex. 26. mōstrare terminum præteriti ⁊ futuri temporis esse eundem: illaturus inde, esse indiuisibilē. Quod autem sit idem, probatur. Si enim sunt distincti termini alter præteriti, ⁊ alter futuri, aut sunt consequēter se habentes, ita vt inter illos nihil mediet sui generis (nam vt lib. 5. tex. 25. visum est, hęc sunt consequenter se habētia) aut aliquid inter eos est medium. Si nullum est medium, sequitur continuū componi ex indiuisibilibus: quoniam essent tunc duo nunc immediate se tangentia in continuo: nā tempus præteritum, ⁊ futurum cōtinua sunt. Si vero aliquid mediat inter illos terminos, esse nō potest, nisi tempus. quia cum tempus præteritum, ⁊ futurum sint continua: ⁊ continua esse non possunt, nisi ea quę sunt eiusdem speciei, ⁊ vniuoca [vt lib. 5. tex. 29. expositum est] interesse inter dictos terminos non potest, nisi tempus. Quod impossibile esse probatur hoc modo. Si tēpus mediat, illud est diuisibile: nam iam probatū est omne tempus esse diuisibile: ⁊ cum quicquid intercipitur inter præteritum in futurum sit nūc [nunc enim nihil aliud est, quam præsens, qō nec præteritum nec futurum est] consequens est, vt ipsum, nunc, sit diuisibile. Id autem esse impossibile probat tribus rationibus. Prima est. Si nunc est diuisibile, sequitur, ꝙ aliquid præteriti temporis est in futuro, ⁊ aliquid futuri est in præterito: quod cōtradictio est. Sequela probatur: quia cū, nunc, sit finis præteriti temporis totum, nunc est in præterito tanquā eius terminus: ⁊ cum sit etiā initium futuri, totum etiam est in futuro. Si vero, nunc, diuidatur, necesse est vna pars tota sit in præterito, ⁊ alia tota sit in futuro: ⁊ sic aliquid futuri est in ꝑterito, ⁊ aliqd præteriti est in futuro. ¶ Sed percontaris. Munquid hoc quoq; verū est, esto, nunc, sit indiuisibile: est enim illud, nunc, aliquid vtriusq;: puta finis vnius ⁊ initiū alterius: ⁊ per consequens est in vtroq;. Respōdetur hoc verum esse, sed est in vtroq; tanquā præsens termin⁹

Tres suppositiones.
Conclusio pri.
Nūc est indiuisibile.

vtriuſq; ſi vero eſſet diuiſibile, inconueniens, qđ ſequit eſt, q aliqua pars temporis futuri. ſ. termini eius, eſſet iam tranſacta in præteritum, & aliqua pars temporis præteriti eſſet adhuc futura.

Textus. xxvij. Simul autē, nec pſe erit ipſum nūc: ſed per alterum. Diuiſio enim: non eſt ipſius, quod per ſe eſt. Ad hæc autem, ipſius nunc, hoc quidem præteritum erit, illud autem futurum: & non ſemper idem præteritum aut futurum. neque igitur ipſum nunc: idem. Multipliciter enim diuiſibile eſt tempus.

¶ Secūda, tertiaq; ratio eſt in hoc tex. 27. Secunda eſt hęc. Si nunc, eſſet diuiſibile, non eſſet id, qđ per ſe primo eſt, nūc, nam ſi diuideret, diuiſio eſſet in partem præteritā, & partē futurā: & per conſequens non ſcđm ſe totū mediaret inter præteritum & futurū, nunc, autē eſt id, qđ per ſe primo ſecūdum ſe totū modo eſt, ita vt nihil illius ſit præteritum, vel futurū, ſed totū præſens. Repugnantia ergo eſt, vt ſit per ſe primo, nūc, & tamen ſit diuiſibile. ¶ Tertia ratio eſt huiuſmodi. Si, nūc, eſt diuiſibile, diuiſio eſt (vt modo dicebamus) in partē præteritā, & partem futurā: præteritū vero, & futurum non dicit rem ſemper. i. inuariabiliter vnam exiſtentem: imo dicit fluxum, & varietatem quandam quod autem intelligimus nomine, nunc, eſt quid ſimpliſſimū & inuariabile, nihil habens præteriti, aut futuri, ſed totum præſens.

Textus. xxviij. Quare ſi impoſſibile eſt hæc ineſſe ipſi nūc: neceſſe eſt idem eſſe, quod in vtroq; eſt, nunc. At verò ſi idem eſt: manifeſtum eſt, q & indiuiſibile eſt. ſi enim diuiſibile eſt: rurſus accident eadem, quæ & prius.

¶ Concludit ex dictis in hoc tex. 28. concluſionem in principio propoſitā, videlicet, q ſi ea inconuenientia, quę allata ſunt impoſſibile eſt ipſi, nunc, accidere, cōſequens eſt, vt ipſum, nūc, ſit vnū, quod ſit & præteriti temporis finis, & initium futuri. Atq; adeo ſi eſt vnū, ſubſequit, vt ſit indiuiſibile. Alias in eadem, quę recitata ſunt, inconuenientia recidetur. Et hęc eſt prima ſuppoſitio huius capituli

Textus. xix. Quod igitur ſit aliquid in tempore indiuiſibile, quod dicimus eſſe ipſum nunc, manifeſtum eſt ex ijs, quæ dicta ſunt. ¶ Quod autem nihil in ipſo nūc mouetur: ex his manifeſtum eſt. Si em̄ eſt: contingit & velocius moueri in ipſo, & tardius. Sit igitur ipſum nunc, in quo. D. moueatur autem in ipſo id, qđ velocius eſt, per lineam. A B. ergo qđ tardius eſt in eodem per minorem ea quæ eſt. A B. mouebitur, vt per. A C. Quoniam autem tardius in toto ipſo nunc motum eſt per. A C. velocius in minori, quàm hoc mouebitur. quare diuidetur: ipſum nunc. ſed erat indiuiſibile. Non ergo eſt moueri: in ipſo nunc.

¶ Secūda ſuppoſitio eſt, q in ipſo, nunc, temporis nihil poteſt moueri: & ſubinde neq; proprie quieſcere. In hoc textu probat, id prius de motu, & poſtea in ſubſequentibus de quiete. Reſumpta ergo ſuperiori ſuppoſitione. ſ. q in ipſo tempore ſit aliquid indiuiſibile, qđ dicit, nunc, adūcit ſcđam. ſ. q in illo nihil mouetur. ¶ Probatio eſt hęc. In quocūque tempore eſt motus, eſſe proinde poteſt & velocior & tardior, quę ſunt accidentia motus: in ipſo, nunc, eſſe nequit velocior motus ac tardior: ergo neq; ſimpliciter motus. ¶ Probatur minor. Si in ipſo, nunc (qđ vocetur. D.) eſſe pōt motus velocior & tardior, ſit, q velocius mobile pertranſeat in eo lineam. A B. & mobile tardius in eodē lineā minorem. B C. Tunc ſi mobile tardius in ipſo, nūc, trāſit lineam. B C. velocius pertranſibit eandem in parte ipſius, nunc, & per conſequens ſi in ipſo, nūc eſt motus, ipſum, nunc, eſt diuiſibile: ſed probatū eſt eſſe indiuiſibile: ergo moueri in illo quicquā, eſt impoſſibile.

Scđa concluſio nihil in inſtanti mouetur.

At verò: neq; quieſcere. Quieſcere enim dicebamus id, quod aptū eſt natura moueri, & non mouetur quando aptum natura eſt, & vbi, & quo pacto. Quare quoniam in ipſo nunc nihil aptum eſt natura moueri, manifeſtū eſt, q neq; quieſcere.

Textus. xxx.

¶ Probat cōſequenter, q neq; in ipſo, nūc, contingat aliquid quieſcere, tribus rationibus. ¶ Prima eſt. Quieſcere, cum ſit priuatio motus, non eſt, niſi in eo, quod aptum natū eſt moueri, & vbi aptum eſt moueri, & eo pacto, quo aptū eſt moueri, ſicut lapis nō eſt cęcus, qz non eſt aptus videre: neque canis ante nonū diem, qz tunc non eſt aptus videre: neq; homo, qz caret viſu aquilę, eſt cęcus: quia non eſt aptus illo pacto videre, ſed nihil in ipſo, nūc, eſt aptum moueri. ergo neq; in ipſo quieſcit, ſed in tempore.

Prima ratio

Ampliùs ſi idem nunc in vtriſq; tēporibus eſt, contingit autē in hoc quidem moueri, in illo autē quieſcere toto, id autē, quod in toto mouetur tēpore, in quouis mouebitur eorū, quæ huius ſunt, ſecundùm q aptum eſt natura moueri, & quieſcēs ſimiliter quieſcet: accidet idem ſimul quieſcere & moueri: idem enim vltimū tēporum vtrorūq;: ipſum nunc eſt.

Textus. xxxj.

¶ Secūda ratio eſt huiuſmodi. Si aliquid poſſet quieſcere in inſtanti, eadē ratione (vt dictū eſt poſſet etiam in illo moueri. Quo dato, ſequeret, q ſimul poſſet in eodē, nūc, res moueri & quieſcere. ¶ Probatur ſequela. Idem, nūc, eſt quodā modo in

duobus tẽporibus tanquã finis præteriti, & initiũ futuri: & cõtingit nonnũquã aliquid in toto tẽpore præterito moueri vsq; adhoc instans, & hinc in toto futuro quiescere: id autem, qđ in toto tempore mouetur, in quocunq; illius tẽporis mouetur: & per cõsequens qđ tẽpore præterito mouebatur, nũc mouetur: & eadem ratiõe qđ in toto tẽpore hinc futuro quiescit, nunc quiescit: atq; adeo idẽ simul mouetur, & quiescit. ¶ Notandũ est hic tñ, q̃ hæc ratio non procedit, nisi ad hominem cõtra illũ, qui cõcederet in instanti posse esse motum, & posse esse quietem: nam tunc motus præteritus terminaret intrinsece ad hoc instans per vltimũ sui esse: & cũ non sit maior ratio de vno quã de alio, arguit, q̃ deberet etiã quies futura terminari huc intrinsece per primum sui esse. At rei veritas est, q̃ tam motus præteritus, quã quies futura terminat extrinsece in instanti præsenti: qđ est primũ non esse motus, & vltimũ non esse quietis. Et ideo nõ valet cõsequentia, nunc res non mouet: ergo nunc quiescit, nisi dicas in hoc tempore nõ mouetur. Sed de hoc quæstione secunda.

Textus xxxij.

Amplius autẽ, quiescere quidem dicimus id, quod similiter se habet & ipsum & partes: nunc & prius. in ipso autem nunc, non est prius, quare neque quiescere. Necesse est ergo, & moueri id, quod mouetur, in tempore: & quiescere id, quod quiescit. ¶ Quod autem mutatur, omne diuisibile esse necesse est. Quoniam em̃ & quodam in quod dam omnis mutatio est: & cùm quidẽ est in hoc, in quod mutatũ est, non amplius mutatur. cum autem est in eo, ex quo mutatur: & ipsum, & partes non mutantur: quod em̃ similitet se habet, & ipsum, & partes, id non mutatur. necesse est igitur, hoc quidem aliquid eius, quod mutatur, in hoc est: aliud vero in altero. Neq; enim in vtrisq;: neq; in neutro totum esse possibile est. dico autem in quod mutatur primum secũdùm mutationem: vt ex albo fuscũ, nõ nigrum, nõ enim necesse est id, quod mutatur, in vtrouis esse extremorum. Manifestum igitur est, q̃ omne id, qđ mutatur, erit diuisibile.

¶ Tex. hic. 32. duas habet particulas. Prima continet rationem tertiam ad præfatam cõclusionem, quę sic habet. Quiescere idem est, qđ nec nũc, nec immediate prius moueri, aut nec nũc, nec immediate post hoc (qđ. q. 2. examinabit) sed in vno instãti, cũ sit indiuisibile, nec datur prius, nec posterius: ergo in vno instanti nõ potest esse quies. ¶ In secũda particula (vbi congruentius facta fuisset text. diuisio) subiungitur tertia cõclusio huius capitis: nempe, q̃ omne, qđ mouet, necesse est esse diuisibile, indiuisibile enim moueri non põt motu physico. Ratio est hęc. Omnis motus est a quodam in quẽdam terminũ: ergo quando aliquid mouetur, nõ est totũ in termino a quo, nec totũ in termino ad quẽ. Patet cõsequentia, qr qđ similiter se habet scõm se & suas partes, non mouet: cum moueri sit ab vno in aliud fluere: quando vero totũ est in termino a quo vel in termino ad quẽ, totũ & partes similiter se habent: ergo tunc non mouetur. Rursus. Id, qđ mouet, nec est totum in termino a quo, nec in termino ad quẽ: ergo est partim in termino a quo, & partim ĩ termino ad quẽ: atq; adeo necesse est, vt habeat partes. ¶ At posset quis obijcere, q̃ stat id, qđ mouet, non esse scõm partem in termino a quo, & secundum partem in termino ad quẽ. Vt dato spatio tripedali inter quatuor puncta. AB C D. & mobile pedale moueat a prima pedalitate. AB. ad vltimã. C D. quãdo fuerit in media, quę est. BC. nullam partẽ habet in termino a quo, nec in termino ad quem. Eadẽ ratione si aliquid moueat ab albo in nigrum, quãdo fuerit fuscum, nullam partẽ habet sub albedine, nec aliquã sub nigredine. Huic respondet Phi. q̃ intelligit de termino ad quem, in quem primũ mouet, id est qui proximus est termino a quo. vt si mouet a prima pedalitate. AB. in secundam. BC. necesse est, durante toto tempore motus, partem mobilis esse in parte primę pedalitatis spatij, & partem esse in parte alterius pedalitatis. Et pariter si proximus terminus succedens albo est fuscum, quãdiu mouetur ad fuscum, necesse est, vt aliqua pars mobilis sit alba, & alia fusca. Nam quãprimum totum fuerit fuscum, cessabit motus ad fuscum. Hęc autẽ q. secunda exactius disseruntur.

Tertia conclusio. Omnẽ qđ mouet, est diuisibile.

obiectio

solutio

DE DIVISIONE MOTVS. CAPVT. IIII.

Textus xxxiij.

MOTVS Autem est diuisibilis dupliciter: vnoquidẽ modo, tẽpore: alio verò secũdũ motus partiũ eius qđ mouet. Vt si ipsum. AC. mouetur totũ: & AB. mouebitur, & BC. Sit igitur ipsius quidem. AB. motus. DE. ipsius autem. BC. EF. motus, partium. necesse est igitur totum in quo. DF. ipsius. AC. esse motum. mouebitur enim secundùm hunc: quippe cùm vtraque partium moueatur secũdum vtrũque. Nihil enim: mouetur secundũ alterius motum. Quare totus motus: totius est magnitudinis motus.



Dupliciter diuidit motus.

¶ His præiactis quatuor cõclusionibus in capite quarto, qđ septẽ textus cõtinet, descendit ad diuisionem motus. Proponens statim in hoc text. 33. q̃ dupliciter diuiditur motus. vno modo diuisione temporis in partẽ præteritã & futurã, & aliomodo ad dis

ad diuisionem subiecti: secundum qš vna pars mobilis alia parte motus mouet, quã alia pars. Motus enim aut cõsideratur generaliter in quãtum accidens, & secundum hoc, quia (vt iam modo dicebatur) omne qš mouetur, est diuisibile, motus extendit per totũ mobile sicut albedo. Loquimur de illo ac si esset res distincta, sicut albedo. Nam licet non distinguat, nisi sicut diximus. lib. 3. nihilominus diuiditur ad diuisionẽ subiecti. Alio modo cõsiderat secundum ꝓpriam rationem motus, quę est res successiua: & sic diuidit diuisione temporis, qua mobile priori parte motus transit priorẽ partem spatij, & posteriori transit posteriorẽ. ¶ Sed est (vt bene notat. S. Tho.) adnotandũ, q diuisio motus secundum diuersas partes mobilis, tripliciter põt intelligi. Uno modo, q vna pars prius moueatur quã alia: & hoc nõ est possibile, quando totũ continuum mouetur. vt si tripedale moueat, eodem instanti, quo incipit moueri prima pars, incipit moueri secunda. Quare isto modo non est diuisio motus secundum partes mobilis. Scõo modo põt intelligi scõm aliquod signũ fixum in spatio: vt qñ sol oritur per lineã orizontis, prius apparet prima medietas solis, quã scõa. Et neq; de ista loquit Aristo. q; illa pertinet ad successionem tẽporis: sicut quãdo lignũ calefit, prius recipit calorẽ pars propinquior igni, quã remotior. Tertio ergo modo intelligitur diuisio motus, sicut aliorũ accidentium. Ut enim aliam partẽ albedinis habeo in facie, aliam in manu, ita & aliam partẽ motus habeo in facie, & aliã in manu. Demonstrat ergo primo diuisionẽ motus ad diuisionẽ mobilis tribus rationibus. ¶ Prima est in hoc textu. Sit enim mobile bipedale. A B C. Si totũ mouet, sequitur et q prima pedalitas. A B. & secũda. B C. pariter moueantur. Signetur ergo pars motus, q̃ subiectat in parte. A B. & sit illa. D E. & pariter motus que subiectat in parte. B C. sit. E F. Et inde tũc sequitur, q totus motus, quo. A B C. mouetur, sit. D. E F. si quidem partibus mobilis sigillatim respõdent partes motus. Ergo sicut mobile. A B C. diuiditur in partes. A B. & B C. ita & motus in. D. E. & E F. & per consequens ad diuisionem mobilis sequitur diuisio motus.

Textus xxxiij. Amplius autem, si omnis quidẽ motus alicuius est, totus autem motus in quo. D F. neq; partium est alteri^b (partis enim vterq; est) neque vllius alius. (cuius enim totus, totius: & partes partium sunt. partes autem motus. D F. sũt partium. A B C. & non aliorum. pluriũ enim: non est vnus motus) & totus vtique erit magnitudinis. A B C.

¶ Secunda ratio est hęc. Omnis motus, alicuius mobilis est motus: sed totus motus. D E F. esse nõ potest, nisi totius mobilis. A B C. Ergo respondetur motus diuiditur ad diuisionẽ mobilis, vt vna pars motus respõdeat vni parti mobilis, & alia alteri. ¶ Probat minorẽ, q; totus ille motus nõ est alterius partium, id est, neutra pars illius mobilis mutat toto illo motu [partis enim vterq; est] id est, vtraq; pars motus est pars ptis mobilis. vt pars A B. moueat solo motu. D E. & pars. B C. moueatur solo motu. D F. [neq; vllius alius]. Alius gentiuus est. vt sit sensus, q ille totalis motus non potest esse cuiuspiam alius mobilis. nam cuius mobilis est totus motus, illius partium sunt & motus partes. Cũ ergo partes totius motus. D E F. sint motus partium huius mobilis. A B C. non potest totalis motus esse alterius mobilis, quam huius. Quę erat minor probanda.

Amplius autem si est quidem toti^o motus alius vt in quo. G K. remouebũtur ab eo vtrarumq; partium motus. hi autem equales erunt motibus. D E, E F. vnus enim, vnius est motus. Quare si totus quidem diuidetur, qui est. G K. in partium motus, equalis erit. G K. motui. D F. Si verò supereſt aliquid, vt I K. hic nullius erit motus. neq; eñ totius, neq; partium, propterea q vnius vnus est, neque alterius vllius. continuus enim motus, est contiuuorũ quorundam. Similiter autem est, & si excedit secũdum diuisionem. Quare si hoc impossibile est, necesse est eundem esse & æqualem. Hæc igitur diuisio, secũdum partium motus est, & necesse est cuiusuis partibilis, ipsam esse.

Textus. xxxv.



¶ In tex. 35. addit rationem tertiam, quę nõ tam procedit immediate ad conclusionẽ, quã ad eandẽ minorem rationis proximę. s. q totus motus. D E F. sit adequatus motus totius mobilis. A B C. Si enim nõ ita est (inquit) detur alius motus, qui sit adequatus eiusdẽ mobilis: & sit (v. g.) G K. Tunc dematur duę partes a. G K. quę sint motus partiũ A B. & B C. Quas quidem partes motus necesse est esse equales partibus. D E. & E F. siquidẽ istę (vt probatũ est) sunt motus illarum partiũ mobilis. Tunc rursus, aut partes istę, quę demunt. A. G K. adequant totum. G K. & inde manifeste sequitur, q totus motus. G K. est equalis toti motui. D E F. quandoquidem partes adequãtes totũ, sunt equales. Et per cõsequens sunt idem motus. Si vero illę partes nõ adequant totum, sed deficiũt, ita vt supersit aliquid (v. g) F K. sequit, q illa pars motus nullius mobilis erit mot^o: quia neq; toti^o illius mobilis, neq; partium, siquidẽ singulis partibus mobilis signatę sunt iam partes motus. Hęc que erit motus alterius mobilis: nam cum totus motus. G K. sit continu^o, esse non potest, nisi vni^o mobilis: cum iam probatũ sit, ad continuitatẽ motus necessariã esse vnitatem mobilis. Similiter si partes illę motus non adequant totũ. G K. sed excedunt, sequit, q illa pars, in qua excedũt, nulli^o mobilis erit motus. Cum ergo hęc omnia impossibilia sunt, sequit primum intentum, q ille totus motus. D E F. est adequat^o illius mobilis. A B C. & per consequens motus diuiditur ad diuisionem mobilis.

Textus. xxxvj. Alia autem, est secundum tempus. Nam cũm omnis motus in tempore sit, tempus autem omne diuisibile sit, in minori autem minor motus sit, ne-

cesse est omnem motum diuidi secundum tempus.

¶Transgreditur in hoc textu ad secundam diuisionem motus, dicens, ꝙ cum omnis motus sit in tempore, tẽpus autem omne sit diuisibile. ⁊ in minori tempore minor fiat motus, ⁊ in maiori maior, necessario sequitur, vt motus sit diuisibilis secundum tempus.

Textus. xxxvij.

Quoniam autem omne, quod mouetur, in aliquo mouetur, & tempore quodam, & omnis eius, qđ mouetur, est motus: necesse est easdem esse diuisiones, & temporis, & motus, & ipsius moueri, & eius quod mouetur, & eius, in quo motus est. Verùm non omniũ similiter: in quibus motus est. sed quãtitatis quidem, secundùm se: qualitatis autem, secundùm accidens. Accipiatur enim tempus, in quo mouetur, in quo. A. & motus. in quo. B. si igitur secundùm totum motum, in toto tẽpore est motum: in dimidio, secundùm minorem. & rursus hoc diuisio: secundùm minorem hoc, & semper sic. ¶Similiter autem & si motꝰ diuisibilis sit: & tẽpus diuisibile. Si enim toto in toto: dimidio in dimidio. Et rursus minore: in minore.

Quinq; diuisiones.

aut ratione spacij diuisio materialis,

¶Postea quã manifestum fecit motũ diuidi dupliciter: ⁊ scõm diuisionem mobilis, ⁊ secũdum diuisionem temporis, procedit in residua parte huius capitis enarrare quot sunt illa, quę cũ motu simul diuidunt. Ait enim, ꝙ cum omne, qđ mouetur, moueatur in aliquo tanquã in termino, puta, aut in loco, aut quantitate, aut qualitate: ⁊ secundo moueatur in tẽpore: ⁊ tertio cuiuscũq; rei, quę mouetur, sit aliquis motus: necesse est quinq; simul diuisiones coire. s. temporis, motus, ⁊ ipsius moueri, ⁊ mobilis idem, quod mouet, ⁊ eius deniq; in quo mouetur, puta, termini. Verũtamẽ nõ omnia eodẽ modo: sed ea istorum, quę sunt de genere quantitatis, mouentur per se: ea vero q̃ sunt de prędicamento qualitatis, vt terminus alterationis, diuiditur per accidens: nam diuisio per se comperit quantitati: ⁊ ratione illius conuenit reliquis. Ostendit prius, ꝙ tẽpus, ⁊ motus simul diuidantur. Sit enim, inquit, tempus. A. in quo aliquid mobile mouetur: ⁊ motus, quo mouetur, sit. B. si toto. B. motu in toto tempore. A. mouetur per aliquam magnitudinẽ, in medietate temporis mouebitur medietate motus per medietatẽ magnitudinis. Et rursus hoc diuiso. s. in quarta parte temporis mouebitur quarta pars motus p quartam magnitudinis. Similiter ecõuerso diuiso motu, diuidit tempus. vt si totus motus durat per horam, medietas motus durat per dimidiatã horam: ⁊ quarta pars per quartam partem.

Textus. xxxviij.

Eodem autem modo: & ipsum moueri diuidetur. Sit eñ in quo. C. ipsum moueri. secundùm igitur dimidiũ motum, minus erit toto: & rursus secundùm dimidij dimidium. & sic semper. Est autem & cùm quis designauerit, ipsum secundum vtrũq; motũ moueri, vt secundum. DF. & .EF, dicere: ꝙ totum erit secundum totũ. si enim aliud: plura erunt moueri secundũ eundem motũ, sicut determinauimus, & motũ diuisibilem in partiũ motus, esse. accepto enim ipso moueri secũdùm vtrũque: continuum erit totum.

¶In tex. hoc. 38. ostendit, ꝙ pari etiã modo diuiduntur motus, ipsumq; moueri. Motus est accidens, quo mobile mouetur, eo modo, quo libr. 3. q. 2. explicitum est: moueri autem, est ipsum pati ab agente: quod sola ratione distinguit a motu. vt motus alterationis est qualitas, prio vt est in fluxu, et in fieri in subiecto: ⁊ moueri est subiectum illam recipere. Quę quidem differunt, sicut pati, ⁊ passio. Quam distinctionem designauit. Phil. supra tex. 6. dicens, ꝙ necesse est res moueri motu presente. Tametsi Cõmen. tex. 36. per hoc, qõ est moueri, intelligat durationẽ motus. Quã eius discipuli proinde existimant distingui realiter a motu. Quod certe minime crediderim. Et forsan. Phi. in his multiplicãdis calculatorijs diuisiõib⁹ plus multo remoratus est, quã fuisset operę pretium. Ait ergo, ꝙ si moueri sit ipsum. C. diuidetur scõm motũ, vt dimidiatus motus respondeat medietati eius, qõ est moueri: ⁊ quarta pars motus quartę parti eius, qõ est moueri: q; non tantũ res mouetur scõm partẽ motus, quantũ scõm totum. Mã (vt modo dicebamus) scõm partẽ motus mouetur per totam magnitudinẽ, ⁊ scõm medietatem motus mouet per medietatẽ magnitudinis. Et pariter scõm totũ motũ alterationis res acquirit totam intensionẽ qualitatis: ⁊ scõm medietatem acquirit medietatem. Et facit similem calculationẽ ei, quam fecerat tex. 35. Detur motus (de quo illic loquebatur) DEF. qui est motus ipsius moueri. C. Si quis (inquit) assignauerit duabus partibus, ipsius moueri duas partes ipsius motus, puta. DE. ⁊ EF. necesse est eum dicere, ⁊ totũ motũ ęqualem esse toti moueri, nam alias si ipsum moueri excedit illas partes motus, dabitur aliquod moueri sine motu: ⁊ si partes motꝰ excedũt ipsum moueri, dabit motꝰ sine moueri, vt illic arguebat.

Similiter autem demonstrabitur & lõgitudo diuisibilis: & omnino omne illud, in quo est mutatio. ¶Verũ quædam, secundum accidens quoniã id, qđ mutatur, est diuisibile. vno enim diuiso, omnia diuidentur. ¶Et finita esse, aut infinita esse, aut ĩfinita: similiter se habebit in oĩbus. sequutũ est autẽ maximè hoc, diuidi oĩa, & infinita esse, ab eo, quod

Textus. xxxix.

eo, quod mutatur, ſtatim em̃ ineſt ei, quod mutatur diuiſibile, & infinitum. Diuiſibile igitur, oſtẽſum eſt prius: infinitum autem, in ſequentibus erit manifeſtum.

¶In tex. 69. & 70. tres ſunt particulæ. Cõcludit enim primũ, ꝙ eodẽ modo diuidetur lõgitudo, in qua fit motus localis, ad diuiſionem motus, vt exẽplis hactenus patefactum eſt. Et ſimiliter omne illud, in quo fit motus, vt intenſio qualitatis. De diuiſione mobilis & motus, iam ſatis ſupra dictum eſt. ¶Repetit verũtamen id ſecundo, ꝙ aliqua diuiduntur per ſe, & aliqua per accidens. Nam mobile, & ſpatium, & motus, & tempus, & quãtitas, quæ eſt terminus augmẽtationis, qr omnia ſunt de genere quantitatis, diuidunt per ſe: tametſi diuiſiones iſtæ pullulent ex diuiſione mobilis, quod eſt ſubiectum & temporis, & motus. Nam diuiſio ſubiecto, diuiduntur omnia, quæ in ipſo ſunt. Qualitas vero, quæ eſt terminus alterationis, quia non eſt de genere quãtitatis, ſimpliciter diuiditur per accidens ad diuiſionem motus alterationis.

¶In tertia particula ait eadẽ ratione cõnexa hæc omnia eſſe, vt finita ſint, aut infinita. Si enim motus eſt infinitus in potẽtia, puta, diuiſibilis in ſẽper diuiſibilia, ſimiliter erunt & reliqua. Et ſi fuerit infinitus in actu, carens extremis, pariter et erunt reliqua: ſi vero fuerit finitus, & reliqua erunt finita, vt tex. 18, viſum eſt & infra capite, 7. latius patebit. Et hoc eſt, qõ ait. [Ei, quod mutat] id eſt, omni mobili ſtatim ineſt vt ſit diuiſibile, et ſubinde infinitum in potentia. Et ꝙ ſit diuiſibile, viſum eſt tex. 32. ꝙ autem fit infinitum monſtrabitur infra.

QVOD NON DATVR primum in motu.

CAPVT. V.

Tex. xl. QVoniam autẽ omne, quod mutatur, ex quodã in quoddam mutatur: neceſſe eſt id, quod mutatum eſt, quando primum mutatum eſt, eſſe in quod mutatum eſt. quod enim mutatur, ab eo, ex quo mutatur, diſcedit, aut reliquit ipſum. & aut idem eſt mutari & relinquere aut relinquere ſequit mutari, reliquiſſe autem mutatum eſſe. ſimiliter enim: vtrunq; ſe habet ad vtrunq;.

¶Conſtituto in duobus prioribus capitulis motum, veluti omne continuũ, eſſe in infinitũ diuiſibilem, expoſitiſq; modis, quibus motus diuidit, in duobus ſubſequẽtibus capitulis (quod tertiũ mẽbrum eſt huius libri) ordinẽ explicare pergit partium motus. Unde in hoc quinto capite, qõ decẽ textus complectitur, dixerit an detur in motu primum eſſe. Et qr motus duo ſunt termini, ſ. initiũ & finis, in ſex prioribus textibus demõſtrat, penes finem dari primũ mutatũ eſſe, qõ eſt primum non eſſe motus: & in quinq; reliquis, ꝙ penes initiũ nõ datur primũ eſſe motus, ſed vltimũ nõ eſſe. Et in ſexto ca. pſequitur ordinem partiũ eius. ¶In tex. ergo hoc. 40. iacet velut fundamentũ hanc cõcluſionem, ꝙ cũ moueri ſit pcedere a quodam in quiddã, neceſſe eſt id, qõ mutatũ eſt, eſſe iam in termino ad quem. Ad cuius probationem ſupponit, ꝙ quicquid mutat, quandiu mutat, diſcedit a termino a quo, aut (quod idem eſt) relinquit ipſum. Aut enim (inquit) idem eſt mutari, qõ relinquere terminum a quo, aut relinquere ſequit ipſum mutari. Relinquere, eſt nominatiuus, & mutari accuſatiuus, relinquere em̃ & mutari, idem motus realiter ſunt, & ſola ratione differunt: nam mutari, eſt acquirere terminum ad quem, & relinquere, eſt diſcedere a termino a quo: prius autẽ natura eſt intenſio in finem, quã diſcelio a termino a quo. Eo enim diſcedo ego ab hoc loco, quia tẽdo in alium. Et quemadmodũ ſe habent mobile mutari, & relinquere terminum a quo, ita & mutatũ eſſe, & terminum á quo relictum eſſe.

Quoniam ergo vna mutationũ, ſecundùm contradictionem eſt: quando mutatum ex eo quod non eſt, in id qđ eſt, dereliquit id quod nõ eſt, erit igitur: in eo quod eſt. Omne enim neceſſe eſt aut eſſe, aut non eſſe. Manifeſtũ igitur eſt: ꝙ in mutatione ſecundùm contradictionem, quod mutatum eſt, erit in quo mutatum eſt. ſi autẽ in hac: & in alijs. ſimiliter em̃ in vna: & in aliis

¶Ponit exemplũ primũ in mutatione, quæ exprimitur cõtradictorie. Et quãdo res, quæ generat, mutat (inquit) de nõ eſſe, ad eſſe tũc relinquit nõ eſſe, & p conſequens conſtituit in eſſe: eo qõ inter eſſe, & nõ eſſe, nullũ eſt mediũ: ſed quicquid deſinit nõ eſſe, incipit eſſe. Quod ſi in hac mutatione vbi nullũ eſt mediũ, idem (v.g. cũ homo generat) relinquere eſſe nõ hominem, & mutari in hoc, qõ eſt, eſſe hoiem, ſimilis erit & in quauis alia mutatione.

Tex. xlj.

max.

Ampliùs, & per ſe vnãquanq; accipientibus manifeſtum eſt: neceſſe eſt id quidem, quod eſt mutatum, ex quo mutatum eſt, eſſe alicubi, aut in aliquo. Quoniam enim ex quo mutatum eſt, reliquit, & neceſſe eſt eſſe alicubi: aut in hoc, aut in alio erit. ſi igitur in alio, vt in ipſo. C. quod in ipſum. B. mutatũ eſt, rurſus ex ipſo mutatur in ipſum. B. non enim erat contiguum ipſi. B. mutatio enim continua eſt. Quare qđ mutatum eſt: quando mutatum eſt, mutatur in quod mutatum eſt. hoc autẽ, eſt impoſſibile: neceſſe eſt ergo quod mutatum eſt, eſſe in hoc, in quod mutatum eſt.

Tex. xlij

¶Quoniam dixerat eandẽ eſſe rationẽ in mutatione cõtradictoria, & in alio quouis genere mu-

tationis,subdit exēplū in motu locali,aut in quocunq; alio,vbi est mediū inter terminū a quo, et terminū ad quem. Et ideo ait,q; in vna quaq; mutatione necesse est id,qđ mutatū est, postquā reliquit terminū a quo,esse alicubi alibi(si sit motus localis)aut in aliquo .i.sub aliquo gradu qualitatis,aut extensione quantitatis,si sit alteratio vel augmentatio. Detur(.v.g.)q; sit motus localis ab .A.in.B. Et probat,q; quādo mobile fuerit mutatum,necesse est vt sit in.B. Nam mobile iam tunc reliquit .A. ergo necesse est,q; sit in alio loco: ergo vel est in hoc.s.in.B.(qui positus est esse termin⁹ ad quem)vel in alio,puta in.C. Si in hoc,intentū. Si vero est in.C.sequit,q; res dum mutata est, simul mouet,quod est impossibile:nā prius est moueri,quā mutatū esse,vt tex.7.habitū est. Et q; sequatur,patet. Si est in.C.cū.C.non sit signū contiguū ipsi.B.(nam.C.necesse est esse vnū punctū spatij,per qđ transit antequā veniatur ad punctū B.r duo puncta nō possunt esse immediata) sequitur, q; tunc adhuc mobile mouet ad.B.r per cōsequens id,quod concessum,est mutatū esse ad.B. adhuc mutat ad.B. Et cum hoc sit impossibile, necesse est,vt id,quod mutatū est in.B.iam sit in.B. Quinimo licet demonstratio procedat ad intellectum,tamen ad sensum euidētior est cōclusio, quā demōstratio. Idem enim est mutatū esse in.B.qđ esse in.B.r mutatum esse ad talem gradum qualitatis,quod esse sub illo.

Textus. xliij.

Manifestum igitur est,q; & id,quod factum est,cum factū est,erit. & id, qđ corruptum est,cum corruptum est, nō erit. Nam & vniuersaliter dictum est, de omni mutatione:& maximè est manifestum in ea,quæ est secundum contradictionem. Quod igitur id, qđ mutatum est,cùm mutatum est primum, in illo est: manifestum est.

¶Tex:hic.43.nihil aliud est,quā conclusio epilogusq; eorū,q; dicta sunt.s.q; manifestū est,id, quod factū est,tunc quando factū est,esse:r id,qđ corruptum est.tunc nō esse. Nam quāuis in omni mutatione monstratū sit id,quod mutatū est,esse in termino ad quem,id tamen apertius est in mutatione cōtradictoria quippe vbi nullū est mediū. Addit verūtamen,q; intelligitur,quando primū mutatum est. Nam tunc necesse est esse hic, vbi non erat immediate ante hac. Sed tamen hoc instanti transacto, potest hinc excedere.

Textus xliiij.

a c In quo autem primo nunc, primum mutatum est id, quod mutatum est: necesse est impartibile esse dico autem primum:quod nō propterea q; alterū aliquid ipsius primum sit, huiusmodi est. Sit igitur diuisibile ipsum. A C. & diuidantur secundùm.B. Si igitur in.A B. mutatum est,aut rursus in.B C.non vtiq; in primo quod est. A C. mutatū erit. si aūt in vtroq; mutabatur(necesse est enim:aut mutatum esse,aut mutari in vtroq;)& in toto vtiq; mutabatur. at erat mutatum. Eadem ratio autem est:& si in hoc quidem mutatur,in hoc autem mutatum est. erit enim aliquid: primo prius. quare non erit vtique diuisibile,illud primū:in quo mutatū est

¶In tex.hoc.44.manifestam facit hanc cōclusionem,q; hoc temporis,in quo mobile per se primo mutatū est,non est pars temporis,sed indiuisibile instans,quod est terminus tēporis motus. Exponit id,quod ait,per se primo.i.non ratione alterius. Cum esn ego hodie iui ad scholas, mutatus sum in hac die:non per se primo,sed ratione illius instantis,quo primo verū dixi,nunc sum in scholis. Et q; illud sit indiuisibile,probat. Detur.v.g) q; sit diuisibile,vt puta,sit tempus, in quo primū verum sit dicere,nunc primo mobile mutatum est in hunc locū,vel sub hac forma,vel sub hac quantitate.rc. A C. quod diuidat in puncto medio. B. Tunc aut in ambabus partibus. A B.r B C. primo mutatū est,aut in ambabus mouet,aut in vna mouet,r in altera primo mutatū est. Quod in ambabus primo mutatū sit,est repugnantia:nā tunc nō est primo mutatū in toto. A C.sed ratione prioris partis. Quinimo si in prima est iam mutatū, nō est primo mutatū in secunda. Si vero in ambabus mouet,sequit quod in toto. A C. mouet(nam id,quod in quauis parte alicuius tēporis mouet, in toto tempore mouetur)r cum positū sit in toto tēpore mutatum esse,sequit cōtradictio.s.simul moueri,r mutatū esse. Si vero dederis, q; in prima parte mutat,r in secunda parte mutatum est, vel econuerso, tunc(inquit)dabitur prius primo Nam clarū est,q; tunc in toto. A C. nō est mutatū esse,nisi quia in vna parte prius verum est dicere, mutatum est:r cum totum tempus concessum est esse primum mutari esse,dabitur prius primo.

Primūmutati esse.est indiuisibile.

Manifestum est igitur,q; & id, quod corruptum est,& quod genitum est,in impartibili illud quidē corruptū, hoc autem genitum. ¶Dicitur autem id, in quo primo mutatum est,dupliciter. Aliud quidem:in quo primo perfecta est mutatio:tunc enim verum est dicere, q; mutatum est. Aliud vero, in quo primo cœpit mutari.

Tex.xlv

¶Duas particulas habet hic text.qui certe ineptissime diuisus est. In prioi resumit conclusionem superiorē,videlicet,q; tam id, qđ corruptū, est quā id,qđ genitū est per se primo, incipit corruptū esse,aut genitū esse per aliquod indiuisibile. Quinimo quicquid incipit esse per primū esse, incipit esse per indiuisibile,qr nunc est,r non immediate ante hoc fuit,r eadem ratione quicquid desinit per primū sui nō esse,desinit per aliquod indiuisibile. Et hac intentione vocuit Phil. id tēporis,in quo mobile per se primo mutatū est,esse in diuisibile. ¶Deinde in secunda particula textus (vbi congruentior fuisset diuisio)inchoat secundā partem capituli,dicēs,quod id,in quo primo mobile mutatum est, dupliciter dicitur. Uno modo id,

duplex q; tatum est.

do id, in quo primo perfecta est mutatio: quod est primũ non esse motus, & primũ mutati esse, seu primũ huius, qõ est, esse in termino ad quẽ. Et aliud est illud, in quo res primo coepit moueri.

Textus xlvj.

Quod igitur circa finem mutatiõis primum dicitur, existit, & est. contingit enim perfici mutationẽ. & est mutationis finis, qui iam & ostensus est in diuisibilis esse, propterea quòd finis est. Quod autem secundùm principiũ est: omnino non est. non enim est principium mutationis: neq; id temporis, in quo primo mutabatur. Sit enim primum, in quo. A D. hoc igitur: indiuisibile quidem nõ est. accidet enim: cõtigua esse ipsa nunc. Amplius si in. C A. tempore toto quiescit (ponatur enim quiescens) & in. A. quiescet. Quare si impartibile est. A D. simul quiescit, & mutatũ erit. nam in. A. quiescit: in. D. autem mutatum est.

¶ Postquã ergo determino, qui est finis motus, hactenus dixit, transfert Ph. sermonẽ ad alium terminũ, vnde incipit motus. Ait ergo de eo, qõ est mutatũ esse primo modo. s. circa finẽ, iam dictũ esse, qõ illud existit, & est. s. primum, & indiuisibile, propter ea, q finis est ipsius mot⁹. Quod est dicere Illud primũ instans mutati esse, est finis extrinsecus motus. i. primũ non esse illius. Et hoc est prima principaliũ conclusionũ huius capituli, vt si, (v.g.) aliquid moueat ad locum. B. primũ instans esse in. B. est primũ non esse motus. Et si mouetur motu alterationis ad gradũ (v.g.) vt quatuor, tũc primũ esse sub gradu vt quatuor, est primũ nõ esse motus ad talem gradũ. Quia (inquit) illic perficitur mutatio. Et qr est finis, idcirco est indiuisibile, vt iam modo tex. 44. pbatum est. ¶ At vero circa principium motus subdit. 2. cõclusio. Impossibile est dari primũ instans esse motus. Hanc cõclusionem demonstrat tribus rõnibus. Quarum prima sumitur ex parte temporis, hoc modo. Sit illud primum esse motus. A D. Designat illud sub duabus literis, qr est finis pręteriti temporis, in quo mobile quiescebat, & initium futuri. Tũc quęritur, sit ne illud indiuisibile, an diuisibile? Indiuisibile (inquit) esse nõ potest: propter duo inconuenientia: primũ, q tunc duo instantia indiuisibilia essent cõtigua, & immediata. Inconueniens hoc deducit. S. Thom. hoc modo. Si in. A B. est motus. A B. est tẽpus, & per cõsequens cõstat ex duobus indiuisibilibus. Sed tamẽ deductionem hanc nõ possum plene intelligere: nam qui diceret. A B. esse vnũ indiuisibile, negaret pinde esse tempus, & esse duo indiuisibilia. Et ideo The. exponit, q si est indiuisibile, in illo nõ est motus. vt tex. 29. ostẽsum est. Non tamẽ explicat quomodo sequerent duo instantia esse cõtigua. Sensus ergo (vt cõstat ex eo, quẽ in cõmento. 31. annuebamus: nempe, q si detur motũ futurũ terminari intrinsece per primum instans esse indiuisibile, eadem ratiõe quies pręterita terminaret intrinsece per vltimum instans: & sic duo instantia essent immediata.

¶ Et hoc amplius explicatur in secundo inconuenienti, quod subiungitur hoc, Cum. A D. sit terminus & pręteriti tẽporis & futuri, detur, q illud mobile in toto tẽpore in pręterito. C A. quieuerit. Tunc si tempore pręterito quiescit, in quacũq; parte & instanti illius quiescit. Cõsequentia hęc reuera non tenet: qr in instanti (vt illic probatum est) non põt esse quies. Valet tamẽ ad hominem concesso, q in instanti potest esse motus, nam tunc eadem ratiõe, qua motus incipit intrinsece per primum instans, desinit & quies per vltimũ. Si autẽ illud mobile in. A. quiescit, in eodem instãti simul quiescit & mouetur: nam cum. A D. sit indiuisibile, si in. A. quiescit in. A D. quiescit, & si in. D. mouetur, in. A D. mouetur.

m Z inconuenions

Quoniam autem non est impers, necesse est diuisibile esse, & in quauis pTextus xlvij.
tium huius, mutatum esse. diuiso enim ipso. A D. si in neutra quidem mutatũ est, neq; in ipso toto. si verò in ambabus mutatur, & in toto. si autem in altera mutatum est, nõ in toto primo. quare necesse, in quauis mutatum esse. Manifestum igitur est, q nõ est, in quo primò mutatum est. infinitè enim, diuisiones sunt.

¶ In tex. 47. (quem certe nihil fuerat opus a superiori detruncari) prosequit aliam partem. s. q si A D. est per se primus motus, nõ potest esse diuisibile. si enim inquit. A D. est diuisibile, aut in neutra illarum partiũ mobile mouet, & tũc sequitur, q neq; in toto moueat, aut in altera mouetur, in altera vero non, & tunc sequit. q nõ per se primo mouet in toto, sed ratione partis: sicuti quod mouetur in vna hora, nõ mouet per se primo in toto die. Dandũ ergo est tertiũ membrũ, qõ mouet in ambabus partibus. Hoc tamen dato, sequit, q in prima prius mouet, quã in toto. velut quod mouetur per totũ diem, prius mouet in prima hora, quã in toto die. Et per cõsequens primũ motus non erit totũ. A D. sed. A. At cum. A. sit etiã diuisibile (qr indiuisibili non põt esse motus) prius mouetur in priori parte ipsius. A. quã in toto. A. Et cũ illa diuisio procedat in infinitũ (nam quacũq; prima data, adhuc medietas illius est prior) sequitur q non possit dari primũ esse motus. ¶ Hinc elicit illa regula, q Omne quod mouetur, antea mouebatur.

Omne qõ mouet, antea mouebatur.

Neq; igitur eius, quod mutatum est, aliquid primum est, quod mutatũ sit. Sit enim. E F. primum mutatum ipsius D F. omne enim quod mutatur, diuisibile esse demonstratum est. Tempus autem, in quo ipsum. E F. mutatũ est, sit in quo. G H. si ergo in toto, ipsum. D F. mutatum est. in dimidio minus erit id, quod mutatum est, & prius ipso. D F. & rursus hoc aliud, & illo aliud:

Textus xlviij.

& semper sic. Quare eius, quod mutatur, nihil erit primum quod mutatum est.

¶In tex.48.sequitur secūda ratio,quę sumitur ex parte mobilis. Nempe,qua demonstrat,q̄ quēadmodum in tempore nō datur primū esse motū,ita nec mobilis datur prima pars mota respectu alicuius signi fixi in spatio. Exempli gratia. Petur, q̄ tota longitudo solis orientis per lineā orizontē sit. D F. & prima pars apparens super orizontem sit. E F. quę orta est in tēpore. G H. argu. sic. Si pars. E F. orta est i tempore. G H. medietas illi⁹ partis versus. F. orta fuit immediate illius temporis: & per consequēs. E F. non fuit prima pars orta. Eadem ratione nec medietas illius fuit prima: quia prius fuit orta medietas illius medietatis: & ita in infinitum procedente diuisione: ergo non datur prima pars mota.

Textus. 49.

Quod igitur neq; eius quod mutatur, neq; ī quo mutatur tēpore primū quicquam sit: manifestum est ex ijs, q̄ dicta sunt. Illud autem, quo mutatur, aut id secundum quod mutatur, non amplius similiter se habebit. tria namque sunt, quę esse dicuntur in mutatione: & quod mutatur, & in quo et secundùm quod mutatur, vt homo, & tempus, & album. homo igitur, & tempus: diuisibilia sunt. de albo autē, alia ratio est, verum secundum accidens quidem omnia diuisibilia sunt. cui em̄ accidit qualitas, aut albedo: illud diuisibile est. ¶Quoniam neque in iis erit primum, quæ quidem secundùm se dicuntur diuisibilia, & non secundùm accidens: vt in magnitudinibus. Sit enim in quo. A B. magnitudo: & moueatur ex. B. in. C. primum. igitur, si indiuisibile quidem erit. B C. impers imperti erit contiguum. si verò diuisibile: erit aliquid, ipso. C. prius, in quod mutatū est, & illo rursus aliud, & semper sic, p̄ pterea nunquam deficit diuisio. Quare non erit primum, in quod mutatū est. Similiter autem est, & in quantitatis mutatione. etenim hæc: in cōtinuo est manifestū igitur est, q̄ in solo motu, qui secundùm qualitatem est: contingit indiuisibile per se, esse.

¶Tandem in tex.49. postremoq; huius capitis, id q̄ō de tempore, & mobili docuit, prosequitur & de spatio demonstrare: adeo de quocūq; termino motus: nempe q̄ nō detur prima pars spatij pertransita, sed quacunq; data, alia sit prius transita, neq; detur primus gradus in intēsione, neq; prima ps quantitatis, in augmentatione. Sit ergo, q̄ eius, quod mutat. s. mobilis, & eius, in quo mutat. s. temporis, iam ostensum est, nō esse dabile primū. Sed antequā procedat ad spatium, vel terminum, quo mobile mutatur, repetit id, quod tex. 37. & 39. p̄ę miserat. s. q̄ non omnia, quę diuiduntur cum motu, diuiduntur per se. Tria enim (inquit) sunt in motu p̄ęter ipsum motū. scilicet mobile, tempus & terminus, vt albedo in alteratione. Et quidē mobile motus & tempus, quia sunt de genere quantitatis, per se diuidūtur: qualitas vero, que est terminus alterationis, nō per se diuiditur, sed ad diuisionem quantitatis mobilis, vel motus, vel temporis. Litera est clara. Ponit ergo cōclusionem, q̄ in ijs, quę secundum se diuidūtur, non datur primum. Et probat de spatio, quod per se est diuisibile: nam de tēpore, & de mobili, id iam ostenderat. Probatur, q̄ si aliquod mobile incipit moueri super aliquam lineam, non detur prima pars lineę pertransita. Sit enim mobile pedale. A B. q̄ incipit moueri a puncto. B. & prima pars per transita (.v.g.) sit. B C. & argu. sic. Aut. B C. spatium est diuisibile, aut indiuisibile: si indiuisibile, sequitur duo indiuisibilia contigua esse, & immediata: nam eadē ratione secūda pars spatij erit indiuisibilis, quę tamen primę est immediata. Si vero. A C. spatiū est diuisibile, in medietate tēporis, quo mobile transit totum. B C. transit medietatem eius, & in quarta parte quartam partem: & ita in infinitū: quare non dabitur prima pars per trāsita. Et similiter (inquit) erit in motu augmentationis, cuius terminus est quantitas, quę est per se diuisibilis. Quacunq; enim quātitate data acquisita per augmentationem, prius acquiritur pars eius. Ubi hoc animaduertendum est, q̄ Aristo. nō admittit minimā quātitatē in augmentatione, sicut in generatione. ¶Cōcludit ergo, q̄ in sola qualitate contingit per se indiuisibile. Non tamē negat, quin sit per accidens diuisibilis. Et hac ratione, nec dabitur minimum in qualitate. Siue secūdum extensionem, siue secundum intensionem. Quando enim lignum applicat̄ igni, non dabitur minima pars, quę primo habet calorem, sed quacūq; data minor prius est calefacta: & quocūq; dato gradu intēsionis, ante illum fuit alius gradus. Quod nos tanquā verius approbauimus, & corroborauimus lib. 1. q. 4. & licet alij aliter senserint, est tamen in hoc loco sententia. S. Thom. Est autem hoc intelligendū, quando lignum applicatur in linea, vbi terminatur sphęra actiuitatis ignis. Nā si totum sit intra flammā, simul disponitur magna pars eius, secundū superficiem. Licet forsan secūdum profunditatem, quacūq; parte data, prius disponatur medietas eius superficiem versus.

Non datur minimū augmentatio

DE ORDINE PARTium motus.

CAPVT. VI.

QVoniam autem omne quod mutatur, in tempore mutatur, dicitur autem in tempore mutari & vt in primò, & vt secundum alterum, vt in anno, quia in

Text°. 1.

quia in die mutatur: in quo primo tempore mutatur, id quod mutatur, in qua uis huius parte mutari necesse est. manifestum est igitur & ex definitione, primum enim sic dicebamus.

¶Cum intensio Phi. in his duobus capitulis sit tradere ordinem partiũ motus, & in. 5. dictũ sit de initio & termino motus, et subsequitur in hoc. 6. quod decem complectitur text.) vt dicat de ordine aliarum partium. Atqui in his duobus totum versatur. s. ꝙ ante omne moueri, præcedit mutatum esse: & ꝙ econuerso, ante quodlibet mutatum esse præcedit quoq; moueri. In quinq; prioribus textibus, ostẽdit primum: & in reliquis, alterum. At primum omnium hoc tex. 50. præmittit distinctionem necessariam. Videlicet, ꝙ dupliciter res aliqua mouetur in aliquo tempore. Aut non primo, sed ratione partis, quemadmodum quod mouetur vno tantum die, dicitur moueri in anno ratione illius diei, quę est pars eius. Aut mouetur in tali tẽpore per se primo. Definit autem, ꝙ rem moueri in aliquo tempore per se primo, est moueri secundum quancũq; partem illius temporis. Id quod primo manifestat, ex definitione posita in principio lib. 5. Vbi dictum est id per se primo moueri, quod mouetur secundum se totum, & nõ solum ratiõe partis. Similiter enim sequitur vt id moueatur primo in aliquo tempore, quod mouetur secundum omnem partem illius temporis.

Textus. Sed ex his manifestum est. Si enim in quo primo mouetur, id quod mouetur, in quo. A C. & diuidatur secũdum B. omne enim tempus: diuisibile est. In tempore autem. A B. aut mouetur, aut non mouetur. & rursus: in tempore. B C. similiter. Si igitur in neutro mouetur, quiescet vtiq; in toto. moueri enim id, quod in nulla partiũ huius mouetur, impossibile est. si verò in altera sola mouetur, non vtiq; in primo mouetur, qđ est. A C. secundùm enim alterum, motus est. necesse est igitur, in quouis ipsius. A C. motum esse.



¶In tex. 51. id quod proxime sola definitione probauerat, ratione demõstrat. videlicet id, quod primo mouetur in aliquo tempore, moueri necesse sit in qualibet eius parte. Sit enim tempus quo mobile aliquod primo mouetur, & diuidatur in puncto. B. Tunc aut in parte. A B. mouetur, aut non mouetur, idemq; interrogatur de parte. B C. si ergo neq; in. A B. neq; in. B C. mouetur, sequitur, ꝙ neq; in toto. A C. moueatur. Si vero in altera sola mouetur, sequitur ꝙ non mouetur primo in toto. A C. sed solum mouetur primo in illa parte, per quam totam mouetur: & ratione illius, mouetur in toto. Igitur si in toto, primum mouetur, sit vt in vtraq; parte moueatur.

c Hoc autem ostẽso, manifestum est,

Tex. lij. ꝙ omẽ quod mouetur, necesse est motum esse prius. Si enim in. A C. tempore primò, per magnitudinẽ. D F. quippiam motum est: in dimidio, qđ æquè velociter mouetur & simul incœpit, per dimidium erit motum. Si autem æquè velox in eodem tempore motũ. Sit aliquid, & alterum necesse est per eandem motum esse magnitudinem. quare motũ erit id, quod mouetur.

¶Suppositio, ꝙ sermo sit hic de eo, qđ per se primo mouetur in aliquo tempore, demonstrare proponitur, sequitur, ꝙ ante oẽe moueri, sit mutatũ esse. Vbi adnotandũ est, ꝙ quẽadmodũ in linea, aut reuera sunt, aut cogitatione considerãda puncta, ita sunt & in motu mutata esse indiuisibilia. Unde quẽadmodũ linea, puncta cõtinuatiua nõ sunt actu, sed potẽtia, quãdo tamen actu diuiditur, punctũ terminatiuũ est actu: quia terminat diuisionẽ (sicut partes, quãdo sunt, actu cõtinuę, sunt entia in potẽtia: quando vero sunt actu diuisę, sunt entia in actu) ita & mutata esse continuantia motũ sunt in potẽtia, quãdo vero mutatum esse actu terminat motũ, tũc est in actu. Demõstratio ergo Arist. est, ꝙ quẽadmodũ in linea ante quamlibet partem, est punctũ, ita & in motu, ante quamlibet partẽ motus, est mutatũ esse. Sed quia mutatũ esse euidentius apparet, quãdo actu terminat & rũpit motum, demonstrationem format in duobus mobilibus. Si enim (inquit) aliqũ mobile in toto tẽpore. A C. mouetur per spatiũ. D F. necesse est vt mobile alterũ æque velox, & simul incipiens, dimidiato tempore moueatur per dimidiũ spatiũ. s. D E. & per consequens, in. E. erit mutatũ esse. Quod si illud æque velox erat actu mutatũ esse in. E. consequens est, vt & primũ mobile ante moueri per partem. E F. habuerit mutatũ esse in. E. Et eadem ratione antequã peruenirет ad. E. fuit mutatum esse in alio priori puncto eiusdem spatij. Et ita consequenter ante quodlibet moueri erat mutatum esse.

Ampliùs autem si in toto tempore. Textus. A C. motũ esse dicimus, aut omnino liij. in quouis tempore, ex eo quia accepimus vltimum ipsius nũc (hoc enim est id, quod terminat: & medium ipsorũ nunc, tempus est) & in alijs vtiq; similiter dicetur motum esse, dimidij autẽ vltimum: diuisio est. quare & in dimidio motum erit: & omnino in quauis partium. semper enim simul cum ipsa diuisione: tempus est terminatum ab ipsis nunc. Si igitur omne quidem tempus diuisibile est, quod autem est inter ipsa nunc, tempus est: oẽ quod mutatur, infinities mutatum erit.

¶Demonstratio secunda est in text. 53. Quę talis est. ¶Propterea mobile dicitur mutatũ esse in toto tempore. A C. aut in quouis alio, quia peruentũ

est ad nunc terminans illud tempus: sed ante illud nunc terminans, fuerunt infinita nunc continuatia partes temporis: ergo simili ratione, cum ante quamlibet particulam ipsius temporis. A, C. præcesserit aliquod nunc, sequitur vt ante quālibet particulam totius motus per. D F. spatium præcesserit mutatum esse. Nam quemadmodum nunc est diuisio tēporis, id est quo discriminantur partes temporis, ita se habet ꝛ mutatum esse respectu partium motus. Colligit ergo Ph. ꝙ cum omne tempus quantuncunq; minimum sit diuisibile, ꝛ inter duo nunc semper mediat tempus, et cuilibet nūc correspondet in motu mutatum esse, atq; adeo inter quecunq; mutata esse, mediat motus: sequitur vt quemadmodum ante quamlibet particulam temporis præcesserunt infinita nunc, ita ante quamlibet particulam motus, præcesserint infinita mutata esse. Et per consequens quic quid mouetur, infinities fuerit mutatum.

Textus. liiij.

Ampliùs autem si id, quod cōtinuè mutatur, & neq; corruptum est, neq; cessauit à mutatione, aut mutari, aut mutatum esse, necesse est in quouis. in ipso autem nunc non est mutari: necesse est mutatum esse secundùm vnumquodque ipsorum nunc. Quare si ipsa nunc infinita sunt: omne quod mutatur, infinitè erit mutatum.

¶ In tex. 54. subsequitur tertia demōstratio, quę talis est. Omne quod continuo mouetur, quādiu nec corrumpitur nec cessat a motu, necesse est, vt in quolibet intrinseco illius temporis aut moueatur, aut mutatum sit: sed in indiuisibili nunc (vt tex. 29. ostensum est) nihil proprie mouetur: ergo necesse est in quolibet nūc mobile esse mutatum. Et cum ante quamlibet partem temporis motus præcesserit nunc, sequitur vt ante quodlibet moueri præcesserit mutatum esse.

Textus. lv.

Non solùm autem id, quod mutatur, necesse est mutatum esse: sed etiā mutatū necesse est mutari priùs. Oīme enim, quod ex quodam in quiddā mutatum est, in tempore mutatū est. Sit enim, in ipso nunc, ex. A. in. B. mutatū. ergo in eodē quidem nunc in quo est, in ipso. A. non mutatū est. Simul enim erit in ipso. A. & in ipso. B. quod enim mutatum est, quando mutatum est ꝙ non est in hoc: ostensum est prius. si verò in alio est: in medio est tempus. nō enim contigua sunt: ipsa nunc.

¶ Post demōstrationem illius, qō est, ante quodlibet moueri præcessisse mutatum esse, procedit philosophus, vt perinde demonstret ante quodlibet mutatum esse, præcessisse itidem moueri. Unde in hoc tex. 55. proponit primam conclusionem, quod non solum ante omne moueri, est mutatum esse, verum ꝛ econuerso, ante omne mutatum esse, est etiam moueri. Ante cuius demonstrationem præiacit fundamentum hoc. Omne quod mutatur in ter duos terminos: vt ab. A. in. B. mutatum est in tempore. Hic nō accipitur mutatum esse (vt hactenus) pro termino motus, qui est in instāti: sed pro eo, quod est mutari. Et probatur fundamentum. Si mobile quippiam mutatur ab. A. in. B. sequitur vt in eo, nunc, quod est in. A. non sit mutatum in. B. alias in eodem nūc esset in. A. ꝛ in. B. quod supra ostensum est esse falsum tex. 40. vbi demonstratum est, id quod mutatur, quando mutatū est, nō esse in termino a quo, sed in termino ad quem: ergo in alio nunc, est in termino a quo, ꝛ in alio in termino ad quem. Et cum inter quecunque duo nūc mediet tempus, sequitur, vt omne, quod mutatur, mutetur in tēpore. ¶ Et loquitur hic Ph. de motu proprie, vt distinguitur a mutatione. Nā generatio, quę [v. g.] est mutatio de non esse aeris, ad esse aerem, si accipiatur pro inceptione ipsa, non fit in tempore. Quoniam [vt videbimus lib. 8.] generatio fit per primum esse: ꝛ quia nō datur vltimum esse non aeris. s. vltimum esse aquę, vnde generatur aer nullum est medium tempus inter vltimum esse aquę, ꝛ primum esse aeris: sed idem instās quod est primum esse aeris, est primum nō esse privationis aeris, puta aquę. Si autem accipiatur generatio pro toto motu alterationis præcedente in qua, qui terminatur ad esse aeris, ille fit quoq; in tempore.

Textus. lvj.

Quoniam igitur in tempore mutatum est, tempus autem omne diuisibile: in dimidio aliud erit mutatū, & rursus illius dimidio aliud, & semper sic. quare mutaretur vtique prius.

¶ Suppositio hoc fundamento, sequitur prima demonstratio cōclusionis. Quę est hęc. Omne quod mutatur, mutatur in tempore: ꝛ tempus oīne est diuisibile in semper diuisibilia, cuius partes continuantur per instantia: ergo omne illud, quod in aliquo certo tempore mutatum est, ante illud nunc terminans tale tempus, mutabatur: nam ante quodlibet nunc terminans tempus, in quo res mutata est, præcedit tēpus, in quo mouebat.

Textus. lvij.

Ampliùs autem in magnitudine manifestius est quod dictū est: propterea ꝙ continuū est magnitudo, in qua mutatur id. quod mutatur. Sit enim mutatū ex. C. in. D. ergo si indiuisibile quidem est ipsum. C, D. id quod impers est, imperti erit contiguum. Quoniam autem hoc impossibile est: necesse est magnitudinem esse id, quod est inter, & in infinita esse diuisibile. Quare: in illa mutatur priùs necesse est ergo omne quod mutatum est, mutari priùs.

¶ Prima demonstratio sumpta est a diuisione tēporis: altera vero hęc quę sequitur, sumitur ex diuision e

diuisione magnitudinis per quã fit motus: eo quod diuisio magnitudinis manifestior multoest quam temporis, vel motus. Moueatur ergo quippiam a. C. in. D. quę sunt extrema magnitudinis. Tunc aut magnitudo. C. D. est indiuisibilis, aut diuisibilis: indiuisibilis esse non potest: quia cum illa magnitudo sit, aut esse possit pars continui, tunc continuũ componeretur ex indiuisibilibus: atq; adeo duo indiuisibilia essent immediata. vt in principio huius libri demonstratum est. Si autem. C D. est magnitudo diuisibilis, necesse est vt habeat infinitas partes: et per consequens ante quodlibet pũctum, in quod mobile mutatum est, præcedit magnitudo, per quã mouebatur.

Textus. lviij. Eadem enim demonstratio est: & in non continuis: vt & in contrarijs: & in contradictione. Accipiemus enim tempus, in quo mutatum est: & rursus, eadem dicimus. Quare necesse est id, ꝙ mutatũ est, mutari: & ꝙ mutat, mutatum esse. & est, ipso quidem mutari, mutatum esse prius: ipso autem mutatum esse, mutari: & nunquam accipietur primum. causa autem huius est: nõ esse impers imperti contiguum. in infinitũ enim diuisio fit: vt in ijs, quæ augentur, & diminuuntur lineis.

¶ Cum demonstrationes hactenus de solo motu locali fuerint constructę, ait primum in hoc text. 58, quo eas pede procedere in reliquis motuum mutationumq; generibus. s. alteratione (quam vocat motum in contrarijs) & in generatione, & corruptione (quas appellat mutationes secundũ contradictionem.) At vero ex duabus, quas fecerat demõstrationibus, priorem, quę ex diuisione temporis procedit, ait habere locum in alteratione, & generatione, & corruptione. Nam altera) quę de diuisione spatij sumebatur,) in solo motu locali verum habet: & applicari etiã potest, motui augmenti, aut decrementi. Ut enim ante quodlibet punctum spatij, in quod mobile mutatum est, præcessit spatium per quod mutabatur, & ante quãlibet partem spatij, præcesserat pũctum, in quo fuerat mutatum, ita & in augmento quantitatis, ante quemlibet terminum & punctum, acquirebatur quantitas: & ante quodlibet acquiri, præcessit terminus ad quem res augmentata est. In intẽsione vero qualitatis nõ adeo oculis apertũ est quomodo ex parte rei acquisitę ante quodlibet mutatũ esse sit moueri, & ante, quodlibet mutari mutatũ esse, & ideo euidẽtius iudicatur ex parte tẽporis. Quis em intẽsio, & remissio fit in tẽpore & ante quãlibet partẽ tẽporis præcessit instãs, in qua res est mutata, & ante qõlibet instãs præcessit tẽpus, in quo mutabat. Sfiatio vero & corruptio, licet acceptis in pro inceptione & desinẽtia subsũtię, nõ fiant in tẽpore: tamẽ si accipiãtur pro motu, alterationis, qui terminat ad desitionẽ (.v.g.) aquę & inceptionem aeris, in tẽpore fit. ¶ Colligit ergo tãquam epilogo, conclusionẽ intẽtam, videlicet, ꝙ quicquid mutatum est, prius mutatur. Et ratio [inquit] est, quia motus non componitur ex indiuisibilibus, quorum vnum fit alteri immediatũ nã tũc daretur primũ moueri indiuisibile, ante qõ non præcessisset mutatum esse. Et vero cũ motus sit de genere continuorũ, atq; adeo, quẽadmodum linea, ita sit diuisibilis, in semper diuisibilia, neq; dabitur in motu, primũ moueri, nec primũ mutatum esse: sicut neq; in linea diuisa per partes proportionales, versus initiũ, nec dabit prima pars, nec primum punctum continuatiuum.

Manifestum est igitur, ꝙ & id, quod factum est, necesse est fieri priùs: & qđ fit, factũ esse, quęcũq; diuisibilia & cõtinua sunt. nõ tamen semper id quod fit: sed aliud aliquado, vt illius aliquid, sicuti fundamentũ domus: similiter autem: & in eo quòd corrũpitur, & eo qđ corruptum est. statim enim inest ei, qđ fit, & quod corrũpitur, cũ sit cõtinuũ: infinitũ quoddam, & non est: aut fieri non factũ aliquid, aut factũ esse, quod nõ fit aliquid. similiter autẽ, & in ipso corrumpi, & in corruptũ esse. semper enim est ipso corrumpi. corruptũ esse prius. ipso autem corruptum esse. corrũpi. Manifestũ est igitur, quod & id, quod factũ est, necesse est fieri priº, & quod fit, factũ esse, omnis enim magnitudo, & omne tempus, semper diuisibilia sunt. Quare in quocunq; sit, non erit vtique vt primo. Textus. lix.

¶ In hoc tãdẽ text. 59. huius capitis postremo explicat eandẽ conclusionẽ, in generatione, & corruptione, vbi cuipiam videri poterat non habere verũ, propterea, ꝙ non fiunt in tẽpore. Sit nihilomẽnus, ꝙ etiã in his id, quod factũ est, prius fiebat & id, quod fit, prius etiã aut secundũ partẽ, aut alio quouis modo factũ est. In his (inquit) quęcunq; diuisibilia sunt, & continua. Quod secũdum Commentatorem appositũ est, ad excludendũ intellectiones, quę non fiunt motu cõtinuo: sed fieri possunt indiuisibiliter. Aut forsan [vt ait Sanctus Tho. adiectum est, ad insinuãdũ, ꝙ motus alterationis, continuitur quodãmodo, cũ generatione ad quam terminatur. ¶ Vbi adnotandũ est, quod alia est cõsideratio generationis substantię, in homogeneis, & alia in eterogeneis. In hõgeneis nãq; [cuius partes sunt eiusdẽ rationis] id qđ generatur, tẽpore, quo forma extendit per materiã, secundũ eandẽ rationẽ generatũ est secũdum partem. vt cum forma ignis extenditur per materiã ligni, ante quemlibet ignem genitum, generabatur ignis: & ante quodlibet generari, erat ignis aliquis genitus. Sed in eterogeneis [vt .v.g.] in animali] nõ semper id, qđ generatur, præcessit scõm eandẽ rõnem, sed scõm partẽ alterius rationis. vt quando in animali, animantur pedes, prius fuit animatum cerebrum: & ante cerebrum fuit animatum cor. Et hoc est, quod insinuat exemplo domº,

cuius

cuius fundamẽtum prẽiacitur parietibus. At vero, quia minimum vtriusq; substantię producitur in instanti, ante illud mutatum esse, non precedit moueri secundum eandem formã. s. substãtialem: sed precedit alteratio, qua prior corrumpebatur substantia. Quęquidem alteratio quodãmodo cõtinuatur cum generatione. Et ita verum quodãmodo semper habet, ꝙ omne, quod factũ est prius, aut secũdum partem, aut secundũ alterationem, fiebat, & omne quod fit, partim factum erat. Et pariter in corruptione, omne, quod corruptum est, corrumpebatur: & omne, quod corrumpitur, partim corruptum erat. Etenim alteratio ipsa, quia terminatur nõ solum ad qualitatem, sed etiam ad decissionem vnius substãtię & generationem alterius, vocatur non solum alteratio, sed & corruptio & generatio. Quãdoquidem motus (vt lib. 5. text. 4. assertũ est) a termino ad quem sortitur nomen.

DE FINITO, ET INFINITO MOTUS.

CAPVT. VII.

Textus. lx.

QVONIAM autẽ omẽ id, quod mouetur, in tẽpore mouetur, & in pluri maior magnitudo: in infinito tempore impossibile est per finitam moueri non eandem semper: & illius aliquid quod mouetur, sed in toto totam. Quod igitur si quid moueatur æquæ velociter, necesse est finitum in finito moueri: manifestum est. accepta enim parte, quæ mẽsurabit totam lineam: in tot æqualibus temporib⁹, quot partes sunt, per totam motum est. Quare, quoniam hę finitæ sunt, & quantitate vnaquæque, & numero omnes: & tẽpus vtiq; erit finitum. toties enim erit tantum, quantum partis tempus multiplicatum secundùm multitudinem partium.

¶ Caput hoc septimum (quod per septem textus protenditur, vt in libri partitione dicebamus) est quarta pars principalis huius libri. In quo agitur de finito & infinito. in motu. Repetit autẽ ex superioribus in hoc text. 60. duo necessaria fundamenta. ¶ Primũ est id, quod dixerat tex. 50. 2. 55. s. ꝙ omne quod mouetur: mouetur in tẽpore: nam (vt dictum est tex. 29.) in instanti fieri nequit motus. Alterum est id, quod asseruit tex. 11. & sequentibus, videlicet, ꝙ idem mobile maiori tempore, maiorem magnitudinem pertransit: & minori, minorem. Quibus suppositis, intendit in hoc capite demonstrare hanc bimembrem conclusionem. Impossibile est, vt mobile aliquod in infinito tempore, finitam transeat magnitudinem, nisi eam in finities repetat (vt caueat a motu orbicularis cęli) & econuerso impossibile est, vt in tempore finito, infinitam transeat magnitudinem. Vtranq; partem satis ostenderat tex. 20. & duobus sequentibus: sed est certe nimis in huiusmodi diuisionibus continui. Atqui in residua parte huius textus, demonstrat priorem partem conclusionis, in motu vniformis velocitatis, hoc modo. Signetur magnitudo quęuis finita: & detur ad libitũ, quod mobile in aliquo tempore pertranseat vnam partem illius magnitudinis: quod quidem tẽpus necesse est vt sit finitum: quia si tota magnitudo trãsitur tempore infinito, pars transitur in minori, & per consequens finito: quia vnum infinitum non est minus alio. Tunc arguitur sic. In tãto tempore, trãsibitur alia tanta pars magnitudinis, & in alio ęquali tempore, alia ęqualis pars &c. (si motus sit vniformis) cũ ergo partes magnitudinis sint finitę, & quantitate, & numero, sequitur, quòd & partes temporis sint vtroq; modo finitę: & per consequens, si magnitudo spatij est finita, tempus erit pariter finitum.

Sed & si non æquè velociter: refert nihil. Sit enim in quo. A C. spatium finitum, per quod motum sit in infinito tempore: & tempus infinitum, in quo, D F. Si igitur necesse est prius, per alterũ altero motũ esse: hoc manifestũ est, quod temporis in priori & posteriori, per alterum est motũ. semper enim in pluri: per alterũ erit motũ. siue æquè velociter siue nõ æquè velocitermutetur, siue intẽdatur motus, siue remittatur, siue maneat: nihilominus. Accipiatur igitur spatij. A C. aliquid quod sit. A B. quod mensurabit. A C. Hęc itaq; pars: infiniti in quodã absoluta est tẽpore. in infinito enim nõ est posibile, totum enim in infinito. Et rursus, alteram si cepero, tantam quanta est. A B. necesse est in finito tẽpore. totum eũ in infinito, & sic accipiẽdo. Quoniam autem, infiniti quidem nulla pars est, quæ mẽsuret. impossibile enim est infinitum esse ex finitis æqualibus & inæqualibus propterea ꝙ mensurabuntur quæ finita sunt. multitudine, & magnitudine, à quodam vno, siue ęqualia sint siue inæqualia, definita autem magnitudine: nihilominus. spatiũ autem finitum: quantis. A B. mensuratur, infinito tempore. A C. mouebitur. ¶ Similiter autem: & in quiete. Quare, neque

Textus. lxj.

fieri,

fieri, neq; corrumpi, pōssibile est semper aliquid vnum, & idem,

¶ In textu. 61. probat eandem priorem partem vniuersalius, siue mobile moueatur vniformi, siue difformi velocitate. Sit enim (inquit) A L. spatiū finitum, per quod mobile mouetur, tempore infinito, quod sit. D F. Tunc necessarium est (inquit) vt illud mobile prius transeat priorem partē spatij, puta. A B. quam posteriorem. B L. ex quo manifeste sequitur, q priorem partem debet transire in priori parte temporis. s. D E. ꝛ aliam. in posteriori: quia secundum successionem magnitudinis est successio ꝛ motus, ꝛ subinde temporis. Hinc rursus sequitur, q si mobile ali quam partem magnitudinis transit aliquo tempore: per maius tēpus transibitur eadem pars ꝛ aliquid aliud: Et id quidem siue mobile moueatur velocius, semper atque velocius, vt in motu naturali: siue tardius, ac tardius, vt in motu violento: siue maneat in eadem velocitate. His suppositis, accipiatur aliqua pars spatij. A L. v. g. A B. quam necesse est mensurare totum spatium. A L. supponatur enim esse aliquotam. Atqui pars illa finito tempore pertransibitur, vt iamdictum est, postquam debet trāsiri in minori tempore, quam totum. Rursus, si aliam tandē partem accepero, necesse est etiam eadem ratione tempore finito pertransiri: siue minori, siue maiori, siue æquali, secundum quod mobile per eam velocius, tardius siue moueatur quam per primam, aut æque velociter. Et cum partes illius spatij sint ꝛ singulæ finitæ magnitudinis, ꝛ omnes finitæ multitudinis ꝛ numero, fit, vt omnes partes temporis consumpti, in toto motu sint, etiam numero ꝛ multitudine finitæ: ꝛ singulæ magnitudinis finitæ: siue sint æquales, siue inæquales Et cum nullæ magnitudine ꝛ multitudine finitæ partes possint metiri. i. complere, ꝛ haurire totū infinitum, sequitur, vt tempus illud non possit esse infinitum: ꝛ per consequens. A L. pertransibitur in tempore finito. Parentesim ital egito. Impossibile est infinitū esse, ex finitis, siue æqualibus, siue, in æqualibus (. s. ex partib⁹ tot numero. quot sunt signatæ in spatio, siue sint illius æquales, siue inæquales. Quia mensurentur tunc finitum ꝛ infinitum, vno numero finito partium finitarum: nam spatium parte. A B. finita finities sumpta, mensuratur. Quæcunque vero eodem numero finito partium finitarum mensurātur, siue partes vnius sint æquales partibus alterius, siue non, debent esse ambo finita. Et similiter (inquit) est in quiete. Nempe q si duorum quietes mensurētur eodem numero partium temporis, quietes erunt finitæ. Unde infert non esse possibile vnum idēsem per. i. tempore infinito, aut generari, aut corrumpi. Nam cūm quicquid generatur. aut alteratur aūt augetur sit finitum: necesse est ꝛ motū ipsum ac subinde motionis tempus, esse finitum.

Textus. lxij.

Eadem autem ratio est, & quod neque in finito tempore per infinitum, possibile est moueri, aut quescere, siue regulariter moueatur, siue irregulariter. accepta enim quadam parte, quæ metietur totum tempus: in hac quantitate aliquam pertrāsibit ipsius magnitudinis, & non totam. in toto enim, totam. & rursus in æquali, aliam & in vno quoque similiter, siue æqualis sit, siue inæqualis ei quæ est à principio. refert autem nihil: dummodo sit finitum quoddam, vnaquæque manifestum enim est, quod consumpto tempore, infinitum non consumitur: finita diuisione, & quantitate, & numero, ablatione facta. Quare non transibit in tempore finito: infinitum. nihil que refert magnitudinem: versus alteram, aut versus vtranque partem, esse infinitam. eadem enim erit ratio.

¶ In textu. 62. probat secundam partem eiusdem conclusionis. s. q neque e conuerso possibile sit in tempore finito, magnitudinem infinitam pertransiri. Nam detur (. v. g.) magnitudo infinita. A L. quę percurritur tempore finito. D F. ꝛ signetur vna pars aliquota illius temporis, qua transitur vna quęuis pars magnitudinis, quā partem spatij necesse est esse finitam: nam si toto tempore trāsitur spatium infinitum, parte temporis trāsitur minus, et per consequens finitum. Perseuerat enim in hoc, quod vnum infinitum non est altero minus. Et tunc manifestum est alia æquali parte temporis pertransiri vnā aliam partem magnitudinis, aut æqualem, aut maiorem vel minorem, secundum quod motus fuerit vniformis, vel difformis. Unde cum partes temporis sint numero finitæ, singulęq; finitæ magnitudinis, fit, vt ita se habeāt partes spatij, ꝛ per cōsequēs totū spatiū sit infinitum. Quia consumpto (inquit) tempore finito per numerationem partium finitarum, nō consumitur infinitum spatium. Colligitur ergo quod non potest tempore finito spatium infinitum pertransiri. Neque refert [inquit] sit ne infinitus simpliciter uersus vtrunq; extremum, an versus vnum tantum, secundum quid.

His autem demonstratis, manifestum est, quod neque finitam magnitudinem, infinitum contingit transire infinito tempore, propter eādem causam. In parte enim tēporis, finitum, trā sibit. & in vnaquaque, similiter. quare in toto finitum.

Textus. lxiij

¶ Hactenus de mobili finito loquutus est, quod demonstrauit neque tēpore infinito posse trāsire magnitudinē finitam: neq; finito, infinitā. Jā nūc sermonem transfert ad mobile infinitū. Atqui in hoc tex. 63. ostendit, q neque infinitum mobile, finito tēpore, pōt magnitudinē finitā trāsire. Det enim [. v. g.] spatium trepidale, ꝛ mobile finitum

versus

versus occidentem, terminatum hic in principio illius spatij super quod incipiat moueri. Tunc si tempore vnius horę debeat totum mobile transire tripedalem magnitudinem, sequitur quod in quarta parte illius temporis transibit per iliam magnitudinem, non totum mobile, sed finitum. i. pars finita illius. ¶Mendum enim est in omnibus traductionibus, quibus legitur, finitam trā siuit, sed debet legi, finitum. i. finita pars mobilis Nam si toto tempore mobile infinite longum trā sit per aliquod signum in parte temporis minor moles est illa quę transit et per consequens finita. Atqui cum partes temporis sint finitę, ꝛ numero, ꝛ magnitudine, ita se habebunt partes mobilis: ꝛ per consequens mobile. quod tempore finito transit per magnitudinem finitam, esse non potest infinitum.

Textus. lxiiij. Quoniam autem finitum non transiuit in finitam in finito tempore: manifestum est, quod neque infinitum, finitam. si enim infinitum, finitam: necesse est & finitam, transire infinitum. nihil enim refert: vtrumuis esse id ꝙ mouetur. vtroque enim modo, finitum transibit infinitum. Cum enim moueatur infinitum, in quo est. A. erit aliquid ipsius secundum. B. finitum, vt C D. & rursus aliud. & aliud & semper sic. Quare similiter accidet infinitum motum esse per finitum, & finitum transisse infinitum neque enim fortasis posibile est, aliter infinitum, moueri per finitum: quàm quod finitum trā seat infinitum, aut latione vtendo, aut mouendo. quare, quoniam hoc impossibile est, non transiuit infinitum finitum.

¶In hoc tex. 64. adhibet ad eandem cōclusionem rationem secundam. Quę certe est bona: nisi huiusmodi diuisiones satietatem iam fecissent. Vult enim, quod si finitum mobile, non potest infinitā magnitudinem in tempore finito transire [vt probatum est] eadem prorsus ratione sequitur, quod neque infinitum mobile, poterit finitam magnitudinem eodem tempore rranstire. Nam ex contradictorio consequentis, sequitur contradictorium antecedentis. Fac enim duo esse ligna abhoc puncto versus orientis protensa, quorum vnum, puta. A. sit infinitum. B. vero sit pedale. Idem tūc pollet si quiescente, A. velut spatio. B. moueatur per illud versus orientem ꝛ si quiescente. B. moueatur. A. per ipsum versus occidentem. Et hoc est quod ait. (nihil enim refert, vtrumuis esse quod mouetur ꝛc.) Cum enim mouetur infinitum, quod est. A. erit aliqua pars eius finita pedalis, sicut totum. B. quę sit. C D. ꝛ rursus alia ꝛ alia, quę sint semper equales. Quare quo tempore infinitum. A. transit per finitum. B. finitum etiam. B. transit per finitum. A. Quinimo non potest aliter infinitum transire per finitum, quam vt finitum transeat per infinitum. Igitur si probatum est finitum mobile in tempore finito non posse transire infinitam magnitudinem, eadem ratione concluditur, quod neque infinitum mobile, potest in tempore finito, finitam transire magnitudinem,

At verò neque infinitum, infinito tempore transibit infinitum. si enim infinitum, & finitum. ineſt enim infinito, & finitum. Amplius autem & tempore accepto eadem erit demonstratio. Textus. lxv.

¶Pari ferme ratione probat, quod neque infinitum mobile potest infinitum spatium in tempore finito pertransire. Quia cum in infinito mobili, sit aliquapars finita, sequitur, quodaliquod mobile finitum, moueretur per spatium infinitum, in tempore finito, quod iam modo esse impossibile demonstratum est. Neque rursus si tempus statuatur infinitum, poterit infinitum mobile transire finitum spatium. Nam tunc aliqua pars finita ipsius mobilis transiret finitum spatium in tē pore infinito cuius contrarium in innitio huius cspitis demonstrabatur.

Quoniam autem neque finitum in finitum transibit, neque infinitum finitum, neque infinitum in finito tempore mouetur, manifestum est quod neque motus erit infinitus, infinito tē pore. quid enim refert motum, aut magnitudinem, infinitum facere? necesse enim est vtrumuis & alterum, esse infinitum, omnis enim loci mutatio in loco est. Textus. lxvj.

¶In text. itaque postremo concludit id quod dictum est de tempore, spatio, ꝛ mobili, censendū esse de motu. Nempe, quod si mobile finitum non potest infinitum spatium transire, neque mobile infinitum, finitum aut infinitum spatium intempore finito, fit vt neque motus potest esse infinitus. in tempore finito. Eadem enim est quantitas ꝛ magnitudinis, ꝛ spatij, per quam fit motus, ꝛ motus ipsius.

DE DIVISIONE quietis.

CAPVT. VIII.

QVoniam autem omne, aut mouetur, aut quiescit quod aptum natura est, quando aptum est, & vbi, & quo pacto necesse est omne, quod stat cum stat, moueri. si enim non mouetur quiescit. sed non contingit, vt adquietem tendat quiescens. Textus. lxvij.

dicit ordinem ad id quod habitum est. moueri ad id quod habendū est.

¶In capite octauo, quod quinta pars est huius libri, perque octo textus distribuit, post diuisionē motus, agitur de diuisione quietis. Quiesautem (vt lib. 5. tex. 61. visum est) dupliciter accipitur. Uno modo proprie, vt opponitur motui violento. Quę est consistentia rei naturalis in suo loco naturali. Alio modo, pro cessatione motus quacunque, siue sit in loco naturali, siue extra. Que dicitur statio. vt quando lapis proiectus sursum, sisti tur in puncto reflectionis, vbicessat impetus. De quo videbimus libro. 8. Et illud proprius dicitur quietari, aut sisti, quam consistere aut quiescere. In quinq; ergo prioribus testibus agitur de huiusmodi stationeꝛ in reliquis de quiete. Proponit ergo primo in hoc tex. 67. quod cum omne illud quod aptum natum est moueri, eo loco, ꝛ modo quo moueri aptum est, necesse sit semper aut moueri, aut quiescere, fit, vt id, quod stat ideſt sistitur, quando sistitur, moueatur. Nam alias tunc quiesceret quod est falsum, quia cum non sit in loco naturali, potius tendit ad quietem. Posset etiam dici statio, quando graue sursum retinetur ab aliquo prohibente motum: sed proprie hic videtur loqui, de quietatione in puncto reflexionis Que naturaliter semper durat per tempus: eo quod illic remissus impetus, licet nō sufficiat sursum mouere graue, potens est tamen id parum per retinere.

Textus lxviij. Hoc autem demonstrato, manifestum est, quod & in tempore stare necesse est. quod enim mouetur, in tempore mouetur. quod autem stat. ostensum est moueri. quare necesse est, in tempore stare.

Textus. lxix. ¶Amplius autem, si velocius quidem & tardius in tempore dicimus: stare est velocius & tardius.

¶Probat dupliciter omnem stationem naturalis motus esse in tempore. Prima ratio in tertu. 68. est hęc. Omne quod stat, mouetur (quia remittitur ad suum locum naturalem tendens ad quietem) ergo statio illa, ꝛ sistentia est in tempore.

¶Altera est in tex. 69. Velocius et tardius, non est nisi in tempore: sed contingit rem stare velocius et tardius ideſt diutius, aut breuius morari secundum conditionem impetus retinentis, ergo statio est in tempore.

Textus. lxx. In quo autem tempore primo id quod stat, stat: in quouis huius necesse est stare. Diuiso enim tempore si in neutra quidem partium stat: neque in toto. quare non vtique stat id quod stat, sin vero in altero: non vtique in primo toto stat, secundum enim vtrũque in hoc stat: sicut dictum est, & in eo quod mouetur prius. vt autem id quod mouetur, non est in quo primo mouetur, sic neque in quo stat, id quod stat. neque enim ipsius moueri neque ipsius stare aliquid est primum.

¶In textu. 70. id quod de motu in textu. 50. dixerat, de statione repetit. Hępe, rēque per se primo stat, ꝛ cessat in aliquo tempore, in qualibet parte illius temporis stare. Nam diuiso tempore in duas partes, si in neutra stat, neque toto tēpore stat si vero in altera stat, in altera vero mouetur, non stat per se primo in toto tēpore, sed ratione vnius partis. Mox ponit similem conclusionem de statione, illi, quam textu. 46. de motu statuerat: videlicet, quod sicut non datur primum mutatum esse, quod est dicere primum esse motus, ita neque datur primum esse stationis.

Sit enim in quo primo stat: in quo Textus lxxj. A B. hoc igitur: impers quidem non contingit esse motus enim non est in imperti, propterea quod motum est aliquid ipsius. quod autem stat: demō stratum est moueri At vero, si diuisibile est. in quauis partium ipsius stat. hoc enim ostēsum est prius: quod in quo stat primo, in quauis, parte illius stat. Quoniam ergo tempus est, in quo primo stat. & non impartibile est, omne autem tempus, in infinita diuisibiie: non erit in quo primo stat.

¶Demonstrat conclusionem quemadmodum aliam de motu. Si enim datur primum quo mobile stat, sit illum. v. g. A B. Tunc aut. A B. est indiuisibile, aut diuisibile. Indiuisibile esse no potest: quia quod stat, iam modo probatum est moueri. eo quod remittitur ad locum naturalem. Motus autem in indiuisibili non potest. Si autem sit diuisibile, cum in illo debeat per se primo stare sequitur, quod in qualibet parte illius temporis stat. Et quia tempus est diuisibile in semper diuisibilia, ante quodlibet tempus, in quo stat, iam steterat in parte illius. ¶Posset quisbic obiicere, quod datur primum instans esse stationis. Quod est primum non esse motus. Sed ad hoc iā iam respondet Philosophus.

Neque igitur: quiescens, quando Textus primum quieuit est. in imperti enim lxxij. non quieuit: propterea quod non est motus in impartibili. In quo autem est ipsum quiescere: & ipsum moueri Tunc enim dicimus quiescere: quando & in quo aptum natura est moueri, non mouetur id, quod aptum natura est.

¶Post eam stationē, quę improprie est quies, prosequitur idē demonstrare de quiete. Hępe ꝙ non datur primum esse quietis. Et demonstratio est huiusmodi

huiusmodi. Si daretur primum esse quietis, maxime esset illud instans, quod est primum non esse motus: sed tamen in instanti non est quies. vt textu. 30. & duobus sequentibus probatum est: nam cum quies sit priuatio motus, non est, nisi quando aptus natus est fieri motus: motus autem in instanti fieri nequit ergo nec quies.

Textus. lxxiij. Amplius autem & tunc dicimus quiescere: cum similiter se habet nūc & prius. tanquam non vno quodam diiudicātes, sed duobus minimis. Quare non erit in quo quiescit: impers.

¶Si vero partibile est: tempus vtique erit, & in quauis ipsius partium quiescet. eodem enim modo demonstrabitur: quo & in prioribus. Quare nihil: primum erit. hęc autem causa est: quia quiescit quidem, & mouetur omne, in tempore, tempus autem non est primum: neque magnitudo, neque omnino vllum continuum. omne enim in infinita partibile est.

¶Sectio huius textus nō est adeo apta. Probat primū ratione secunda. ꝙ in instanti nōest quies. Quiescit em̄ illud ꝙ similiter sehabet similiter autē se habere dicit ordinē ad duo, vt. s. eodem modo se habeat nunc, sicut ante: duo autem indiuisibili esso non possunt: ergo indiuisibili non est quies. Reuertitur deinde ad propositam conclusionem. Si ergo primum esse quietis non consistit in indiuisibili, necesse est, vt primum illud sit tempus, in cuius omni parte mobile quiescat: temporis autem non est dabilis prima pars: ergo neꝙ quietis est dabile primum. Causa ergo [inquit] cur neque in motu, neque in quiete, est dabile primum, est, quod vtrunque fit in tēpore: et tēporis, sicut neꝙ alicui⁹ continui, nō est dabilis prima pars.

Textus. lxxiiij. Quoniam autem omne quod mouetur in tempore mouetur, & ex quodam in quondam mutatur: in quo tempore mouetur secundum se, & non quia in illius aliquo, impossibile est tunc secundum aliquid esse primum quod mouetur, quiescere enim: est in eodem esse, tempore aliquo & ipsum & partium vnamquanque. sic enim dicimus quiescere: quando in alio & alio nunc, verum fit dicere, quod in eodē & ipsum, & partes sunt. Si autem hoc est quiescere: non contingit id quod mutatur secundum aliquid esse totum secundum primum tempus: tempus enim omne, diuisibile est. Quare in alia & alia ipsius parte, verum erit dicere, quod in eodem sit, & ipsum & partes. ¶Si vero non sic est. sed in vno solo nunc, est: non erit tempore vllo secundum aliquid, sed secundum terminum temporis. in ipso autem nunc, est quidem semper secundum aliquid manens: non tamen quiescit. neque enim moueri, neque quiescere est in ipso nunc, sed non moueri quidem verum est in ipso nunc: & esse secundum aliquid. in tempore autem non contingit esse: secundum quod quiescit, accideret em̄ id ꝙ fertur, quiescere.

¶In calce denique huius capituli, vt se preparet ad respondendum sophismatibus Zenonis, resumit prius duo illa toties repetita fundamenta, vidēlicet, quod omne, quod mouetur, in tempore mouetur & ex quodam in quoddam mutatur. Ex de elicit tertium, quod impossibile est id, quod mouetur, eo tempore, quo mouetur perse primo. idest secundum quamlibet partem illius temporis. illo. s. tempore vel aliqua parte illius esse secūdum aliquid primum. i. manere penes aliquam partem spatij primo, & perse. Quod addit ad denotādū ꝙ nihil prohibet esse in aliquo pūcto per aliquod instans. Et probatur. Quiescere aliquā rem est aliquo tempore esse in eodem (. s. loco, aut sub eodem gradu qualitatis, aut quantitatis (secūdum se, & quamlibet sui partem. Nam quiescere est, ꝙ in alio & alio nunc res maneat in eodem loco, aut alio quouis termino. Addit secundū vnā quanꝙ partem: quia arbor dū vento huc illuc pellitur, licet truncus sit fixus, non simpliciter quiescit. Et lignum per quod calor successiue extenditur, licet secundam partem non moueatur, nō tamen simpliciter quiescit. Si ergo mobile per aliquod tempus maneret in eodem loco secundum quamlibet partem & mobilis, & temporis, & loci illic quiesceret: nam cum omne tempus sit diuisibile, habeatque plura nunc, in diuersis nunc esset in eodem loco. Subdit autem, ꝙ si mobile solum per aliquod nunc sit in eodem loco, non indesequitur, ꝙ quiescat: sed id solum, ꝙ in tali nunc, nō moueatur. Nam iam satis ostensum est ꝙ indiuisibili nunc, nec motus est, nec subinde quies. Idcirco locus strenue aduersus eos pugnat, qui credunt intensionem & augmentatione fieri per minima, vt postquam in instanti producitur minimum qualitatis tatisper cesset motus quoad vsq; aliud minimum producatur: & ita sequenter. Concedunt namq; durante tempore motus manere mobile per tempus sub eadem forma inuariatum. Sed de hoc. 1. de gene.

QVOD AD SOPHISmata Zenonis respondetur.

CAPVT. IX.

Textus. lxxv.

ENO autem male ratiocinatur. Si enim semper (inquit) quiescit omne aut mouetur cū est secundum

equale

Textus lxxvj. æquale, est autem semper id quod fertur in ipso nunc, secundum æquale: im mobilem eam esse sagittam, quæ fertur. ¶ Hoc autem: falsum est. nõ enim componitur tempus ex ipsis nũc indiuisibilibus: sicut nec alia magnitudo vlla.

¶ Duo hęc postrema capita (sexta. s. pars huius libri) in hoc posita sunt, vt respondeat antiquis philosophis de successione ꝛ diuisione motus. In hoc enim cap. 9. (quod vndecim habet textus) respondetur Zenoni, ꝛ in sequenti, respondetur Democrito ꝛ Heraclito. ¶ Proponit ergo in hoc text. 75. paralogismum Zenonis, quo falso ꝛ cõtra experiẽtiam colligebat, sagittam, dum volat, non moueri. Quicquid est (inquit) in loco sibi equali, aut mouetur tunc, aut quiescit: sagitta in quolibet momento temporis, est in loco sibi equali: ergo in illo nũc aut mouet, aut quiescit: sed iudicio sensus nõ mouetur: ergo quiescit: si aũt in quolibet nunc quiescit, in toto tempore quiescit. ¶ Solutio subditur in tex. 76. Et potuisset quidem statim argumentũ repellere negãdo quicquid est in loco moueri, aut quiescere, si tantum sit in illo per instans, vt iam modo dicebat: at quia satis fuisset Zenoni, si conideretur, ꝙ in nullo instanti sagitta mouetur: nam inde argueret, ꝙ neq; in toto tempore mouetur, aliter restinguit vim argumenti: negando. s. hanc consequentiam. Nam vt in ferat mobile in aliquo tempore non moueri, assumendum est, ꝙ in nulla parte talis temporis mouet: momenta vero non sunt partes, ex quibus tempus cõstat. Et ideo nõ sequitur, in nullo nunc huius temporis fit motus: ergo neq; in hoc tempore.

Textus. lxxvij. Quatuor autem sunt ratiões de motu, Zenonis, ingerentes difficultatem soluentibus. Prima quidem est, ea quę de ipso nõ moueri est: propterea quòd prius ad medium oportet peruenire id quod fertur: quàm ad finem. de qua diuisimus in prioribus rationibus.

¶ In tex. 77. serie ꝛ ordine rationes quatuor Zenonis exoriditur, quę difficultatem solebant soluentibus ingerere. ¶ Prima est hęc. Quicquid mouetur per aliquod spatium, prius venire debet ad punctum medium, quã ad extremum: ꝛ priusquã pertranseat medietatem, debet transire primã quartam, ꝛ prius primam octauam ꝛc. ergo si continuũ diuidatur in semper diuisibilia (vt erat sententia Aristo.) infinitę erunt huiusmodi partes in continuo: infinita autem, pertransiri non possunt: ergo mobile nunquã pertransibit spatium quantuncũque paruum: ¶ Ad hanc rationem dicit se supra respondisse. s. tex. 19. nempe, ꝙ spatium non est infinitum, id est, carens extremis, sed infinitum diuisione: quemadmodum ꝛ tempus ipsum. Unde nihil prohibet spatium habens hoc modo infinitas partes pertransiri tempore, quod eodem habet modo infinitas. Et solutio hęc solum est ad hominem: qui eodem modo debet cernere tẽpus esse infinitum, quo spatium. Nã vera solutio est lib. 8. tex. 68. ꝙ in magnitudine nõ sunt infinitę partes in actu. s. diuisę (nam illę non possent transiri) sed sunt tantum in potentia.

Secunda autem: ea quę vocatur Achilles. Est autem hæc: quod tardius nunquam apprehendetur currens a velociissimo. ante enim necesse est eat psequẽs. vnde mouit fugiẽs. Quare semper aliquo id quod tardius est, antecedere necesse est. Textus. lxxviij.

¶ Secundam rationem eodem paralogismo colligebat. Nempe, ꝙ si velocissimum mobile incipiat moueri a certo puncto, ꝛ tardissimum paruissimo interuallo præcedat, nunquã velocissimum attinget tardissimum. Etenim eo tempore, quo velocissimum venerit ad punctum, vbi est tardissimum, tardissimum erit in alio distanti: ꝛ quo tẽpore velocissimum venerit ad illud, tardissimũ erit in alio: ꝛ ita cum iugiter fiat, nunquã celerrimum sequens attinget morosissimum fugiens. Hoc vicebatur Zenonis Achilles. Unde in prouerbium abiit inter peripateticos, argumentum quod fortissimum ab aduersario censetur, Achillem nuncupare. Zenonis. Achilles.

Est autem & hæc ratio, eadem illi, quæ in duo æqualia fit sectioni: differt autem in diuidendo non duo acceptã magnitudinem. Non attingi igitur tardius: accidit ex ratione. Fit autem propter idem: cum bipartitione. in vtrisq; enim accidit: non peruenire, ad terminum diuisa quodam modo magnitudine. Sed additur in hac: ꝙ neque velocissimum tragice dictum, in persequẽdo tardius. quare necesse est: & solutionem esse eandem. ¶ Putare autem, ꝙ præcedens non attingitur. falsum est. cùm enim præcedit, nõ attingitur, sed tamen attingetur, si oporteat transire finitum. hę igitur sunt: rationes duæ. Textus. lxxix.

¶ Volens Phi. ad vtrunq; simul sophisma respondere, ait eadem vtrunq; ratione procedere, tamet si si verbis differant. Nam hęc etiam nititur eadẽ diuisione, qua præcedens. s. quia prius debet mobile venire ad medium, quã ad finem. Et ideo si aliquid probaret. nõ solum id esset, ꝙ velocissimũ nũquã attinget tardissimum. verum ꝙ nunquam veniet ad punctum: vnde proficiscitur tardissimum. Unde licet hęc ratio non diuidat magnitudinem in duo. Quod tamen (inquit) non attingat tardius, accidit ex ratione. s. eadem in virtute. Quia, nõ peruenire. s. in prima ratione ad terminum spatij, ꝛ in secunda, ad tardissimum, in vtrisq; accidit ex diuisione quodam modo magnitudinis: qua falso putant spatium sic cõtinere infinitas partes, vt neutiquã valeat pertransiri. Sed adijciunt in secunda tragice, id est, sumptuose, ꝛ fastu quodam admirationis gratia illud superlatiuum, ꝙ velo-

cissimum non potest tardius persequendo consequi. ¶Solutio autem est, q̄ quādiu tardius præcesserit nō attingitur. Tamen admisso (vt rei veritas est) q̄ tempore finito transibitur aliqua pars spatij, tandem attingetur a velocissimo. Namsi velocitas (v.g.) est in duplo maior, trāsibit velocissim in eodē tēpore, in duplo maio spatiū, q̄ tardissimū.

Textus. lxxxj. Tertia autem, quæ nunc dicta est: q̄ sagitta quę fertur stat. Accidit autem, propterea, q̄ sumit tempus componi ex ipsius nunc. non dato enim hoc: nō erit collectio.

¶Tertia inquit ratio est illa, quę in initio huius capitis facta est: hoc fundamento nitens, q̄ tempus ex momentis constat: colligens q̄ subinde, qō si momento nullo sagitta mouetur, neq; mouetur tempore toto. Fundamento autem subuerso collectionem corruere necessarium est.

Textus. lxxxij. Quarta autem, ea quæ de ijs est, quæ in stadio mouentur e contrario, æqualibus magnitudinibus iuxta æquales, his quidem à fine stadij, illis verò à medio, æquali velocitate, in quo accidere putat, æquale esse tempus dimidium duplo. ¶Est autem deceptio in eo: q̄ hoc quidem iuxta quod mouet, illud autē, iuxta id quod quiescit per æqualem magnitudinem censet, æquali tēpore, ferri. hoc autē: falsum est. Vt sint stantes æquales magnitudines, in quibus. A A A A. aliæ autem in quibus ipsa. B B B B. incipientes à medio ipsorum. A. æquales secundū numerū his & magnitudinem. Aliæ autem: in quibus ipsa. C C C C. ab vltimo æquales his numero & magnitudine, & æquè veloces ipsis. B. Accidit igitur primū B. simul in vltīo esse: & primū. C. eorū quę iuxta se inuicem mouentur. Accidit igitur ipsum, C. iuxta omnia ipsa. B trāsisse. Ipsa autem. B. iuxta dimidium ipsorum. A. Quare & dimidium esse tē pus. Aequali enim vtrunque est, iuxta vnūquodq;. Simul autem accidit ipsa. B. iuxta omnia. C. transisse. Simul em̄ erit primum. B. in cōtrarijs vltimis, ęquali tēpore motum iuxta vnūquodque ipsorum. B. quanto circa vnūquodque ipsorum. A. vt inquit, propterea q̄ vtrumq; æquali tempore iuxta ipsa A. sunt. Ratio igitur: hæc est. Accidit autem: ob id quod dictum est falsum.

¶Quartam plusquā sophisticam rationem comminiscebatur Zeno, qua diuisionem continui reprobaret. Sequeretur enim, aiebat, dimidium tē pus ęquale esse suo duplo, vt dimidiatam horā toti horę. Sit enim (exempli gratia) quadrupedale spatium, quod designetur quatuor litteris. A. sitque illud immobile. Quod nos claritatis gratia faciamus esse in mari. Sitq; magnitudo mobilis. v.g. nauis itidem quadrupedalis, quę designatur quatuor literis. B. taliter vt primum. B. loco respondeat medio puncto totius spatij fixi. Sitq; alia magnitudo mobilis itidem quadrupedalis, q̄ designatur per quatuor. C. quę ponatur e regione, ad quatuor. B. ita ut primum. C. loco respondeat vltimo. A. & instanti initiatiuo horę, quiescente tota magnitudine. B. incipiat moueri. C. versus. B. Et in instanti medio horę, quando videlicet primum. C. obuiat primo. B. in puncto medio spatij fixi. B. incipiat moueri e regione versus vltimū. A. eadem velocitate, qua mouetur. C C. vero progrediatur versus primū. A. hoc posito, in fine horę, primum. C. erit cum primo. A. & primum. B. cū vltimo. A. atq; adeo omnes tres magnitudines iacebunt pariter ab eodem, in idem punctum. Hūc manifestum est tempus, quo. B. mouetur, esse dimidium temporis, quo. C. mouetur, mota em̄ sunt ambo eadem velocitate & B. sola secunda medietate horę, transiuit medietatem spatij fixi. C. vero in tota hora transiuit totum spatium. Sophisma ergo Zenonis erat hoc. B. transiuit omnia quatuor. C. & quatuor. C. sunt equalia ipsis quatuor. A. ergo tantū spatium cucurrit. B. quātum. C. & ęque velociter: ergo tanto tempore mouebat̄. B. quanto. C. & per cōsequens medietas horę est ęqualis toti. Respondet Aristo. fallaciam esse q̄. B. quidē ferebat, iuxta id, quod mouet, id est, iuxta quatuor C. quę mouebant motu contrario. C. vero mouebatur iuxta id, qō quiescit. i. iuxta quatuor. A. Et ideo in secunda medietate horę, qua. C. transiuit quatuor. C. propterea q̄ transitus. B. constabat ex duobus motibus. Si enim. C. maneret fixū. B. non transisset nisi duo. C. sed quia. C. mouebatur versus ipsum. B. transita sunt omnia quatuor. C. sicuti & ipsum primum. C. eadem medietate horę transiuit omnia quatuor. B. Non ergo sequit. B. eadem velocitate transiuit tantum spatium, quantum transiuit. C. ergo tempora motus fuerunt ęqualia. Sed addendum est in antecedenti, transiuit tantum spatium fixum.

duo A. B.

At verò secundùm eam, quæ in cōtradictione est mutationem: nihil nobis erit impossibile. Vt si ex non albo, in album mutatur, & in neutro est: sic vtique neq; album est, neque non album. non enim, si non totum in vtrouis sit: non dicetur album aut non album. albū em̄ dicim⁹ aut nō albū: quia totū sit huiusmodi, sed quia plurimæ aut maximæ præcipuæ partes. non idē autem est: & non esse in hoc totum.

Textus. lxxxiij.

Similiter

Similiter autem,& in eo quod est,& in eo quod non est:& in alijs,quæ secundum contradictionem sunt, erit nõ enim ex necessitate:in altero. oppositorum in neutro autem:totum semper.

¶Præter quatuor has rationes,addebat Zeno et aliam,qua arguere cõtendebat nihil posse moueri.cum em̃(aiebat)aliquid mouetur motu contradictionis.s.ex nõ ære,in ærem,aut ex albo,in album,in neutro esse potest termino:quod enim est in termino a quo,nõdum mouetur,q̃ quod vero est in termino ad quem,iam mutatum est:ergo nõ restat vbi sit quando mouet:q̃ per cõsequens nihil mouet.Respondet Phi.q̃ ratio hæc procederet,forte cõtra eos,qui dicerent indiuisibile moueri: nã indiuisibile nõ potest esse partim i termino a quo, q̃ partim in termino ad quem. Sed tũ nobis(inquit)nihil impossibile cõcludit,q̃ nihil mouetur nisi diuisibile.Et ideo qõ mouet,in neutro est totum:sed partim in vno,q̃ partim in alio. vt apparet in motu locali.Et ideo illud neq; dicetur simpliciter album,neq; simpliciter non albũ:q̃ albũ nõ est quicquid habet albedinẽ,nisi per maiorem sui partẽ extendatur.Loquit hic Phil.de albo et nõ albo,vt designant duos terminos immediatos: nã inter nigrũ q̃ albũ,sunt mediæ qualitates,per quas transit id,quod mouetur.Præter hanc solutionem dabitur alia responsio lib.6.tex.67.scilicet q̃ in mutationibus instantã eis,nõ est necessariũ, q̃ moueri,præcedat mutatum esse:nam minimum formæ substantialis incipit in instanti:q̃ ideo nullum est instans, aut tempus,in quo res mouetur motu generationis.

Textus. lxxxiiij. Rursus ĩ circulo & in sphæra: & omnino ijs,quæ in seipsis mouentur:quoniam accidet ipsa quiescere.in eodem enim loco,secundùm tempus quoddã erunt:& ipsa,& paries.quare: quiescẽt simul,& mouebuntur.

¶In hoc tex.84.proponitur alia ratio Zenonis, qua contendebat nihil moueri circulariter. Arguebat enim. Quicquid permanet in eodem loco,quiescit:quicquid autem mouet localiter, permanet in eodem loco(quia cum non mouetur de loco ad locum,nõ mutat locum:)ergo quod mouetur circulariter,quiescit.

Textus. lxxxv. Primo nanq;:partes non sunt in eodem vllo tempore.Deinde : & totum semper mutatur in alterum:non enim eadẽ est ea,quæ ab ipso.A.sumitur circunferẽtia,& ea,quæ ab ipso.B.& quę ab ipso.C.& aliorum vno quoq; signorum.nisi vt musicus homo & homo: quia accidit. Quare mutatur semper altera in alteram,& nũquam quiescet. Eodem autẽ modo:& in sphęra,& ijs, quæ in seipsis mouentur.

¶Huic sophismati bifariam occurrit Phil. Primum(inquit)quãuis totum nõ mutet locum, tamen singulę partes mutant locum:dum illa, quę est in oriente,post modum est in occidente.Secundo respondet,totum etiam circulariter motũ quodam modo mutare locum.Nam si designentur in circulo tria.v.g.puncta in triangulo, nõ est idem circularis motus,qui incipit ab.A.ei, qui incipit a.B.neq; est idem,qui incipit a.B.ei,qui incipit a C.saltem secundũ rationem: sed sunt idem subiecto ratione differentes.Et ideo neq; loca, quibus fiunt,sunt prorsus eadem,sed ratione diuersa. Ut si in motu recto mobilis pedalis,per spatium bipedale inspicias,videbis successiue mobile exire a prima pedalitate,q̃ intrare secundam.Quãdo ergo si terminus acquisitus in secunda coniungeretur cum termino a quo,considerandũ est secundum partes in motu celi.

QVOD INDIVISIBILE non mouetur. CAPVT. X.

Duo facit. 1° q̃ nullum indiuisibile mouetur. 2° q̃ nullg motg est.

DEmonstratis autem his, dicimus,q̃ id qđ impers est,non cõtingit moueri, nisi secundum accidẽs,vt corpore moto,aut magnitudine,in qua est.sicuti si id,quod ĩ naui est:moueatur nauis motum.aut pars,totius motu moueatur. Textus. lxxxvj.

¶Impers autem dico id,quod est secũdum quantitatem indiuisibile.¶Etem̃ partium motus,alteri sunt, & secundũ ipsas partes & scđm totius motum. viderit autẽ aliquis, & in sphęra maxiè, differentiam non enim eadem velocitas erit,& partium,quæ sunt iuxta centrum,& quæ extra, & totius, tanquam non vno existente motu.vt igitur dixi mus, sic quidem contingit moueri id, quod impers est,vt is,qui in naui sedet naui currente,per se enim nõ cõtingit.

¶Sunt qui textum hunc in calce superioris capitis ponant:cõgruentius tamen ponitur in principio decimi:cum sit cõclusionis ppositio,in cuius demõstratiõe versatur capitulũ hoc.Etenim postquã responsum est Zenoni,progreditur ostendere in quinq; prioribus tex. impartibile non moueri perse.Quo condẽnatur Democritus, asserens indiuisibiles atomos p se moueri.In reliquis quatuor tex.respondet Heraclito.Sunt in hoc capitulo textus nouem.In quorũ hoc primo statuit primum conclusio.q̃ impartibile nõ mouetur per se sed per accidens.Mouetur autẽ aliquid accidens dupliciter.Uno modõ;tanquam res separata existens in eo,qõ per se mouetur. vt nauta mouetur ad motũ nauis.Alio modo,tanquã formaliter inhęrens ei,quod per se mouetur,vel tanquã pars, vel tanquã accidens.vt caput,q̃ albedo,q̃ puncta mouentur ad motũ hominis. Deinde exponit se, de quo indiuisibili loquatur. Est enim indiuisibile,aut

Aliquid mouetur p̃ dupliciter. 1° 2°

le,aut secundū speciem.vt homo diceretur indiuisibilis,q; non diuiditur in plures species: aut secundū numerum.vt Petrus:& quodlibet indiuiduum dicit indiuisibile,q; non diuiditur in plura integra suppositta.Et hęc indiuisibilia nihil vetat per se moueri.Aliud est indiuisibile scōm quantitatem,vt punctum:& hoc est,quod nō per se mouetur. ¶Exponit pręterea id,qō prędixerat,videlicet partem moueri ad motum totius: idq; explicat in motu circulari,vbi perspicatiꝰ apparet differentia motuū partium a motu totius. Si enim in motu.v.g.sphęre solis consideres medietatem grossitiei interioꝛem versus concauū,minoꝛē circulum describit in die naturali,quam pars exteꝛioꝛ,versus conuexum:ob idq; tardius & moꝛosius que mouetur. Motus autem totius oꝛbis debet iudicari penes maximū circulū descriptum a puncto signato inconuexo,siquidē ille circulus describitur a tota sphęra.Concludit ergo,q; punctū mouetur per accidens,ad motū continui: nō tanquā pars continui,sed tanquā ille,qui mouetur in naui. Hęc vero est similitudo summa:q; punctum, licet nō sit pars,inest tamen continuo.

Textus. lxxxvij.

Mutetur enim ex.AB.in.BC. siue ex magnitudine,in magnitudinem, siue ex specie in speciem, siue secundū contradictionem. Tempus autem sit, in quo primò mutatur:inquo.D.Ergo necesse est ipsum eo, quo mutatur tēpore.aut in.AB.esse,aut in.B C. aut aliud quidem quid huius,ī hocaliud autem quid,in altero.omne enim quod mutatur:sic se habebat.in vtroque igitur:non erit aliquid ipsius.partibile enim erit. At verò, neque in.B C. mutatum enim erit.supponitur,autem mutari.Relinquitur igitur:ipsum in.AB. esse,eo quo mutatur tēpore. quiescet ergo. in eodem enim esse tēpore quodam:quiescere est.

¶Probat conclusionem,videlicet, q; indiuisibile non per se mouetur,quatuoꝛ rationibus. Prima in hoc tex.87.est hec. Moueatur indiuisibile ex termino.A B.ad terminum proximum.B C. siue sint motus secundū quantitatem, siue secundum qualitatē,siue scōm cōtradictionem, vt ex nō albo in albū,aut ex nō aere,in aerem: & tēpus quo per se primo,id est,in quo toto mouetur,sit. D. Tunc quęritur in tempoꝛe.D.aut mobile est in termino a quo.s.A B.aut in termino ad quem,puta.B C.aut partim in vno,& partim in alio: aliud enim quartum mēbrum fingi non potest.Sed neq; tertium dare potest cōtraria opinio:nā si concederet partim esse in vno termino,& partim in in alio,fateꝛet mobile esse diuisibile.Si autem detur secundum.s.q; est in termino ad quem,iam tunc mutatum est:& per consequens,non mouetur. Si vero dederit primum,q; est in termino a quo, idem sequitur:nam cum illic est nunc, & erat immediate ante hac,sequitur vt illic quiescat.

Quare non contingit:id qđ impers est, moueri,aut omnino mutari. Vnice enim hoc pacto esset ipsius, motus: si tempus esset ex ipsis nunc, semper enim in ipso nunc,motum esset & mutatum:vt moueatur quidem nunquam motū autem sit semper. hoc autem qđ impossibile sit, demonstratum est & prius,neque enim ex ipsis nunc est tēpus:neq; linea ex punctis, neq; motus ex momentis est. nihil enim aliud facit hoc dicens: quā motum ex impertibus.sicut si tempus ex ipsis nunc: aut magnitudinem ex punctis. Textus. lxxxviij.

¶Secunda ratio in tex.88.sumitur,ex his,quę supradicta sunt.Dictum enim est,q; indiuisibili nūc non fit motus,sed in quolibet nunc,est aliud, & aliud mutatum esse.Si ergo tempus componeretur ex instantibus,motus subinde componeretur ex mutatis esse,vt tex.6.ostensum est.Et tunc nihil prohibet,vt indiuisibile moueretur, quia non requireret tunc,q; partim esset in termino a quo, & partim in termino ad quem,sed q; in alio & alio nunc esset in alia,& alia indiuisibili parte spatij: et ideo tunc nunquā verum esset dicere,nunc mouetur,sed nunc mutatū est.At vero iam supra in hoc libro probatum est, q; neque linea ex punctis, nec tempus ex instantibus, neque ex mutatis esse cōstat motus.

Amplius autem, & ex his manifestum est: q; neq; punctum,neque aliud indiuisibile vllum contingit moueri. omne enim, quod mouetur,impossibile est prius per maius moueri seipso, quā aut per æquale,aut minus. si autē hoc:manifestum est, q; & pūctum per minus,aut equale mouebitur primum Quoniam autē indiuisibile est:impossibile est minus moueri prius.per equale ergo:sibi ipsi.quare:erit linea ex pūctis. semper enim cum per æquale mouetur:omnem lineam,punctum mensurabit.si autem hoc impossibile est:et moueri indiuisibile, impossibile est. Textus. lxxxix.

¶Tertia ratio est in tex.89.talis. Quicquid mouetur,priusquā transeat spatium se maius,trāsit, aut sibi equale,aut se minus,vt pedale,prius trāsit pedale,& prius semipedale, quā bipedale spatium: ergo si punctum mouetur,similiter se habebit punctum autem moueri non potest per aliquid se minus,cum sit indiuisibile:ergo mouebitur per equale.Si vero punctum mouetur per equalia puncta lineę, quę est in spatio, sequitur & linea

q̄ linea ipsa componitur ex punctis. Nam si punctum mobile mouetur per puncta lineę, numerat ipsa puncta: ꝛ per consequens omnem lineam mẽsurat, id est aliquoties sumptum reddit totam. Et eadem ratione colligitur, q̄ puncta in linea sunt sibi inuicem immediata.

Tex. xc. Amplius autem, si omne in tẽpore mouetur, in ipso aũt nunc nihil, autem omne diuisibile tempus est: erit aliqđ tẽpus eo tempore minus, in quo mouetur, per tantum, quantũ ipsum est. Hoc igitur, erit tempus, in quo mouetur: ꝓpterea quod omne, in tempore mouetur, tempus autem omne, diuisibile esse, demonstratũ est prius. Si ergo punctum mouetur, aliquod erit tẽpus eo tepore minus, in quo ipsum motũ est. sed impossibile est. in minori eñ, per minus necesse est moueri: quare erit diuisibile, id quod indiuisibile est in minus, sicuti, & tempus in tempus. Vnico enim modo moueretur, id quod impers est, & indiuisibile: si esset in ipso nũc impartibili moueri possibile. eiusdem enim rationis est, in ipso nũc moueri & indiuisibile quod moueri.

¶ Quarta ratio est in tex. 90. quem apud Catablũ deprauatum, vt esset intelligibilis, emẽdauimus. Ratio est hęc. Demus aliquod mobile. v. g. pedale. transire per aliquod signum fixum. vt tex. 48. dicebamus: manifestum est tunc, q̄ prius transit medietas mobilis, quã totũ, ꝛ prius quarta pars, quã medietas ꝛc. Est ergo argumentũ. Cũ omnis motus fiat in tempore, ꝛ omne tempus sit diuisibile in semper diuisibilia, in omni motu est signare tẽpus, minus eo tempore, in quo mobile transit spatium sibi ęquale, vel (quod idem est) in quo mobile totum transit per aliquod signum fixum: in quo. s. minori tempore, transit pars mobilis. Et quacunque parte mobilis data, darur minor pars temporis, in qua transit minor pars mobilis. Si igitur punctum mouetur, dabitur minus tempus eo, in quo punctum transit spatium sibi ęquale: hoc autem est impossibile, q̄: tunc in illo minori deberet transire per idem signum, pars puncti: quam tamẽ nullam habet: alias esset diuisibile. Subdit ergo Aristot. vnico modo posse indiuisibile moueri: nempe si motus fieret in instanti: quia tunc, sicut non esset necessarium dare partem temporis, in quo totum mouetur, neq; opus esset dare partem mobilis. Et ideo supra cõsequentibus rationibus probatum est, ꝛ motum, non fieri instanti, ꝛ indiuisibile, non posse moueri.

Textus xcj. Mutatio aũt: nulla est infinita: omnis enim est ex quodam in quiddam: & ea, quę est in contradictione, & quę est in cõtrarijs. Quare earum, quę secũdum cõtradictionem sunt: affirmatio, & negatio terminus est. vt generationis quidem, id quod est: corruptionis verò, id quod non est. earum aũt, quæ sunt in contrarijs: ipsa contraria. hæc enim sunt extrema mutations. quare & alterationis omnis (ex contrarijs enim quibusdam est alteratio) similiter autem, & augmentationis, & diminutionis. augmẽtationis enim terminus est, qui secũdùm naturã propriam est perfectæ magnitudinis. Diminutionis verò: huius remotio.

¶ In hoc tex. 91. ꝛ subsequentibus subinfert ex supradictis, nullum motum, aut mutationem horũ inferiorũ, posse esse perpetuã ꝛ infinitã. Quo cõtradicit Heraclito, dicẽti, omnia semper moueri. Id qđ primo manifestat in motu alterationis (quẽ etiam vocat in contrarijs) ꝛ in motu augmentationis: ꝛ in motu generationis, ꝛ corruptionis, qui est secũdum cõtradictionem. Nam terminus (inquit) generatiõis, est esse: corruptionis autem, nõ esse: termini vero alterationis sunt extrema cõtraria. vt a summo frigido, ad summũ calidum: a summo nigro, ad summũ album. Augmentationis vero terminus est maxima quãtitas, sub qua vnaquęq; species cõseruat: decremẽti vero, minima (loquit. n. de augmento ꝛ decremento rerũ naturalũ) vbi autem motus terminum habet ꝛ finem, esse non põt infinitus: repugnat enim infinito terminum habere. Nullius ergo rei corruptibilis mot⁹ est sempiternus.

Loci autem mutatio: sic quidem nõ erit finita. non enim omnis, in contrarijs est. Sed quoniã impossibile est diuisum esse sic: ex eo quia non cõtingit esse diuisum (multipliciter enim dicitur: impossibile) diuidi non contingit, id quod sic impossibile est diuidi nec omnino qđ impossibile est fieri, fieri: neque quod mutari impossibile est, continget vtique mutari in id, qđ possibile est mutari. ¶ Si ergo id, qđ fert, mutet ī aliquid: & impossibile erit mutari. Quare nõ est ĩfinitus motus neq; feret ĩfinito motu. ĩpossibile eñ est: trãsire illũ. Quod igit̃ sic nõ est ĩfinita mutatio vt nõ finiat̃ termĩs: manifestũ est.

Textus xcij, ſm

Textus xciiij.

¶ In tex. 92. ait, nõ adeo lucide eandem rationem pcedere de motu locali: quippe qui nõ omnis ita habet manifestos terminos cõtrarios. Ait, non omnis: qz in motibus naturalibus grauium ꝛ leuium termini sunt centrũ ꝛ concauũ lunę: qui pro inde motus esse, nõ possunt infiniti ꝛ continui. In

motibus veroliberis(quales sunt animaliū) ꝛ in motibus violentis proiectorum,nō hac ratione sumūt termini:sed secundū voluntatem,aut potentiam mouentis. Obidq;,in huiusmodi motibus rectis alia ratione monstrandum est infinitū motū, nō esse possibilem. Supponenda enim est maxima hęc. Id quod non cōtingit esse diuisum,ex eo quia non cōtingit:fit vt sit impossibile sic esse diuisum. Et quia impossibile(vt habetur primo de cęlo)accipitur multipliciter.s.ꝛ secundum quid, pro eo, quod nō bene,nō facile,factibile est:ꝛ simpliciter pro eo,qō nullatenus fieri potest, ait se accipere impossibile simpliciter. Exempli gratia. Si non contingit continuum in omnem suam partem esse diuisum: impossibile est sic esse diuisum, et si non contingit aliquid fieri, impossibile est sic fieri. Id qō dialectice dicūt:si de ineſſe,nō est possibilis,modalis erit impossibilis. Eadem ratiōe per oppositū:si contingat aliquid mutatū esse a quodam in quiddā,nō erit impossibile sic mutari: nā si motus ad terminū esset impossibilis,ꝛ assecutio termini esset impossibilis. ¶ Ratiocinatur ergo sic in tex.93. Quicquid mouetur,mouetur a quodam in quiddam:ergo cōtingit mutatum esse in termi num:quod aūt contingit mutatum esse in aliquē terminum,possibile est moueri vsq; ad illum: infinitum autem spatium impossibile est pertransiri: ergo infinitus motus,nō est possibilis. Et sic concludit manifestū esse,q; nō est sic possibilis infinita mutatio,vt nō finiatur aliquo termino. Quod est dicere,impossibilem esse infinitū motum rectum per infinitam magnitudinem.

Textus xciiij. Sed si esse posit sic,vt tēpore sit infinita,vna de eadem existens: considerādum est. nam vna quidē si nō fiat:nihil fortasis prohibet. vt si post loci mutationem alteratio sit:& post alterationem augmētatio,& rursus generatio. sic enim,semper quidem erit tempore motus:sed non vnus,propterea q; non est vnus ex omnibus. Vt aūt fiat vnus, non cōtingit infinitum esse tempore: præter vnum. hic autem: est circularis latio.

¶ Post demonstrationē huius,q; non sit possibile vnum esse motum infinitū continuū per spatium infinitum,inuestigat,an sit possibilis motus infinitus ratione tēporis,id est,durans infinito tempore. Aitq; eum esse possibilē dupliciter. Uno modo si nō sit simpliciter vnus secundū speciem. Ut si post loci mutationem(.v.g.qua agens applicat passo)mox succedat alteratio, deinde generatio, pręterea corruptio,quę est generatio alterius. Et ita si mundus esset eternus,vt vult Aristo. succederent infiniti motus,alius deinceps post alium. Quod autem esset vnus infinitus cōtinuus,nō est possibile. Pręter vnum(inquit) circularē motū cęlorum. Hic est enim secundus modus,quo esse potest motus tempore infinito:eo quod nō sit per infinitū spatium,sed super idem circulationibus infinitis.

Finis sexti Physicorum.

Reuerendi patris, fratris Dominici Soto Segouiensis, Theologi, ordinis Prædicatorum, super Septimum Phisicorum Aristotelis. Commentaria.

CAPVT. I.

Text°. j.

OMNE quod mouetur: necesse est ab aliquo moueri. Si igitur in se ipso non habet principiū motus: manifestum est, ꝙ ab altero mouetur. si autem in seipso, accipiatur in quo. A C. quod moueatur non ex eo, quia partium huius aliqua mouetur. Primum igitur opinari. AC. à seipso moueri, propterea ꝙ totum mouetur, & à nullo externorū, simile est ac siquis ipso. DE. mouente ipsum. E F. & illo moto, opinetur. DEF. à seipso moueri propterea ꝙ non intuetur vtrum ab vtrō moueatur: vtrum. D E. ab. E F. an. E F. ab ipso. D E.

¶ Postquā in primo & secūdo libris de principio & causis rei naturalis, in tertio vero de motu, & in quarto, de ei adiacētibus loco & tēpore, sed in quinto & sexto, de eius diuisione, tam in suas species, ꝙ in partes, secūdum tempus diffuse tractatum est, subsequit in duobus his reliquis de motu dicere in ordine ad primū motorem. In hoc enim septimo disseritur perueniendū esse in motibus, & ex parte mobiliū, ad rem primū motā, & ex parte motoꝝ primū, & octauo, perquirit, quidnā sit hoc primū motū, qualisq; sit primus ille motor. Septimus autē hic liber in quinq; capitula sectus in diuisione Cōmentatoris per triginta nouem textus distribuitur. In prioribus nāq; viginti disputatur de primo moto, primoq; motore, in reliquis de proportione motuū. ¶ Capitulum primū continet textus nouem. In primo statuit conclusio hęc tanquā omnium basis, quę dicenda sunt. Omne qđ mouet, ab alio mouet. Ante cuius probationē excludit fallaciā, qua decipi quis posset, nō omne quod mouet, ab alio moueri. Etenim quando res ab extrinseco principio mouet, tunc palam est ab alio moueri. vt quando aqua caleſit ab igne, vel a sole, aut lapis proficitur. Quādo vero mouetur a principio intrinseco (vt est in viuentibus) tunc apparet nō moueri ab alio. Sed tamē tunc vna pars per se mouetur ab alia, quę per se mouet. Vt si corpus. DEF. ab intrinseco moueat, est, qꝛ prima pars. D E. mouet alteram. D F. vt si aquę prima midietas sit calida, calefaciet alteram. Si tamen in animali suspicio sit, eandem esse partem per se motam, & per se mouentem, est apud eum, qui discernere nescit, quę nā pars per se moueat, quę ve sit per se mota.

Ampliùs id, quod à seipso mouetur: nunquā cessabit moueri, propterea ꝙ aliquid aliud stetit quod mouebatur. Necesse est ergo si quid desinat moueri, eò quòd aliud aliquid stetit: hoc ab altero moueri. hoc autem cùm manifestum factum sit: necesse est omne, qđ mouetur. moueri ab aliquo. Quoniam enim acceptum est. A C. moueri: diuisibile erit. omne enim, quod mouetur: diuisibile est. diuidatur igitur in. B. necesse est igitur. BC. quiescente quiescere &. A C. si enim non, accipiatur moueri igitur. BC. quiescente, mouebitur vtique. A C. non ergo mouetur per se. A C. sed supponebatur, per se ipsum moueri primùm. Manifestum est igitur, ꝙ. B C. quiescente, quiescet &. A. C. & tunc desinet moueri. sed siquid ex eo quia aliud quiescit, stat, & cessat moueri, hoc ab altero mouetur. manifestum est igitur, ꝙ omne quod mouetur, ab aliquo mouetur, diuisibile ēm est, omne quod mouetur. & parte quiescente, quiescet totum.

Text°. ij.

¶ In textu. 2. probat directe, quod omne quod mouetur, ab alio mouetur: supposito hoc manifesto principio, ꝙ si aliquid a seipso per se primo mouetur, id quidem nō quiescet, propterea ꝙ aliud qđ diuisibile quiescat: quandoquidem eius motus a nullotione in alio dependeat, vnde e contrario si detur mobile, quod ad quietem alterius desinat ipsum moueri, non equidem mouetur a se per se primo, iam enim eius motus aliunde pendet. ¶ Hinc syllogizatur Philosophus suam conclusionem hoc modo. Detur mobile, quod per se primo mouetur. v. g. A C. quodquidem necesse est esse diuisibile. vt lib. 6. textu. 87. monstratum est. Diuidatur ergo in pncto. B. & arguitur sic. Quiescente parte. B C. necesse est totum. A C. quiescere: ergo. A C. non a se per se primo mouebatur. Consequentia est nota ex prędacta suppositione: & probatur antecedens. Nam dato oppositō, videlicet ꝙ. B C. parte quiescente

totum. Aut C. moueretur, sequitur. A C. non moueri per se primo, sed rõne alterius partis. A B. nam quando totũ mouetur vna parte quiescente, non mouet per se primo rõne totius, sed ratione illius partis. Cũ autẽ supposituũ sit totũ. A C. per se primo moueri, necesse est vt moueat ratione totius: atq; adeo quiescente. B C. parte, quiescat totum. Indeq; rursus sequitur, q totũ non per se primo a se mouetur. Siquidẽ a motu partis dependet motus totius. ¶ Circà hanc rationẽ Philo. est duplex dubiũ. Primũ est Galeni, dicẽtis id qõ mouet rõne partis, moueri p se nã moueri p aliquid sui, est moueri p se. Ob idq; nõ valet (inquit) cõsequẽtia, quiescente vna parte totũ mouet rõne alterius: ergo nõ mouetur perse. Dubiũ tamẽ hoc nascit ex ignorantia hoĩs, nõ distinguentis inter p se, & per se primo. Etenim per se solũ distinguit cõtra per accidens: sed per se primo distinguit cõtra per accidens & per partẽ. Animal enim, quod mouet ratione animę, nõ quidem mouetur per accidens (qz illud, quo mouet, nõ accidens) attamẽ nec mouetur per se primo, sed ratione partis. ¶ Maius tñ dubium est Auicenę, qui huic ratiõi hoc modo obuiam venit. Dato enĩ (inquit) corpore, qõ a se per se primo moueretur, illius necesse esset, vt singulę etiam partes a seipsis per se primo mouerentur: & ideo suppositio Aris. s. q eiusmodi corporis pars B C. quiescat est impossibilis. Ex suppositione autem impossibili nimirũ si aliud impossibile sequat puta id, quod per se primo mouet, moueri secundum partem. ¶ Cui Auerro. concedit, demonstrationem procedere ex impossibili: concedit q; subinde non esse demonstrationẽ a priori, sed a posteriori, & a signo. ¶ At vero S. Thom. egregie reprehẽdit Cõmentatorem. Nam quãuis demõstratio procedat ex suppositione impossibili, acute tamẽ a priori ostendit, quomodo nullũ corpus diuisibile põt per se primo a se ipso moueri. Moueri enim per se primo a se, est esse sibi primo causam sui motus. Cum autẽ lib. 6. tex. 46. & sequẽtibus probatũ sit, q nec dat prima pars mot⁹, nec in mobili pria ps mota, nec in spatio prima ptrãsita ppter diuisionem cõtinui in infinitũ: eadem rõne pbat, q neq; in mobili diuisibili non potest dari, aut totum mobile, aut aliqua eius quantũcunq; minima pars, quę non dependeat ex motu suę partis: sicut non datur aliquod diuisibile ens, quod nõ dependet ex alio ente, puta ex parte sua. Et ideo nullũ diuisibile mobile, a se primo mouetur: sicut nullũ corpus, a se primo est ens: quia dependet ex partibus. Unde Plato ponens aliquid per se primo moueri a se, dicebat hoc tãtũ cõuenire substãtię spirituali: quę se intelligit amatq;. Cui Aristo. hic nõ contradicit: quippe qui nõ loquit de motu spirituali: qui est pfectio subiecti: sed de motu corporeo: qui est actus entis in potentia.

Textus. iij.

Quoniam autem omne quod mouetur. ab aliquo mouetur: necesse est & omne, quod mouetur, moueri ab alio. & id igitur quod mouet: ab altero, quoniam & ipsum mouetur. & rursus hoc: ab altero. non autem in infinitum abibit: sed stabit alicubi, & erit aliquid quod primò causa erit motus.

¶ Hoc ceu fundamento prędacto, procedit ad demõstrandũ primũ motorẽ. Quoniã si hoc corpus, qđ localiter mouetur, mouet ab alio, quęrit de illo alio, aut illud est per se primo mouens nõ motum, & tunc ille erit primus motor: si vero mouetur, debet moueri ab alio, & sic vel ab eundũ est in infinitum, vel standũ alicubi: non autẽ in infinitũ procedit: ergo standũ est in primo mouente immobili. ¶ Ponit exẽplũ in motu locali claritatis gratia.

Si enim non, sed in infinitum procedat: sit. A. quidem id, quod ab ipso. B. mouetur. B. verò ab ipso. C, C. autẽ ab ipso. D. atq; hoc igitur modo in infinitum procedat. Quoniã ergo simul & ipsum mouens mouetur: manifestum est, quòd simul mouebitur, &. A. &. B. cùm enim mouetur ipsum. B. mouebitur &. A. & cùm mouetur. B. & ipsum. C. & cũ. C. ipsum. D. erit igitur simul: & motus ipsius. A. & ipsius. B. & reliquorum cuiusq;. ¶ Et accipere igitur vnũquodq; ipsorum: poterimus, etẽ si vnũquodq; ab vno quoq; mouetur: non minus vnus numero est cuiusque motus, & non infinitus extremis. quoniam quod mouetur omne: ex quodã in quoddam mouetur.



Textus. iiij.

¶ In tex. hoc. 4. & sequentibus probat minorẽ superioris rationis. s. q nõ est abire in infinitũ mouentibus. Et pręmittit in hoc textu duas pręmissas. Prima est, q si dãtur per impossibile infinita mouentia, vt. A. moueatur a. B, B. a. C. &. C. a. D. &c. necesse est omnia eodem simul tẽpore moueri, nam si. B. mouet. A. nisi motũ a. C. necesse est. A. & B. simul moueri, & si. C. nõ mouet. B. nisi motũ a. D. opus est vt. B. & C. simul moueantur, & ita de alijs, vt si aquã baculo moueas, aqua simul, ac baculum & manus simul moueantur necesse est.

¶ Altera pręmissa est, q possumus vnũquodq; illorum accipere. i. possumus singulos illorũ motus diffinire, seu finitos ostendere, nam quãuis. A. moueatur a. B. & B. a. C. &c. tamen motus, quo mouetur. A. alius numero est a motu, quo mouetur. B. nam si mobilia differunt numero, & motus qui sũt eorum accidentia, numero differunt. Et prętereà singuli sunt finiti. Nam ois motus est inter duos prędixos terminos quodammodo contrarios.

Text. v.

Aut enim numero accidit eundẽ esse motum: aut genere, aut specie. numero igitur dico eundem motum qui ex eodem in idem numero, in eodem tẽpore numero, fit. vt ex hoc albo, quod est vnum numero: in hoc nigrum, secũdùm hoc tempus, quod est vnum numero. si enim secundum aliud: nõ amplius vnus erit numero, sed specie.

Genere

Genere autem idem est motus: qui in eodem prædicamento substantiæ, vel alterius generis est. Specie autem: qui est ex eodem specie in idem specie. vt ex albo in nigrum: aut ex bono in malum, hæc autem: dicta sunt & in prioribus.

¶Quoniam dixerat motus plurium mobiliū numero differre, inserit tripliciter contingere motum esse eundem, vt lib. 5. text. 31. dixerat. s. numero, specie & genere. motus idem numero est, qui est eiusdem mobilis ab eodem numero terminum in eundem numero & eodem numero tempore nā motus, quorum alter est ab hoc albo in hoc nigrū alter vero ab alio albo, in aliud nigrum, numero differunt, & sunt eiusdem speciei. Genere autem sunt idem, qui sunt inter terminos eiusdem prædicamenti: vt calefactio, & albefactio, quę genere differunt ab augmentatione.

Textus. vj. Accipiatur igitur motus ipsius. A. & sit in quo. E. & ipsius. B. in quo. F. & ipsius. C. &. D. in quo G. &. H. & tēpus, in quo moueat. A. sit. K. De terminato autem motu ipsius. A. determinatum erit & tempus, & non infinitum, quod est. K. sed in eodē tēpore: mouebatur A. &. B. & reliquorum vnumquodque Accidit ergo motum. EFGH. infinitū existentem: in tempore finito moueri quod est. K. in quo enim. A. mouebatur, & quæ post A. consequenter sunt omnia, mouebantur infinita existentia. Quare, in eodem mouētur. etenim aut æqualis erit motus ipsius. A. motui ipsius. B. aut maior. refert autem nihil. prorsus enim infinito motui: in tempore finito accidit moueri. hoc autem impossibile est.

¶Expremissis ratiocinatur non esse processum in infinitum in causis, non quidem efficaci demonstratione, sed ratione, quam quis forte putaret alicuius valoris. Accipiatur. enim [inquit] motus quo mouetur. A. qui sit. E. & motus ipsius. B. qui sit. F. &c. vt apparet in marginali figura. Et tempus quo mouetur. A. sit. K. quod manifestum est esse determinatum ideſt finitum, cum motus ipsius. A. sit finitus. Tunc sic. Tempus, quo mouetur. A. est finitum, & monstratum est omnia illa infinita eodem tempore moueri: ergo omnes illi motus, qui sunt numero infiniti, fiunt in tempore finito: ex infinitis autem motibus videtur componi vnus motus infinitus: ergo motus infinitus fit in tempore finito, cuius contrarium demonstratum est libro. 6. textus. 66. Nec refert an omnes illi motus fuerint æque veloces, an alius alio) tardior: nam cum singuli sint finiti (vt dictum est singuli consumunt tempus finitum: & cum omnes, qui sunt numero infiniti: simul fiant, fiunt in tempore finito.

Sic igitur videbitur demonstrari, Textus. vij. id quod ab initio diximus. non tamen demonstratur, propterea quod nullum inconueniens accidit. contingit enim in tempore finito, infinitum motum esse, non autem eundem, sed alterum & alterum, multis motis, & infinitis, quod quidē accidit & ijs quæ nunc diximus.

¶Subdit veruntamen Ph. prefatam rationem nō esse efficacē: nā esto per impossibile infinita mobilia mouerētur tempore finito: non inde sequeretur motum infinitum fieri tempore finito. quia motus illorum mobilium non faciunt vnum motum. Et si infiniti homines simul vna hora mouerentur. Quod autem idem mobile infinito motu moueretur tempore finito illud esset impossibile Obidque subiungit demonstratiuam rationem.

Sed si id quod mouetur primo, se- Textus. viij. cundum locum & corporali motu necesse est tangere, aut continuum esse mouenti, vt videmus in omnibus hoc contingere: erit ex omnibus, vnum, ipsum totum aut continuum. Hoc igitur possibile accipiatur, & sit magnitudo quidem, aut continuum in quo. A B C D. Huius autem motus. E F G H. refert autem nihil finita sit an infinita similiter enim in tempore finito. K. mouebitur, aut finita. aut infinita, horum autem vtrumque impossibile est.

¶Quoniam defectus superioris rationis videbatur esse q̄ quamuis concederetur infinita mobilia moueri tempore finito, puta vna hora, non sequebatur motum infinitum esse in tempore finito eo quod illi motus, quorum quilibet erat finitus, non faciebant vnum, vult modo ostendere consequentiam esse bonam, si adiungatur alia premissa, quę est maxima in philosophia. Videlicet. Mouens & motum debent esse simul scilicet aut contigua, vt manus baculo, & baculus lapidi: aut continua, vt cor musculis, & musculi manui. Et hoc in motibus (inquit) secūdum locum, & in alijs corporeis: nam de motibus spiritualibus alia est ratio. Cum ergo hoc sit necessarium, possibile est vt omnia

omnia mouentia continuentur, & faciant vnum: vt ſi manus continuetur baculo, & baculus lapidi aut ſi elementa & ſibi & celis continuentur. Tunc ſit illa magnitudo. A B C D. & motus illarū partium. E F G H. & inde ſequitur, q̄ ſicut mobiliaſaciunt vnum, ita & motus facient vnum motum infinitum: qui fiet eo tempore finito, quo fiebantomnes motus quando erant ſeorſum diuiſi. Addit vero Ph. q̄ nihil refert magnitudinem illam eſſe finitam (vt ſi partes ille eſſent proportionales) aut infinitam, vt ſi eſſent æquales, quia cum cuilibet parti correſpondebat ſuus motus diſtinctus facient vnum motum infinitum.

Textus ix.

C Manifeſtum eſt igitur, quod ſtabit aliquando, & non in infinitum abibit quod ſemper ab altero, ſed erit aliquid quod primum mouebitur. Nihil autem referat, ſuppoſito quodam, hoc demonſtrari. Eo enim quod eſſe poteſt, poſito nullum inconueniēs oportebat accidere.

Poſſibile poſito in eſſe nullum ſequitur inconueniens.

¶ Concludit igitur illam rationem probare, q̄ ſi ſint infinita mobilia & mouentia, inde ſequitur infinitum motum poſſe fieri tempore finito: quodcū ſit impoſſibile, ſequitur neque eſſe poſſibile vt ſint infinita mouentia. Et quia poſſet quis dicere, non eſſe contingens omnia mouentia totius orbis eſſe continua, dicit q̄ quanquā id non ſit cōtingens quia repugnat naturę particulari ſingulorum elementorum &c. li, nihilominus loquendo in genere nulla eſt repugnantia, quatenus mouētia cōtinuētur. Et ideo poſſibili poſito in eſſe nullum ſequitur inconueniens. Cum ponatur oſtendendum impoſſibilitatem ſimpliciter alterius ſcilicet infinitas poſſe fieri motiones intempore finito.

QVOD MOVENS & motum debeant eſſe ſimul. CAPVT. II.

C PRIMVM autem mouēs non vt id cuius cauſa, ſed vnde principiū motus eſt, ſimul cum eo eſt quod mouetur. ſimul autem dico, quia nihil interipſa eſt hoc enim commune eſt, in omni quod mouetur, & quod mouet.

¶ Dixerat tex. 8. quaſi alius agens, mouens & motum debere eſſe ſimul: at quia ſententia hęc, inter dignitates habetur & principia phyſica, perſeueratin hoc cap. 2. [quod quatuor habet textus] eam expreſſo ſtabilire. Ex ponit autem prius in hoc fragmento ſuperioris textus concluſionem ex parte mouentis. Eſt enim mouens, aliud finis [quod dicitur, id cuius cauſa] & id non opus eſt cōtingere mobile. Mouetur enim infirmus a ſanitate abſenti vt ſumat potionem. Aliud eſt mouens vt cauſa efficiens: quod appellatur vnde principium motus. Sed hoc ité eſt duplex: aliud remotū tāquā cauſa vniuerſalis, vt ſol eſt cauſa roſæ & neceſſe eſt tangit mobile. Aliud eſt mouens immediatum. i. inter quod & mobile non mediat aliud mouens [nam inter ſolem & roſam mediat planta] & hoc [inquit] neceſſe eſſe ſimul cum mobili, aut contiguum illi, aut continuum. Neque id [inquit] in motu tantum locali: ſed in aliis etiam motuum generibus. Sequitur diuiſio ex parte mobilis.

Quoniam autem treſſunt motus, iſ. ſ. qui ſecundum locum, & qui ſecundum qualitatem, & qui ſecundum quātitatem. neceſſe eſt & ea, quę mouētur tria eſſe. Qui igitur eſt ſecundum locum: loci mutatio. qui vero ſecundum qualitatem: alteratio. qui vero ſecundum quantitatem: augmentatio & diminutio. ¶ Primum igitur: de loci mutatione dicamus. hæc enim: primus motuum eſt. Omne igitur quod fertur aut ipſum a ſeipſo mouetur, aut ab altero. Si igitur a ſeipſo: manifeſtū eſt q̄ cū in ipſo mouēs ſit, ſimul erit mouēs, & q̄ mouetur, atq; nihil inter ipſa erit. ¶ Quod atū ab alio mouet: quadrifariā mouetur. motus enim ab altero: quatuor ſunt, pulſio, tractio, vectio, vertigo. etenim, alios omnes ad hos reduci accidit. ¶ Pulſionem igitur, alia quidē impulſio, alia verò expulſio. Impulſio igitur eſt. cum moues ab eo, quod mouetur, non relinquitur. Expulſio vero quando expellens relinquitur. ¶ Vectio autem: in tribus erit motibus, nā quod vehitur, non ſecundum ſe mouetur, ſed ſecundum accidēs. ex eo enim mouetur: quia in eo, quod mouetur eſt aut ſupra id, quod mouetur. Id autem quod vehit: mouetur aut pulſum, aut tractum, aut vertigine actum, manifeſtum eſt igitur: quod vectio in tribus erit motibus. Tractio autem: aut cum ad ſeipſum, aut ad alterum, velocior eſt motus trahentis, non ſeparatus à motu, eius, quod trahitur. etenim ad ſeipſum eſt tractio: & ad alterum. Et reliquę & iam tractioneseadem ſpecie ad has reducentur. vt inſpiratio, & expiratio, & ſputatio, & quæcunque corporum

Textus x.

Quatuor ſpēs mot.

porum emissiuæ, aut receptiuę sunt & diuulsio & texio. horum enim aliud quidem congregatio est: aliud vero, disgregatio, & omnis igitur motus secundum locum: congregatio & disgregatio est. ¶ Vertigo autem: componitur ex tractione & pulsione id enim quod mouet, pellit hoc: trahit autem illud. ¶ Manifestum igitur est, quod si simul pellens & trahens est cum eo, quod pellitur, & trahitur, nihil est medium inter id, quod mouet, & id, quod mouetur. Hoc autem, manifestum est ex dictis, nam pulsio: aut a seipso, aut ab alio ad aliud motus est. Tractio autem, ab alio ad seipsum, aut ad aliud. Ad hæc autem, compulsio & depulsio. ¶ Proiectio autem, quando velocior motus sit eo, qui est secundum naturam eius, quod fertur, vehementiore facta pulsione. & eo vsque facta accidit ferri, quo vsque vehementior sit motus eius quod fertur. Manifestum est igitur, quoniam id quod mouetur & mouēs simul sunt, & nihil inter ipsa medium est.

¶ Tres sunt species motus scilicet localis, & alterationis, & augmentationis: sub qua comprehenditur decretio: nam generatio non est motus vt libro quinto textu. 9. dictum est: sed est terminus motus alterationis, & ideo quantum ad rationē hanc pertinet, idem est & alterationis, & generationis iudicium. Atqui iuxta tres species motuum tres sunt & species mobilium: in quibus sigillatim ostendit, & mouens, & id quod mouetur simul esse. Haud enim rationem affert a priori, sed inductione vtitur: idque prius hoc textu decimo in motu locali: qui vt habetur lib. 8. textu. 55. est omnium primum. ¶ Id quidem quod localiter mouetur, aut mouetur a seipso. i. a principio intrinseco actiuo, quod est in ipso. At contingit in motibus progressiuis animalium, quorum pars mouens continuatur parti motę. Supponamus corvbi generantur spiritus vitales, esse partem mouentem. Et in his manifestum est, mouens, & id quod mouetur, esse simul. siquidem sunt continua Aut mouetur ab alio ides a principio extrinseco, vt contingit in non viuentibus. Et huiusmodi motuum quatuor sunt species scilicet pulsus tractio vectio, & vertigo seu volutio. Nam si quialij sunt, ad hos reducuntur. At qui pulsionum aliaest impulsio: nempe quando pellens non deserit pulsum sed est ei semper attiguum: vt cum homines lacertis magnum saxum e loco summouent: alia vero est expulsio, vt quando lapis iactatur, aut sagitta. ¶ At vectio [inquit] in alijs tribus motibus fit datur. Differt enim vectio ab alijs: nam id quod vehitur, non mouetur perse: sed per accidens ad motum alterius, quod mouetur perse: vt cum homo vehitur naui, quę perse mouetur impulsa ventis, aut equo. ¶ Tractio differt a pulsione, quod pellens est in termino a quo a tergo tangens mobile, trahens vero est in termino ad quem vel quasi. Est enim duplex tractio: alia, que dicitur attractio, quando quis ad seipsum trahit. vt qui a pomo rudente traheret ad se nauim: alia que dicitur simpliciter tractio, quando quis non ad se simpliciter, sed ad aliud trahit. vt cum quis capistro traheret iumentum ad aquam aliquantulum distantem ab ipso trahente. Et quandoq; res, que trahitur, etiam perse mouetur, sed trahens facit vt velocius moueatur, vt cum quis motum immenti velocius ipse motus extenso capistro accelerat. Et ideo ait Aristot. quod tractio est motus velocior trahentis ad se, vel ad alterum non separatus: nam trahens debet esse contiguum, aut tracto, aut resti, per quam trahit. Subiungit Ph. & reliquę motionum species ad has ferme reducūtur, nam inspiratio, est attractio aeris constrictio pulmone: expiratio autem expulsio aeris, extenso pulmone. Sicuti sputatio, est expulsio sputi: diuulsio vero est attractio radicum a terra Grece est, spathesis. Quod aliqui putāt dici ab spatha, quod est ensis. Non tamen dicitur, nisi ab, spazo, quod est vinello. Et texio, est expulsio, et iactatio radij, quo deducitur filum. Horum enim [inquit] aliud est congregatio, aliud vero disgregatio: nam trahens, adiungit, & congregat vnum ad aliud: ex pellens autem, dimouet loco, quia trahens, tenet se ex parte termini ad quem pellens autem ex parte termini a quo. ¶ Vertigo autem, seu circularis motus componit quadammodo expulsu, & tractu. Si fingas enim punctum in circumferentia rotę circulariter late, videbis illud dimoueri a puncto fixo in spatio, quasi inde expulsum, & rursus reuerti in illud quasi illuc tractum. ¶ Colligit ex dictis quod si vectio non est perse motus: sed consistit in alijs, & vertigo constat ex pulsione, & tractione, per pulsionem & tractionem iudicandum est de reliquis. Quod autem in his duobus mouens & motum debent esse simul. probatur: nā de motu tractionis iam dictum est in eius definitione, quod trahens est simul cum tracto: nam si quis trahit lapidem fune, est contiguus funi, & funis lapidi. Et de pulsione, quę est impulsio, idem est etiam manifestum, quod semper pellens, & pulsum sunt simul. Et idem patet de expulsione, seu depulsione, cuius minor erat apparentia: nam saltem in principio motus expellens debet tangere expulsum. ¶ At vero quia id, quod expellitur, & iactatur, vt sagitta, quando actu mouetur, non apparet tunc simul esse cum mouente, quod permansit in termino a quo, amouet Ph. hunc scrupulum, dicens proiectionem fieri per hoc quod aer pulsus a sagitta velocius mouetur, quod esset motus eius naturalis: & ideo aer ipse ita velociter motus defert secum sagittam, vt lib. 4. textus 68. exposuimus. Et ideo etiam tunc mouens & motum sunt simul. Durat enim motus quam diu durat motus ille velocior deferentes,

At vero

Vectio.
Tractio.
duplex tractio.
attractio
inspiratio
expiratio
Sputatio
diuulsio
texio
Vertigo.
Proiectio

Textus.

At verò, neque inter alteratum & alterans, quippiam medium est. hoc aũt manifestum est: ex inductione. In omnibus enim simul esse accidit alterans vltimũ, & primũ: quod alteratur. Quale enim alteratur: ex eo quia sensibile est. Sensibilia autem sunt quibus differunt corpora a se inuicem, vt grauitas leuitas, durities, mollities sonus, silentium, albedo, nigredo, dulcedo amaritudo, humiditas, siccitas, densitas, raritas, & horum media. similiter autem & alia, quæ sub sensibus sunt. quorum est & calor, & frigus. & leuitas, & asperitas. Hæc enim sunt passiones subiectæ qualitatis. His enim, differunt sensibilia corpora: aut secundum horum aliquid magis & minus, & quia partiuntur aliquid horum. nam quia cale fiunt, aut frigefiunt, aut dulcescunt, aut amaricantur, aut secundum aliquid aliud prędictorum: similiter & animata corpora, & in animata, & animatorum quæcunque partes sunt inanimatæ.

¶ Subsequenter commento. 11. eandem conclusionem demonstrat inductione facta in motu alterationis materialis: nam in subsequenti prosequitur id ostendere in alteratione quodam modo spirituali. Ait ergo, neque in alteratum & alterans quippiam esse medium, sed esse semper simulagens & patiens. Attamen quoniam contingit, causam non perse statim agere, sed per aliam intermediam, moderatur conclusionem, vt sit intelligenda de vltimo alterante, & primo alterato. Nam ignis dum calefacit eũ, qui propesedet, non est vltimum agens respectu hominis: neque homo, primum eius patiens: sed ignis est vltimum agens respectu circunstantis aeris, qui primum ab ipso patitur: aer vero est vltimum agens respectu agens respectu hominis, atque homo vicissim, primum eius patiens (quale enim alteratur) suntqui hanc putent esse perse rationem distinctam, at gratius forsan coheret textus, si hoc non legatur nisi tanquam explicatio inductionis: nam quia dixerat manifestum hoc esse ex inductione, commemorare pergit singulari omnia, que alteratione mutantur. Etenim cum materialis alteratio, motus sit ad generationem & corruptionem, fit vt corpora propie alterentur secundum sensibiles qualitates. quę sunt in tertia specie qualitatis, dicunturque passiones, ac possibiles qualitates, vt sunt qualitates quatuor primę, per quas substătię precipuę permutantur, dissoluuntur, ac generantur & alię pręterea secundę, que ex illis conflantur, quasi ex generatione consequentes vt albedo, dulcedo &c. Huiusmodi autem qualitates quoniam obiecta sunt propria sensuum, nullo vno nomine significatius comprehenduntur, quam si dicantur sensibilia. Atqui inde dicuntur qualitates passibiles, seu patibiles, vel quia secundum illas corpus in quo sunt, afficitur, vel q sensibus passiones inferunt: vt in predicamento qualitatis monstratũ est. Et hoc est quod ait, quam alterari ea ratione quia sensibile est. Non enim docet, nihil alterari, nisi sit sensibile animal: alteratur enim & lignum: sed quod nihil alteratur, nisi quatenuus aliqua sensibilium qualitatum afficitur. Atque hanc cõclusionem hoc patefacit syllogismo corpora non alterantur, nisi illis qualitatibus, quibus a se inuicem differunt, nam alterantis intensio est ex dissimile simile facere differunt autem corpora secundum sensibiles qualitates, quales sunt, grauitas, leuitas &c. ergo secundum eãdem alterantur corpora. Cum autem subdit. Hęc autem & horum media, puta pallidum & viride, sunt passiones subiecte qualitatis idem ait, quod, subalterate species sub genere qualitatis: utpote ad tertiam eius speciem pertinentes. Hęsitabit autem quis forsan sonum, qui fit in aere, non esse qualitatem, secundũ quam fiat primo & perse alteratio quoniam nõ est dispositio ad generationem, neque generationem consequens, sed congignitur ex corporum collisione. Respondendum est ergo, q forte Arist. non loquitur de sono in actu quoniã vel nulla est qualitas pręter motionem aeris, vel non durat nisi durante in aere motu: sed loquitur de sonabili, sicut de orabili, & visibili, quę est qualitas reddure. terse, & politę ex temperamẽto caloris cum purohumido enascens hęc nanque per alterationem fit, vel ut reliquę secunde qualitates. At quoniam dixerat sensibilia corpora his qualitatibus differre dicum tẽperat nã aliquando nõ differunt corpora secũdã horũ cõtrarietatẽ, sed secundũ magis & minus, vt ignis differt ab aqua secũdũ calidũ & frigidũ: sed ab aere, secũdũ magis & minus calidũ: siue id sit qualitate innata, siue ab extrinseco recepta Aqua quippe bulliẽs a seipsa dũ naturali viget tẽperamento, caloze differt. Et ideo ait, q differunt corpora, aut secundũ magis & minus harum naturalium qualitatũ, aut qz aliquid horum patiũtur scilicet dum forinse cus calefiunt, dulcescunt vel amaricant &c. [Similiter & animata corpora &c. At vero quoniam sensibiles nuncupauerat, huius modi qualitates, nequis eum sinistre intelligeret q cogitaret, illas esse propias animalibus sensibilibus, subiungit illas etiam esse communes rebus in animis. Calescunt enim & frigefiunt &c. in animata, sicuti & animata. Quin vero & animaliũ partes insensibiles, sicut sensibiles. Sunt etenim in animali partes sensibiles, vt oculi, & caro vbi sedes, est tactus, & alię pręterea insensibiles vt capilli, & vngues, & ossa, q pariter partes eiusdem qualitatibus subinde immutantur.

Textus. xij.

At que etiam ipsi sensus, alterantur. patiuntur enim actus enim ipsorum, motus est. per corpus patiente aliquid sensu. secundum quę igitur inanimata alterantur, & animata secundum hæc omnia alterantur, secundum autẽ quę animata

animata alterantur secundum ea non alterantur in animata secundum enim sensus:non alterãtur & latet in animata cum alterantur. Nihil autem prohibet & latere in animata, cum alterantur:quando non secundũ sensus accidit ipsis alteratio. Si igitur sensibiles passiones sunt,per has autẽ alteratio est hoc iam manifestum est, ꝙ patiens & passio sunt simul & inter hæc mediũ nihil est. Huic enim aer est continuus: aeri autem coniungitur corpus. & superficies quidem ad lumen:lumẽ autẽ ad visum. similiter autem & auditus & odoratus:admouẽs ipsos primũ eodẽ aũt modo:simul & gustus & sapor est.

¶Cum enarrauerit quemadmodum corpora secũdum sensibiles qualitates primo ⁊ perse alterentur,materiali alteratione,sermonem extendit ad sensus ipsos,qui ab eisdem sensibilibus qualitatibus patiuntur,in quibus res latentior est,quã in rebus in animis,propterea,ꝙ eiusmodi alteratio spiritualis est quodãmodo,vtpote media inter intellectionem ⁊ alterationes in animatorum. Inter llectio enim cũ non fiat per corporea organa, non est simpliciter passio , sed quodammodo passio, vt habetur.3.de aia:sensatio vero,quia fit per organũ corporale,vsq; adeo est passio.vt fiat nõnunquã cum aliqua sensus affectione reali,⁊ lesione. Attñ non est pure materialis:quia realis albedonon recipitur in oculo,sed eius species. Igitur cum dixi et animata corpora sussõ gradu alterari sicuti in animata,⁊ partes sensibiles animalis,sicuti insensibiles,declarat in hoc textu.12.quo pacto sensus patiantur. Qñ.inquit,actus ipsorum fit per motum,dũ sensus aliquid patitur ab obiecto,puta sẽsibiles species. Unde colligit secundũ oẽs qualitates,secundum quas patiuntur in animata,patiuntur quoq; animata etiam inpartibus sensibilibus,que vtiq; calefiunt pariter,⁊ infrigidantur sicuti lapides eo ꝙ ex eisdem elementis sunt commixta:attamẽ non conuertitur,vt secundum omnia,secundum que alterantur animata,alterẽtur etiam inanimata,qñ in animata nonsentiunt. Accipit.n.hic animatorũ nomẽ non vt cõplectatur plantas,sed pro animalibus. Unde fit,vt rẽ in animatã sua lateat alteratio: qr nõ recipit illã,sicuti animal,suam [¶Nihil aũt,phibet(¶Hoc vero,inquit prohibet,vt ⁊ ipsum quoq; animal lateat aliquando sua alteratio qñ illã non recipit secundũ partẽ sensibilẽ,in qua fit sanguis,non eñ sentimus quã cũq; alterationẽ quę fit in capillis(si igitur) colligit conclusionẽ ꝙ si qualitates omnes patibiles, sensibiles sunt,⁊ secundum eas fit alteratio, nõ solũ in subiectis,quibus realiter recipiuntur, verũ in sensibus dum eaũ speciebus informantur:⁊ huiusmodi omnes alterationes fiunt per contactum agentis ad passum colligitur,vt agens,⁊ patiens sint semper simul [huic.n.aer est continuus] supponit exemplum,vt res magis ac magis clarescat: idemq; in sensibus,vbi res non est adeo peruia. Et ideo illi,quos supra notauimus, qui volũt non inductionem,sed ratiocinationem hic facere Aristotelẽ,dicunt argumentari a minori ad maiꝰ hoc pacto. ¶Huic puta sensui aer est cõtinuus.i.attiguus:aeri autem coniungitur corpus,nimirum sensibile:⁊ ideo corpus,⁊ aer sunt simul.sicuti aer ⁊ sensus:igitur si insensibus,vbi minor erat apparentia agens ⁊ patiens sunt simul.fortiori ratione colligitur:vt in rebus inanimatis agens quoque ⁊ patiens sint simul. Et vero forsan(vti dicebamus)non hanc rationẽ intendit Aristo.sed persequitur deductionem vsque ad res magis reconditas. Incipit aũt [vt aitsimpli.] a tractatu, dicẽs ¶Huic hoc est tactui calescentis aer est cõtiguus,⁊ illi corpus,puta ignis. Deinde procedit ad visum indicando,quo pacto superficies alba terminat adlumen.s.ad lucidum aerem,perquem multiplicantur species.aer vero advisum similiter autem est auditus,⁊ odoratus admouens ipsos.primum nimirum ad aerem per quem deducuntur sensibilium species.

Similiter. & in inanimatis & insensibilibus. & id quod augetur etiam & augens. Appositio.n.quædam est: augmentatio. quare simul sunt: & quod augetur & augens. Et diminutio quoque. diminutionis autem causa est: ablatio quedam. Manifestum est igitur quod inter mouens vltimum, & quod mouetur primũ, nihil est in medio cõsistens eius,quod mouet, & eius quod mouetur. Textus xiij.

¶Prosequitur in hoc textu idem ⁊ de augmento ⁊ decremento demonstrate:concludit tñ prius vniuersaliter propositionem de alteratione,dicens ꝙ similiter vt insensibilibus monstratum est, vsquoq; venit ⁊ in rebus in animatis, atq; insensibilibus,dum alterantur. At in augmento res est cõpertior:nam augmentum , appositio quędam est partis ad partem:hęc aũt fieri non deprehẽditur nisi agens passum contingat. Sed dubitas forte, nõ satis rem hic pandere Aristotelẽ: nam duplex est auctio:quedam proprie dicta,quę fit ab interna forma ipsius rei aucte,propriaq; est rebus animatis. Et in hac res est comperta:nam dum crescit planta,vel adolescit animal,virtus augmentatiua coniuncta est reiaucte, Alia vero est auctio improprie dicta.que est additio durarum rerũ in actu:vt dum aqua infunditur aquę . Et in hac,licet monstret Arist.quod agens.acceptum pro parte addita,sit simul cum re que augetur,non tamẽ id probat de vero agente,quod additionis est causa. Et potest quidem remotus homo infundere aquam in dolium,quod non tangit. Respondetur ergo ꝙ vel loquitur Arist.de auctione proprie dicta,vel ꝙ proliquido relinquit,ꝙ etiam,dum fit auctio improprie,agens tangit passum , vel per se. vel per intermedia. Pari modo diminutionis causa est,inquit,ablatio quędã:ablatio non fit:nisi ab agente quod rem attingit,ex qua fit ablatio. Concludit ergo tandem,in vniuersum agens vltimum ⁊ primum patiẽs simul se contingere vbicunque fit actio.

Caput

CAPVT. III.

Textus. ix. 14

QVOD autem ea quæ alterantur omnia, à sensibilibus alterantur, & solum horum alteratio est, quæ secundum se dicuntur pati ab his, ex his considerabimus.

¶Sic solet Aristote. aliam ex alia ordiri disputationem. In cap. proximo inter demonstrandum, agens & patiens esse simul inductionem fecit de alteratione: & quia illa dixit perse primo fieri secundum sensibiles qualitates, ostendere in hoc capi. prosequitur, secundum illas solas corpora perse primo alterari secundum autem alias qualitates species minime. Et hoc est, quod proponit in hoc. 14. textu.

Textus. x. 15.

Aliorum. n. maximè vtique quis existimabit: in figuris, & formis, & habitibus, & in horum remotionibus, & acceptionibus alterationem esse videtur enim esse alteratio: non autem in his. sed fiunt cum quædam alterantur; hęc: nam densata, aut rarefacta, aut calefacta, aut frigefacta materia, alteratio autem non est. id enim ex quo forma statuæ est non dicimus formam. neque id ex quo figura Pyramidis est, aut lecti: sed denominantes hoc quidē æneum, illud verò terreum, aliud autem ligneum, quod autem alteratur dicimus æs enim humidum esse dicamus, aut calidum, aut durum. & non solum sic, sed & ipsum humidum & calidum, æs æquiuoce dicentes cum passione materiam. Quoniam igitur ex quo quidē forma, & figura. & quid factū est æquiuocè non dicitur cū figuris, quę ex illo sunt, quod autē alteratur cum passionibus æquiuocè dicitur, manifestum est quod insolis sensibilibus alteratio est.

¶In. 10. verò id facit manifestum in quarta specie qualitatis. Sit quippe ꝙ aliarū specierū a tertia, maxime vtique quarta & prima tales existimati possunt. vt secundum eas fiat etiā primo & perse alteratio: propterea ꝙ idem manens subiectū, apparet in diuersas figuras subinde disponi, atq; diuersis habitibus informari. Nam de secūda specie, quę est naturalis potentia, non erat tanta dubitandi occasio. idcirco ꝙ res eadem non variatur secundum naturalē potentiam, vel impotentiā qm̄ cum hmōi potentię, rei naturā cōsequatur nō variātur nisi rei mutata natura. Probat autē qō neq;. secundū figuram & formā, quę quarta est

15.

species qualitatis fiat perse primo alteratio: idq; tribus rationibus. Presupponatur prius tamen discrimen inter figuram & formā: quod quidē nō est reale sed respectiuū tantū & rationis. Etenim figura dicit respectū ad terminationem rei est. n. figura quę tfo vel terminis clauditur vt circularis figura & angularis: forma vero dicit respectū ad subiectum ipsum: est em̄ forma illud, qō dat rei esse specificū. Et accipitur hic p; artificiali forma a quares denominatur, & domus, & scānum. &c. Est ergo quantitas figuręt formę proprii subiectum vnde inter artificata cadē res sunt figura & forma ratione differētes. Ratio ergo prima est hęc. terminus primus alterationis non est figura, vel forma, sed aliud prius accidens, vt densitas, aut raritas: ex coercitione nāq; partiū & dilatione variatur rei tfi atq; adeo figura & forma densitas alit & raritas sunt secundę qualitates ab infrigidatione & calefactione profectę: ergo ad figurā nō est perse primo alteratio sicuti ad proprias passiones substantię nō est perse primo generatio quoniā primus generationis terminus nō est nisi homo. Et hoc est. quod ait fiunt hęc, puta figura & forma: cū quedam alterantur. nam densata materia &c. consequuntur: sunt em̄ illi ablatiui casus. (id enim ex quo forma statue est) subiungit secūdam rationem quę sumitur ex ratione. prędicādi qualitatē de subiecto. In illis qualitatibus secūdū quas est perse alteratio, quale denominatur de subiecto, & cōuertim subiectum de ipso quali dicimus enim quod es est durum, & ꝙ hoc durum est es: & ꝙ lignū est molle, & ꝙ molle est lignū: in figuris vero & formis non prędicatur figura de subiecto, neq; ecōuerso nō enim dicimus, ꝙ es est statua, vel ꝙ statua est es sed nominatiue, ꝙ est enea, vel lapidea, vel lignea: dicimus tamen, ꝙ es est effigiatum: ergo ad figurā & formā nō est perse alteratio. Perspice rationem discriminis. Quando res proprie alteratur, eadem omnino manet: hoc est em̄ alterari, vt idem manens subiectū fiat, qualitatem mutet: & ideo idem manens recipit denominationem suę qualitatis cum aūt figura & forma mutatur, veriā tur rei termini, & ideo non prorsus manet eadem res, sed mutatur quodāmodo substantia: qua propter non fit conuersim predicatio de subiecto in recto, sed denominatiue predicatur subiectum dere vt dicatur figura est enea quasi ex ere facta non autem es: Sicuti homo nō dicitur terra, sed terreus: quia ex terra factus. Itaq; hęc denominatio eneum, dicit mutationem quādam substātię eris. In summa subiectum qualitatis, secundum quam fit alteratio, est subiectum in quo sed tamen subiectum figurę, vel formę est subiectum ex quo. Nisi quando figuram denominatiue expressis non em̄ dices, ꝙ figura triangularis est in ligno, sed qō fit ex ligno, licet lignum in triangulare. Quod autem ait [equiuoce dicentes cum passione materiā sit intelligito, ꝙ sicut accidit lapidi vt sit durum, & ideo concedimus, ꝙ lapis est durus, ita accidit duro, vt sit in lapide: nam potest esse in alia materia: quocirca concedimus, ꝙ durum est lapis. Sed tñ quia hoc, accidere non est vno, sed diuersis modis: alia quippe ratione qualitas accidit subiecto & alia subiectum ipsi quali. ait ꝙ equiuoce conuertuntur: ergo si hęc reciproca predicatio nō cōtingit figuris cū suis subiectis, fit, vt non in illis. sed insolis sensibilibus qualitatibus fit perse alteratio Sed rogas, nūquid & figura, & forma sensibiliaperse sunt. Omnino sunt verūtamen. communia: vt patet. 3. de anima. tex. 64. Arist. autem, vult in

solis propriis esse perse alterationem: sicuti ad substãtiam est gñatio, t augmentatio adquãtitatẽ

Amplius & aliter inconueniens est dicere enim hominem alteratum esse, aut domum, que accipit finem ridiculum est, si perfectionem domus parietem, aut tegulam dixerimus alterationem esse, & cum parietibus claditur domus, aut tegula tegitur, alterari domum.

Textus. 16

¶Tertia rõ est figura, t forma sunt rei cõplemẽtũ t finis, sicut in substãtialibus, ita in artificialibus forma.n. domus est cõplementũ domus, vnde sortitur speciẽ: esset autem ridiculum dicere q. hõ aut res queuis alia alterat, dum cõplemẽtũ, t perfectionẽ suã succipit. ¶Profecto rõ est ingeniosa nã alterari presupponit iã cõplemẽtũ rei ergo cũ recipit figurã t formã potius dicit perfici ꝙ alterari Ecquis enim diceret, domum alterari, dum velparietes eriguntur, vel tecto tegitur: t non potius perfici, t absolui: Sicuti dũ es liquefit alteratur quidem sed dũ infusum exit in statuã, potius dicit efformatũ, quã alteratum. Et est optima analogia inter formas substantiales, t accidẽtales: qm cum forma t figura cõsequãtur quãtitatẽ, quę est accidens, substantię omnium proximum, fit vt inter omnes qualitates forma sit: quę rei speciem maxime demonstrat vt etiam in plãtis apparet Ũ fit, vt artis, quę naturã inquantum potest imitatur, propriũ sit, formas inducere, quę sunt rerũ naturalium imagines. Et ideo, sicut homo non dicitur terra, sed terrenus, quia ex terraplasmatus ita neq; figura est ęs. sed quea: quia nõ tam in materia fit proprię ꝙ exmateria. Qui cõtẽdũt figurã nõ esse rẽ distinctã a subiecto, nouerint. Arist. hic hfe cõtrariũ. Et preterea saltẽ loquẽdi styllũ corrigãt: vtlz idẽtice cõcedat, q. lignũ est res, q̃ est statua formaliter tñ nõ admittãt, lignũ esse statuam.

Manifestũ aũt est ꝙ alteratio: nõ est in ijs, que fiũt, neq; em in habitibus habitus.n. virtutes & vitia sunt virtus, aũt ois, & vitiũ: eorũ sunt, q̃ adaliqd sunt sicut sanitas quidẽ calidorũ & frigidorũ cõmẽsuratio q̃dã est, aut eorũ q̃sunt intra, aut ad cõtinẽs. Similiter aũt & pulchritudo, & robur: eorũ sunt, quæ ad aliquid sunt dispositiones. n. quędã eius ꝙ prestantissimũ est ad optimũ sunt dico aũt prestantissimũ, ꝙ conseruat, & disponit circa naturã. Quoniã ergo virtutes quidẽ & vitia sunt ad aliquid hęc autem neque generationes sunt, neq; ipsorum est generatio, neque omnino alteratio, manifestũ est, quod non est omnino ipsa alteratio circa habitus.

Textus. 17

¶Quod de figuris t formis efficit, id de habitib⁹ (que prima est species qualitatis) demõstrat: nem pe in illis non esse perse primo alterationẽ: idque ratione, q̃ superiori similima est. ¶Probat id autẽ prius in habitibus corporis quales sunt sanitas fortitudo robur tc. habitus huiusmodi in quadã cõmensuratione plurium cõsistit, vt sanitas in debita ꝓportione t cõplexione calidi t sicci, frigidi t humidi: sicuti egritudo ih contraria disproportione pulchritudo aũt in quadã membrorũ colorũque dispositione robur aũt in neruorum ossiũq; t accidentiũ iusta habitudinẽ he aũt habitudines relationes q̃dã sunt ad quas [vt li. 5. mõstratũ est] nullus est perse motus: ſz consequũtur t eos mot⁹ ergo ad hmõi habitus nõ est perse primo alteratio At qui qõ de habitibus audis, id t de dispositionibus sentito qñdoquidẽ habitus t dispositio hac scola rõne differũt, vt ille difficile sit, hec aũt, facile a mouibilis. Atvero nõ sic legẽdus hic text. est, vt intelligantur hmõi habitus hoc ipsum, qõ sunt. esse ad aliquid alias eorũ substãtia nõ esset qualitas. sed relatio cũ tñ sint spẽs qualitatis. Sed q: depẽdẽt ex aliorũ relatione t habitudine, non est ad istos habitus perse alteratio: quinuero per modũ relationis cõsequũtur colores, aut colores aut alia id genus accidẽtia. Fit ergo hinc cõsequẽs apud Ari. sanitatẽ esse qualitatẽ distinctã a rectis catis humoribus: qñdoquidẽ ad hos est perse alteratio, nõ aũt ad illã Quod aũt aũt sanitatẽ esse cõmẽsurationũ calidorũ tc. aut eorũ, q̃ sunt intra, aut ad continens, sic Cõmẽt. exponit, vt noie cõtinẽtis intelligat circũstãtẽ aerẽ: vt sanitas cõsistat in habitudine internorũ humorũ qua resisti possit cõtinẽti aeri, ne aĩal corrũpat Et sequũtur cũ Albert. t Simpli. Appositio aũt vł expositio S. Th. vnomine cõtinẽtis intelligat corpus ipm, vel natura animalis. Sanitas eñ cõsistit in legitima humorũ proportione secũdũ naturã t spẽm ipsius animalis. Illud nãq; tẽperamẽtum, ꝙ leoni esset salubre, esset homini pestilens t nocuũ. Neq; animalis sanitas estimare debet per respectũ ad aerem quinimo ecõuerso aer dicit sanus vel in salubris per ordinẽ ad aĩal. [Dispositionis. n.] Hic probat primã illã assumptã hoc syllogismo. habit⁹ est dispositio eius, ꝙ secũdũ substantiã perfectũ est ad id ꝙ est eioptimum, puta ad exercendas naturales operationes, q̃ sunt suppositi fines hmõi aũt dispositiones cõsistunt in tali cõmensuratione: ergo t habitus in eadẽ cõsistunt. Cõmen. hic nõ exprimit hũc sensum ex hac litera. sed ait ꝙ pulchritudo, t sanitas, t robur consistunt in certa proportione humorũ vel colorum tc. que quidem iudicari habet, t mẽsurari penes vnum ꝙ intelligatur sanissimum, vel pulcherrimũ, vel robustissimũ, t laudatissimũ in illo genere animalis. Et profecto aberratio est hęc a mente Aristotelica. haud enim perse consistit sanitas mea in habitudine ad sanissimũ hominem, sed in habitudine ad exercendas meas naturales operationes, in quo opere positus est finis optimus naturalis: accidit mihi tñ ꝙ assimiler sanissimo. Quẽ quidẽ sensum ipse protinus Ari. patefacit dicẽs. Dico aũt prestãtissimũ qõ conseruat t disponit circa naturã. Metuẽs. nequisnomine prestantissimi, animal intelligeret ꝙ suum finẽ esset etiã assequutum, ait non sic intelligere, sed quod habitus est dispositio suppositi, quod secundum naturã perfectionẽ habet substãtialẽ, dispositio inqua ad exequendũ id quod optimum sibi est, puta vitalia nature munera. Est si quidem

quidem habitus, qui bonum facit habentem, et eius opus bonum. Igitur ad sanitatem non est per se primo alteratio, sed ad calorem, vel frigus, in quorū temperamento cōsistit. Et similiter de alijs dicendum.

Textus. lxx. 18

¶Neque igitur circa animæ virtutes & vitia virt⁹ enim perfectio quedā est vnumquodq; n. tūc maxime perfectū est, cū adeptum est propriam virtutem & maxime secundum naturam, vt circulus tunc maxime secundum naturā est cum maxime circulus est. vitiū autem, corruptio horum & remotio est.

¶Post habitus corporis ad eos, qui sunt anime descendit vt in illis similiter demonstret, non esse perse primo alterationem, idq; prius in moralibus ac mox in intellectualibus. Atqui primū tex. hoc. 18. subsernit fundamentū hoc. Virtus animę perfectio quędam eius est: tunc. n. vnumquodq; maxime est perfectum cum adeptum est propriā virtutem, eam maxime quę est secundum naturā: vt homo illa erit perfectus est. qua gignere sibi simile potest, t munia cuncta explere homini naturalia. Probat id autem exemplo figure: vt circulus qū maxime circulus est, puta quando vnica linea sic circunducitur, vt omnes linee a centro ad circumferentiam sint equales, tunc quidem habet perfecte naturam circuli quia habet formā, quę est virtus circuli. ¶Pariter ergo anima quando est adamussim secundum rationem dispositā, tunc est perfectissima secundum naturam: id autem obtinet qū habitibus actiuus virtutū est maxime imbuta: vitium autem est perfectionis corruptio, puta horum habituum obiectio super hoc fundamentum extruit Commen. rationē hanc. Virtus animę est eius perfectio: perfectio autem rei consistit in indiuisibili: non est enim circulus magis minusue perfectus, quia perfectio est finis t forma, rei, que consistit in indiuisibili: ad indiuisibilem autē formam non est perse motus, vt lib. 5. monstratum est eo q; motus successionem dicit: non est ergo perse primo alteratio in habitu animę, sed in passionibus, quę prius sedantur. Hęc autem ratio appelli non potest ad malitiam, seu vitium, quod non consistit in indiuisibili: eo q; corruptio virtutis multis fit modis: t ideo S. Tho. ad rē proprius accedit dicens, q; intendit Aristo, similem rationem illi tertię, quam de figura t forma premiserat: vt pote q; cum habitus sit perfectio rei velut figura, sicut ridiculum est dicere, aliquid alterari. dum effigiem aliquam, t formam artificialem acquirit, pariter ridiculum sit dicere, q; anima, cū virtutem acquirit, alteretur, aut dū vitio illam perdit: sed perficitur tunc potius aut corrumpitur quoniam alteratio rem perfectam supponit, t illa salua fit: mutatur enim res de albo in nigrum eadem seruata. At vero si planum Aristo. sensum rimari volum⁹ nullam in hoc textu absoluit rationem, sed tantū prefigit, assumitq; vnum premissam, puta quod virtus sit rei perfectio vitiumq; eius corruptio, super quā textu sequenti syllogismum construat.

Textus. xx. 19

Fit igitur cum alteratur quippiam, & acceptio virtutis & vitij abiectio alteratio tamen horū neutrū est. Quod aūt alteretur aliquid, manifestum est. virtus enim aut impassibilitas quædā est, aut passiuū sic vitium autē passiuū aut contraria passio virtuti. Et in totū moralē virtutē in voluptatibus & tristitijs esse accidit. aut enim secundum actū, voluptas est aut per memoriā aut per spem, ab ipso est, aut enim similia passi sum⁹ iis, qui reminiscūtur voluptatis, aut similia patiemur sperantibus.

¶Conficit ergo in hoc textu. 19. rationem ex superiori suppositō, eandem similem illi, quam de habitu corporis instruxerat. Argumentum est hoc Sicut virtus corporis est perfectio illius ad operandum, sic t moralis virtus animę: ergo sicut illa cōsistit in commensuratione humorum, aliorūue accidentium complexione t ideo perse non fit sed consequitur ad illorum accidentium acquisitione, sic t acceptio virtutis vitiique abiectio, t e conuerso virtutis abiectio, fit quidem dum alia alterantur. i. consequitur ad passionum temperamētum, vel distemperamentum, non tamen perse primo fit in illa alteratio (Quod autem alteretur aliquid &c.) Ostendit, que sit illa precedens alteratio, ad quam consequitur virtus vel vitium. Vbi notandum est. q; secundum. Stoicos virtus consistit in quadam impassibilitate, hoc est, in omnimoda passionum omnium extinctione: aiebant enim in sapientem, hoc est, in studiosum, nullam cadere passionem, neq; minimam quidem: secundum autem ¶Peripateticam veritatem virtus non propellit omnem passionem sed illas sedat attemperatque vt sint rationi obtemperantes, quinimo fortitudo nonnunquam vtitur ira, t misericordia, suam quoq; habet cōmiserationem, t hoc est q; ait. Virtus, aut impassibilitas quedam est, aut passiuum sic hoc est passionū moderatio. Igitur secundum Stoicos ad virtutem non est perse alteratio, sed fit in passionum abiectione, ad quam illa consequitur Et secundum Aristo. res est lucidior fit enim virtus, precia alteratione, hoc est, mitigatione passionum sensus, in quo sensu proprie est alteratio: illis autem cōpositis t paccatis, consequitur virtus. Et pariter ex excessu passionum subsequitur vitium. In summa virtus t vitium in anima, id sunt, quod sanitas t egritudo in corpore: adeo vt vitia. morbi quoq; dicantur, t egritudines animę. Et hoc est quod ait. In totum, id est vniuersaliter, moralem virtutem (ad differentiam intellectualis) voluptatibus t tristitijs esse accidit: versatur em in huiusmodi passionū moderamine sernando. Subiungit id autem explicatius: nam voluptas aut secundum actum, puta de re presenti captatur aut ex preteritorum memoria, aut ex spe in futurum, t pariter nos mœror occupat de malo vel quod presens est, vel cuius memoria premimur vel cuius torquemur metu. Fit ergo, vt in virtute t vitio non fit primo perse alteratio, sed in precurrentibus passionibus ex quibus virtus: vitiumque resultat.

Textus. xx.

At vero neque in intellectiua parte animæ, est alteratio. sciens enim maxime ad aliquid dicitur.

Hoc

Hoc autem manifestum est. secundū nullam enim potentiam intellectiuam motis, sit in nobis sciècia: sed cùm extiterit quiddam. ex ea enim, quæ est secundùm partem experiencia: vniuersalem accipimus scientiam. Neque igitur actus: generatio est. nisi quis & respectionem & tactum, generationes dicat. tale enim est: actus. Quæ autem est à principio acceptio scientiæ: neque est generatio, neque alteratio.

Nam quia quieta est, residetque anima: sciens fit. & prudens. Vt igitur neque cùm dormiens excitatus est aliquis, aut ebrius esse desijt, aut ægrotans reualuit, factus est sciens, quanuis prius nō poterat vti, & secundùm scientiam agere, sed abeunte perturbatione & ad constitutionem veniente mente in erat potentia ad scientiæ vsum sic, vtique huiusmodi aliquid fit id, quod est aprincipio in scientiæ existētia. Perturbationis enim: quies quædam est & residentia. Neque igitur pueri possunt quid dicere, neque iudicare, ne que iudicare sensibus: similiter atque seniores. multa enim perturbatio circa ipsos fit: & motus. sedantur autem & desinunt perturbari: aliquando quidem à natura, aliquando verò ab alijs. In vtrisque autem his alterari aliquid accidit. sicuti cùm excitatur, & fit vigilans ad actū Manifestum est igitur, quod alteratio iusensibilibus est, & in sensibili parte animæ, In alio autem nullo: nisi secundùm accidens.

In textu deniq. 20. postremoque huius capituli concludit, neq; in virtute intellectuali esse primo & per se alterationem. Ubi tamen apparentior erat dubitandi ratio: quandoquidem scientia non consequitur commensurationem aliorū accidentium, sed ingignitur per specierum acquisitionem. Utitur autem rationibus tribus. Ad quarum intellectum supponatur, q vbi res per se est ad formam suapte natura disposita, tūc sine vlla ratione, illam recipit subito. vt si materia prima per se daretur omni forma nuda, absq; vlla alteratione reciperet formam substantialem cum suis propriis accidentibus: tametsi agens naturale illam non posset producere, quia habet prescriptum modum generandi vnum per alterius corruptionem. exemplum tamen est in aere qui proprie non dr alterari, dū illuminatur, sed perfici. Intellectus vtiq; suapte natura est appositus ad scientiam. Hęc autē est ade quato ipsius rem. Et ideo sciencia est relatiuum, non quidem secundum esse, vt eius substantia sit esse ad aliud alias non esset qualitas, sed secundum dici: quia nequit diffiniri, nisi per ordinem ad subiectum. Prima ergo ratio Aristotelis est. Scientia, quę est habitus vniuersalis, non fit in nobis, secundū aliquam potentiā motis, sed per hoc, q res ipse extrema mutantur, quibus intellectus assimilatur, vt pote dū res nobis presentes fuit, ex quarum particularibus experientijs, sensuum intellectus colligit vniuersale: ergo ad ipsum habitū intellectus non est per se alteratio, sed consequitur ad motum rerū ipsarum, cuius est adequatio. Sicuti si speculo parieti affixo diuerse subin de res obiciantur, speculum quidem non alteratur, per hoc, q diuersas imagines recipiat, sed res ipse quę permutantur. Quod si tibi animus non quiescat, propterea, q illa specierum receptio in intellectu sit alteratio quędam, ne cogites id negare Aristotelē, sed docet, q vera & realis mutatio nō in acquisitione scientię est, sed in rebus ipsis obiectis: in sensibus autem fit passio quędam, sed tamen spiritualis, vt supra declaratum est, veruntamen cum condictionibus materialibus, hic & nunc. Res autem corporeę non agunt in intellectum, nisi mediante eius lumine, quod est agenus quędam virtus abstrahens a phantasmatibus vniuersales species, quarum receptio proprie nō est passio, sed perfectio & illuminatio: vt diximus de aere. Ob idq; in. 3. de anima. non concedit quod intelligere sit pati, nam pati dicit disconuenientiam rei, sed quodam pati, hoc est, perfectionis receptio [neque igitur actus] Subdit rationem secundam de actu scientię, quę est consideratio secundum habitum. Et q actuale hoc iudiciu m non sit alteratio, elegāter profecto probat: quia ille potius est vsus ipsius formę iam habite, q̄ noua receptio: sicuti respicere & videre, non est alteratio videntis, sed vsus specierum, quę iam sunt in oculo Hęq tangere est alteratio tangentis, nisi quatenus calore, aut frigore leditur. Huiusmodi enim vsus sensuum non sunt generationes, hoc est accidentium conquisitiones, quibus fiat alteratio ergo neque vsus sciencię (Quę autem est a principio) prima ratio fuit de acquisitione nouę sciētię simplititer per experientiam nouarum rerū absq; consideratione acquirentis: sit ne puer, an vir. Et secūda de actu. Tertiam ergo adhibet de initio cōquirendi sciencias in illo iuuene, qui antea per ętatem non erat potens addiscere. Et alludit hic ad platonē in Thimeo, vbi docebat iuuenes, eo q perturbationes affectionum patiūtur, nō esse ad sciencias aptos. Sunt. n. tunc sensibus nutātes: ac fluctuantes & ideo sicut neque in aqua, dum turbida est, quo ad sedimenta in fundo consideant, neque dum venticulo motatur vllus in ea figitur radius solis, sed verberat, sic iuuenibus non insident scientię, quo vsque fęculentia illa passionum serenetur, & clare rationē permittat, illam ergo primęuam sciencię genitura poterat quis arbitrari fieri per alterationē qua passiones illę attenuātur, & abolētur: & ideo refutando ait Aristo. q neque illa, quę a principio fit

text. 20. dē ostendit de habitibus intellectualibus vt sciencia. g. vn. sit. g. q debito

pio fit acceptio scientię, alteratio est, aut generatio. Et ratio est hęc. Quietatio, pacatioq animi non est eius alteratio, dicenda, nam alteratio potius cōmotionem dicit: illa autem mitigatio passionū, quietatio est animi: ergo scientia, quę cōsequitur, non est alteratio subdit exempla in dormiēte, ꝛ in ebrio. ꝛ in egrotante, in quibus humorum turba dominatur, vsum impediens scięncię quibus abeuntibus affectionibus, qui excitatur ꝛ sanus est, ꝛ mentis compos, vtitur sua sciētia. Neq; vero idcirco dicitur alterari, sic potius alterabatur, dum erat ęgritudine prędītus, ꝛ videtur hic Arist. ad Platonis dogma de scientia alludere est enim moseius, vt ante q̄ suam constituat opinionem, secundum Platonem loquatur, ꝛ suam sententiam de scientia non docuit vsque libros de anima. Fuit autem Platonis opinio, q̄ anima ante ingressum corpori, scientijs insignita, sicut erant sunt angeli, sed passionū offusione interciditur eis earum vsus. Et ideo dicebat, nostrū scire, esse quoddam reminisci. Et propterea dixit Arist. scięncię, neque est alteratio, neque generatio; cōparauitq; adeo pueros sapiētibus, cū dormiunt, aut ebrij sunt in quibus propter oppilationē cerebri sopitos habent habitus. Arist. autem posuit animā tanq̄ tabulā rasam, quę postea scientijs depingitur. Secundum cuius opinionē dicēdū est, sciēciā non esse per se alteratio nē: eo q̄ intellectus non patitur proxime a sensibilibus, sicuti sensus: sed ad miniculo proprię virtutis illuminatricis perficitur. Requiritur autem in pueris alteratio ad abigendas passiones seruādanque mentē: vt in calce textus declarat, dicens. Neque igitur pueri ꝛc. Hęc autem serenatio fit, inquit, tum a natura, quia pueri bene nati, ꝛ ingenio aucti per exercitium ingēium expoliunt, ꝛ colunt, tum etiam ab alijs: nempe studio, doctorumq; ope ꝛ opera adiuti. Quod autem de pueris audis, id ꝛ de ętate prouectioribus censeto, q̄diu corruptis, impurisq; affectionibus obruuntur: præsertim impudicitia lubricę carnis: a quibus nisi expurgentur, offuscantur, ne scientijs sint accommodi (manifestum est igitur) concludit deniq; , q̄ alteratio in rebus sensibilibus est, vt puta in rebus cūctis corporeis, ac materialibus: ꝛ preterea in sensibili parte animę, nimirum in sensibus: in habitibus vero, ꝛ figuris, ꝛ formis, non item: nisi secundum accidens: quia ad aliorum alterationem consequuntur hęc.

¶QVINAM MOTVT SINT comparabiles. CAPVT. IIII.

Textus xxj.

DVbitabit autem aliquis, vtrum omnis motus omni comparabilis est: an non. ¶Si igitur omnis comparabilis est, & æquè velox est quod in æquali tempore per æquale mouetur: erit circularis quædam æqualis rectæ & maior etiam, & minor. ¶Amplius alteratio, & loci mutatio quædam, æqualis erit: cùm in æquali tempore aliud alteratum sit, aliud verò latum erit ergo passio, æqualis longitudini. sed impossibile est. At ergo cū in æquali tempore per æquale mouetur, tunc æquè velox est, æqualis autem nō est passio omnis, longitudini. quare non est alteratio: loci mutationi, ęqualis, aut minor. Quare non omnis comparabilis est,

¶Secundum membrum huius, vt in initio dicebamus, in comparatione motuum positum est. Etenim cum precipua huius libri intentio sit agere de ordine, ꝛ comparatione mobilium ꝛ mouentium. s. q̄ omne, q̄ mouetur, ab alio mouetur opportunum erat de comparatione etiā motuū dicere. Discutitur ergo in hoc. 4. cap. 14. textus habente, inter quos: nam motus esse possit velocitatis comparatio: ꝛ in quinto, qualiter sit comparatio hęc pensanda. In text. ergo hoc. 21. proponit statim philosophus dubitationem in genere, vtrum quilibet sit motus cuilibet comparabilis. Et arguit ad vtranq; partem. Formatq; a parte negatiua duas rationes. Prima, sit in motibus eiusdem generis. Si omnis motus localis cuicunq; locali esset comparabilis, sequeretur, q̄ linea circularis: ꝛ linea recta essent pariter longitudine comparabiles. Quod falsum esse videtur, cum comparatio fiat in rebus eiusdem speciei, ꝛ tamen circularis linea, ꝛ recta differunt, specie: Sequela tamen probatur. Si motus ęque velox est, qui tempore ęquali per ęqualem lineā fit, ꝛ motus, qui fit per lineam circularem, ꝛ qui fit per lineam rectā, sunt ęquales: linea recta ꝛ circularis erunt ęquales. Et proportionabiliter probabitur, q̄ linea circularis potest esse maior, aut minor, q̄ recta: nā motus velocior est qui tēpore ęquali fit per maiorē lineā, ꝛ id circo circularis mot⁹ in eodē tēpore est velocior, circularis linea erit longior, q̄ recta: si vero tardior, erit minor. ¶Secunda ratio fit in motibus diuerſorum generū. Si quiuis motus, cuius esset comparabilis, sequeretur, q̄ qualitas esset comparabilis loco. Petur. n. motus localis ęque velox motui alterationis. Tunc cum motus ęque velocesſint illi, qui ęquali tempore per ęqualia fiūt ꝛ motus localis, ꝛ alterationis sunt ęque veloces spatium locale, quod transitur motu locali, est ęquale qualitati, quę motu alterationis acquiritur: cōsequens tamē est falsum: nā passio nulla esse pōt ęqualis lōgitudini, aut maior, aut minor: ergo neq; alteratio ęqualis esse pōt lationi locali.

Textus xxij.

In circulo autem, & recta: quomodo accidet? Inconueniens enim est, nisi sit in circulo, similiter aliquid moueri: & hoc super rectam, sed confestim necesse est: aut velotius tardiùs. vt si hoc decliue sit: hoc autē accliue.

¶In tex. 22. arguit a parte affirmatiua. s. q̄ motus rectus, ꝛ circularis, sint comparabiles. Dicens, in circulari ꝛ recto quomodo accidet. s. erū ne comparabiles an non. Et subdit in conueniens esse dicere, q̄ in circulo non similiter aliquid

moueatur. i. æque velociter, vt super lineã rectã Et prætendit hanc rationẽ. Motus circularis, & motus rectus sunt duę differẽtię motus localis, veluti ascensus & descensus: sed ascensus & descẽsus comparantur in velocitate: nam motus terræ deorsum velocior est: q̃ eius motꝰ sursum: imo forsan q̃ ascensus ignis: quia agranitas potẽtior est ad secundam aërem, q̃ leuitas: ergo pariter motus circularis & rectus sunt comparabiles.

Amplius, nihil differt in ratione: si quis dicat necessariũ esse cõfestim velociùs aut tardiùs moueri. erit enim maior & minor: circularis, recta. quare & æqualis. si enim in. A. tempore: hoc quidẽ lineã. B. trãsit, illud vero lineã. C. maior erit linea. B. linea. C. sic enim qđ velocius est: dicebatur. ergo si & in minori æquale: velocius est. q̃re erit aliqua pars. A. ipsius in qua. B. circuli partem æqualem transibit: & ipsum. C. in toto. A. lineam. C.

¶ In text. 23. excludit cauilationẽ. siquis diceret motũ circulare cõparabilẽ esse cum motu recto secundum maiorẽ, aut minorẽ velotitatẽ] vtq; motus primi mobilis sit velocior descẽsu grãdinis] nõ tamen secundum velocitatis æqualitatẽ. Arguit enim proportione, q̃ si duorum mobilium in eodẽ tempore. s. A. vnũ decurrat lineã. B. circularem, alterũ vero. C. rectã, & illud, quod mouet per. B. velocius mouetur, necesse est vt. B. circularis linea longior sit q̃. C. nã vt libro. 6. text. 11. dictum est. velocius in tempore æquali trãsit maius spatiũ: at vero eadẽ rõne (vt statim illic subiũ igitur (velocius in minori tempore trãsit æquale ergo dabilis est pars tẽporis. A. in qua illud mobile, qđ mouetur per. B. transeat portionẽ circuli æqualẽ rectę lineę. C. & per cõsequens, si circularis motꝰ & rectꝰ cõparãtur in maiori, velinmi nori nõ fit, vt cõparẽtur etiã in velocitate æquali.

Textus. xxiij.

At verò si sunt cõparabilia: accidit, id quod nuper est dictum, esse æqualem rectam, circulo. sed cõparabilia nõ sunt. neq; igitur: ipsi motus. ¶ Sed quæcunq; non sunt æquiuoca: omnia comparabilia sunt. veluti cur comparabile nõ est: vtrum acutius sit stylus an vinum, aut nete? Quia enim æquiuoca sunt: non comparantur. sed nete ipsi paranete cõparabilis est quoniã idem significat a cutum in vtrisq;. ergo non idẽ velox: hîc & ibi. multò autẽ ad huc minus: in alteratione, & loci mutatione.

¶ Text. 24. duas habet particulas. In priori iterũ repetit obiectionem primã ad partẽ negatiuã. s. q̃ si circularis motus & rectus essent cõparabiles, sequeretur q̃ lineę ipsę circularis & rectæ essent cõparabiles: qđ tamẽ falsum esse videtur, cum non sint eiusdẽ speciei. ¶ Occasione huius, in secunda parte textus ostẽdit illa, quę non sunt æquiuoca, cõparabilia esse: quę tñ sunt æquiuoca, non esse comparabilia. Vt qa actũ æquiuoce dr de quantitate, desapore, & de voce. s. de lirlo, vino & nete, quę est prima chorda lire, non dr stylus acutior vino, aut vnum acutius nete: nisi forte per metaphoram: dicitur tñ nete acutior quã para nete ideſt prima horda acutio. quam secunda: quia acutũ dicitur de illis vniuoce. ¶ Pari modo videt (ait philosophus) q̃ motus circularis & rectꝰ nõ sunt cõparabiles. ¶ Secunda hęc pars textus initiũ est secundę partis totius capituli: in qua respõdet ad principalem quęstionẽ: quippe cũ hic in genere præmittit tria requisita ut res aliquę fiſint inuicem comparabiles.

An primum quidẽ hoc nõ [illegible] est: q̃ si non sint æquiuoca, [illegible] lia sunt. Multũ idẽ enim sig[illegible] aqua & aere: & cõparabilia nõ sunt. si autem non. duplũ quidẽ, idem (duo enim ad vnũ) & nõ comparabilia sunt.

Te. xxvi. Tria requisita vt res sint cõparabiles

¶ Quoniã vniuersaliter enunciauerat, quęcũq; non dicuntur equiuoce cõparabilia esse, obiicit de eo quod est multũ, qđ videtur dici vniuoce de aqua & aere, & tñ non videtur dici secundũ cõparationẽ de illis. Qđ siquis hęsitauerit de nomine, multũ saltem [inquit] duplum vniuocę dr de illis: vt enim pugillus aeris ad suam medietatẽ duplus est, ita & aquę pugillus ad suam & tamen non dicitur cõparatiue: nam cum esse duplũ consistat in indiuisibili, nulla res est magis dupla, q̃ alia. Dubitationẽ hanc, ỹmulto, exponit. S. Th. q̃ alicui posset apparere, multum. propter suam communitatẽ, non dici vniuoce de aere & de aqua, veluti duplum. Non tñ intelligo quare propter cõmunitatẽ non dicatur vniuoce: nisi: ppter rõnẽ, quã explicauimus statim tex. sequẽti: q̃ tñ similiter habet duplo. Forte verisimilius est q̃ non ponit ¶ Phi. differentiã inter multũ, & duplũ quantũ ad id, quod est vniuoce dici, sed quantũ ad hoc qđ non est tam euidens, multũ, non dici cõparatiue: siquidem aliqua dicũtur alijs plura [quod est cõparatiuũ, de, multum] sed duplũ, euidentissimũ est non recipere magis aut minus.

Textus.

An & in his eadẽ ratio? etenim multũ æquiuocũ est. sed quorũdã: & rationes æquiuocæ sunt. vt si dicat aliquis quòd multũ est tantũ. & ad huc aliud tantũ & æquale æquiuocũ: & si vnum quidẽ forte fuerit, cõfessim æquiuocum si autẽ hoc: & duo.

¶ Respõdet in tex. 26. negãdo, q̃ multum: aut duplum, vniuoce, dicatur de aqua & de aere. Imo dicuntur equocevt dictum est de acuto, & respecto styli & vocis. ¶ Vbi notandum est, q̃, multum, dupliciter dicitur vno modo relatiue, vt opponitur pauco: quod etiã quantitati continuę conuenit: dicimus enim & multam, & paucam aquam. Alio modo accipitur, vt opponitur contra, vnum, qđ proprie non conuenit nisi quãtitati discrete: continuum

multum dupli

tinuum enim est vnum: quod si diuidatur in duo vel plura. fit multa. Et rursus notandum est ꝙ nomen: multum, si consideretur mathematice vt abstrahit a rebus naturalibus, non est ęquiuocū quia in genere significat excessum, quicunq; sit ille: si autem accipiatur vt significat naturas rerū naturalium, tunc quodāmodo ęquiuoce dicit de aqua ⁊ de aëre. Est enim aer rōne quantitatis multus respectu aquę: quia sub magna quantitate cōtinet paucū materię: aq̄ vero ecōuerso rōne materię dicitur multum respectu aeris: quia sub parua quātitate continet multū materię. Vult ergo Philosophus. ꝙ multū est ęquiuocū: sed quo ⁊ūdam. i. nō in genere ⁊ mathematice, sed in ordine ad res naturales. Et rōnes. i. diffinitiōes multi in aere ⁊ in aq̄ sunt ęquoce [ꝙ si dicat aliquis ꝙ multū est tm̄ ⁊ aliud tantū) alludit ad secundā acceptionē de, multū, vt opponitur vni: dicitur n. pugill? aquę [. v. g.] multa respectu pugilli aeris, qa cōtinet vnū ęquale meterię ad materiā aeris, ⁊ aliud tm̄, imo decuplū, quia ex vno pugillo aquę fiunt decē aeris. Vult vero, ꝙ si ęquale ⁊ vnū ęquiuocū est fit vt ⁊ duo ęquiuocū sit. Q̄ō est dicere, si dentur aqua ⁊ aer sub eadē quātitate, aq̄ erit duo rōne materię respectu aeris imo erit decupla, si vero dentur aqua ⁊ aer, quę habeāt eandē multitudinē materię, tūc aer rōne quātitatis erit decupl⁹ ad aquā. Vtq; adeo, multū, sicuti, duplum ⁊ decuplum, vt concernunt res naturales, quodāmodo dicuntur ęquiuoce de aqua ⁊ aere.

Texttus xxvij. Quoniā propter quid alia cōparabilia sunt, alia verò nō: si vna quidem est natura? an quia sunt in alio primo susceptiuo? Equus igitur & canis, cōparabilia sunt: vtrum albius. In quo enim primo idem est superficies. & magnitudo similiter. aqua autem & vox non. in alio nanq; est susceptiuo

¶Post primū requisitū ad cōparationem nēpe, ꝙ ea, quę cōparantur, non debēt ęquiuoce significari illo nomine, in cuius significato fit comparatio, subdit in hoc tex. 27. ꝙ hoc non sufficit: sed secundū requisitum, ꝙ forma, in qua fit cōparatio recipiatur in eodē primo subiecto. Interrogat ergo, cur non oia, quę vniuocātur in eadē, forma eiusdēq; nature cōparationem recipiunt. Et rūdet, quia in alio sunt primo receptiuo, equus. n. ⁊ canis cōparantur in albedine: quia albedo non solum est forma eiusdem naturę in vtroq;, sed est in eodē primo subiecto, puta in superficie. Et pariter comparantur in magnitudine: quę est eiusdē naturę ⁊ recipit per se primo in substātia, aqua tm̄, ⁊ vox non comparantur in magnitudine quia magnitudo, licet sit eiusdē rationis, tamen magnitudo a qua est per se primo in eius substantia. i. attenditur secundum extensionem: materię ⁊ formę: magnitudo vero soni, est in sono, q̄ est qualitas non. n. est magnus sonus propter magnitudinē aeris inquo recipitur: sed propter vehemētiā motus, quo corpora colliduntur, aut propter magnitudinē, aut alias qualitates corpoꝝ collisorum, a quibus efficitur, ⁊ ideo neq; aqua est maior sono, neq; sonus ꝙ aqua.

Requisitū secundum.

Textus xxviij. An manifestum est, ꝙ erit sic quidem: omnia vnū facere: In alio autem dicere vunquodq; esse: & erit idem æquale, & dulce, & album, sed in alio.

¶Subsequenter intēdit adiungere tertiū aliud requisitū vt aliqua sint cōparabilia, nēpe ꝙ forma illa, inqua fit cōparatio, sit eadē natura. i. eiusdē speciei specialiſſimę. Ob id q; arguit, ꝙ neq; secunda conditio sufficiat, duabus rōnibus. Ad intellectionem primę notato ꝙ dria specifica formarū non attenditur penes subiecta diuersa, in quibus recipiūtur: albedo. n. ⁊ dulcedo lactis in eodē sunt primo subiecto. s. inquātitate, differūt tm̄ penes diuersas drias contrahētes genus: differentia vero numerica attenditur penes diuersa subiecta, vt differūt albedo vnius lactis, ⁊ albedo alterius. Vult ergo, ꝙ cōparatio debet fieri in eadē natura, vt tm̄ sit eadē natura, non sufficit, ꝙ sit forma in eodē subiecto primo. Alias [inquit] esset omnia vnum facere. i. oēs forme essent eiusdem speciei: sed solū differrēt penes subiectū, in quo sunt, ⁊ ita q̄titas, dulcedo, ⁊ albedo essent vna natura rōne solius subiecti differētes: qō est falsum: nā licet sint in eodē (vt in lacte) differūt spē. Forsan reprehendit hic Platonē, q solum ponebat drīam materialē ex pte subiecti ⁊ nō ponebat genus contrahi p diuersas drias. Sed sicut indiuidua eiusdē spēi nō differūt, nisi rōne diuersarum materiarū inquibus recipitur idea hois, ita genus diuidebatur secundū Platonē in spēs: quia erat vna natura recepta in diuersis spēbus, sed quia ideę specifice erāt perpetuę, non ponebat ideā gñis separatā ab spēbus, sicuti ponebat ideā perpetuā spēi separatā ab corruptibilibus indiuiduis. Arist. vero nō ponit differētiā spērum, propterea genus tanq̄ vna natura recipiat in illis sed quia contrahitur per differentias, vt tex. 31. peramplius exponet. Quia nullā ponebat ideā generis: sed tantum ideā specificam receptam in diuersis indiuiduis.

Requisitū tertium.

Ampliùs susceptiuū non quoduis est: sed vnum vnius primum. Sed non solum oportet cōparabilia non æquiuoca esse: sed & non habere differentiam, neq; inquo. dico autem, vt color habet diuisionē. Non ergo est cōparabile, secundùm hoc. vt vtrum coloratum sit magis, album, quā nigrū. hæc enim comparātur non secundū aliquem colorem: sed quatenus color est, sed secundùm albedinem. ¶Sic & circa motum: æquè velox. ꝙ in ęquali tempore moueretur per æquale, tātum longitudinis, in hoc. i. eiusdem spē

Textus xxix.

¶Tex. hic. 29. tres hēt particulas. Prima est rō secūda ad probandū ꝙ requirit idētitas specifica formę. inqua fit cōparatio. Et ratio est hęc. Ad cōparationē requiritur idētitas subiecti primi, vt dicit secunda cōditio: sed cuiuslibet formę est suū per se primū susceptiuum: ergo requirit identitas specifica formę. Q̄ō si quis dubitet, nō esse tot

esse tot propria susceptiua formarũ, quot sunt formę: nam materia prima eadem suscipit omnes formas: ⁊ quantitas, omnes qualitates corporeas. Respondetur, ꝙ nomine, susceptiuum, non intelligitur solum subiectum, sed ipsum cum dispositionibus: quare aliud est susceptiuum formę hominis, ⁊ aliud forme equi. Aliudq; temperamentum primarũ qualitatum ad albedinẽ requisitũ aliud vero ad negredinẽ. ¶ In secunda parte textus colligit tres cõditiones necessarias vt res aliquę sint cõparabiles: dicẽs, ꝙ cõparabilia nõ solũ nõ debẽt esse equiuoca, vt dicebat prima cõditio, sed id, in quo fit cũparatio, debet esse tale, vt nõ habeat differentiã [neq; qõ]. i. specificã sicuti genus distribuitur per spẽs, vt dicit tertia cõditio [neq; inquo]. i. rõne subiecti primi, vt dicebat secunda. v. g. in genere colozis nõ fit cõparatio, sed in spẽ albedinis. Nil enim est alio magis aut minus colozatũ, sed magis, aut minꝰ albũ aut nigrũ. ¶ In tertia particula, vbi incipit tertia pars huius capitis, ⁊ vbi aptior esset textꝰ diuisio, applicat ea quę dicta sunt, ad motus: cõcludẽs ex dictis, ꝙ illi motus sunt proportionabiles qui sunt eiusdẽ spẽi. Nã tales non dicũtur equiuoce motus. ⁊ proportionãtur in velocitate, quę est forma specifica: ⁊ est in eodẽ primo subiecto, scilicet in quãtitate. Et hoc est qõ ait. Motus ęq; velox est, qui in ęquali tẽpore mouetur per ęqle tantũ lõgitudinis (in hoc). i. in eadem specie.

pars. 3. capitali.

Si autem aliud quidẽ alteratum est, aliud verò latum: æqualis vè erit hæc alteratio, & ęquè velox loci mutationi? Sed incõueniens est. causa autem quia motus habet species. Quare si quæ in æquali tempore lata sunt per æqualem lõgitudinem, æquè velocia erit æqualis recta & circularis. Vtrum ergo causa sit: quia loci mutatio genꝰ, sit an quia linea genus? tempus enim idem semper, in partibile specie. An si mul illa specie differunt? etenim loci mutatio, species habet: si illud, super quod mouetur, species habeat. Amplius autem, si per quod. vt si pedes, ambulatio: si alę, volatio. An non sed figuris loci mutatio alia est? Quare quæ in æquali tempore mouentur per eandem magnitudinem: æquè velocia sunt (eandem autẽ: indifferentẽ specie) & motu indifferente especie.

Textus. xxx.

¶ In tex. 30. perseuerat explicans, motus spẽ differẽtes nõ esse cõparabiles. Et id primo in his, q̃ differũt gẽre sub alterno. Interrogãs, vtrũ alteratio ⁊ loci mutatio sint cõparabiles. Et rũdent incõueniens esse dicere, ꝙ sunt cõparabiles, eo ꝙ spẽ differũt. Quare alteratio neq; ęque velox est motui locali, neq; eo velocior, tardiorve. Idẽ subiungit de motu locali circulari ⁊ recto, quę sunt spẽs specialissimę. Et repetit eandẽ rationẽ, quã fecerat tex. 21. Scilicet. Si motꝰ circularis ⁊ motus rectꝰ essent cõparabiles, sequeretur ⁊ lineas ipsas circularẽ ⁊ rectã, per quas fiunt, esse cõparabiles: qõ falsum est, cũ spẽ differant. ¶ Pergit vero percõtari causam incõparabilitatis horũ motuũ: an videlicet causa sumatur ex parte ipsorũ motuũ, ęa videlicet motus rectꝰ ⁊ circularis differũt spẽ sub gẽre motus localis: an vero causa sumatur ex parte magitudinũ, per quas fiunt nępe, quia linea recta ⁊ linea circularis spẽ differũt sub gẽre quãtitatis cõtinuę. Nam tępus (inquit) in quo fiunt, causa esse non potest: qa tępus spẽs est specialissima. An forte vtraq; sit causa. s. ⁊ drĩa specifica motuũ, ⁊ differẽtia magnitudinũ. Nã si magnitudines, p quas fit motꝰ spẽ differũt ⁊ motus spẽ differũt. Et hęc q̃uis ꝓponatur per modum interrogationis, est tñ quęstionis rñsio. s. ꝙ vtraq; est causa in cõparabilitatas: proxima quidẽ differẽtia specifica motuũ circularis ⁊ recti: remota vero differẽtia linearũ, per quas fiũt ex qua nascit differentia motuũ. An forte tertia sit causa instrumentũ, quo fit motus. Vt. v. g. progressio differat spẽ a volatu: eo ꝙ illa fit pedibus hic vero, alis. Cui rñdet, instrumẽta non esse sufficientẽ causam differẽtię specifice motus, vt sint incõparabiles. Potest enim cursus equi velocitate cõparari volatui auis: nõ enim differũt spẽ ratione motus, sed tanquã ꝓprię passiones diuersarũ specierũ animaliũ, vt lib. 5. q. 3. dictũ est. Qõ autẽ sequitur an nõ? sed figuris ⁊c.] exponit Cõmentator, ꝙ ambulatio, ⁊ volatio nõ differũt, nisi solũ secundũ figurã, vt clausula illa adiungatur superiori, qua dictũ est non differre spẽ. Melius tñ ex ponix S. Tho. vt sit sermo de motu recto ⁊ circulari. Quasi dicat, ambulatio ⁊ volatio, si vtraq; sit recta, nõ differũt spẽ in in rõne motus, sed motus illi, qui fiũt per lineas diuersarũ figurarã: qualeș sunt motus circularis ⁊ rectus. Cõcludit ergo motus illos esse ęque veloces, qui fiũt per eandẽ magnitudinẽ in specie. i. vterq; p rectã, vel vterq; per circularẽ dũmodo motus etiam sint eiusdem speciei, puta ambo locales. Et proportionabiliter dicãtur de motibus augmentationis. Et pariter de motibus alterationis.

Quare hoc cõsiderandum est: quæ sit differentia motus. ¶ Et significat sermo iste: ꝙ genus non vnum quid est, sed ob hoc latent multa. sunt que æquiuocationum. aliæ quidem multun distantes, aliæ autem habentes q̃ndam similitudinem Aliæ vero propin quæ, aut genere, aut similitudine rationis Quapropter nõ videturequiuocationes esse, cum sint. ¶ Quando igitur altera est species? si idẽ in alio aut si aliud in alio? Et quænan diffinitio, aut quodiscernemꝰ ꝙ idẽ est albũ & dulce. aut aliud: quia ne in alio videtur alterun, an quia omnino non idẽ? ¶ Elicit in primis verbis huius textus, ad iudicandum an motus sint cõparabiles considerandum esse qualis inter eos sit differentia. Si enim

Causa incõparabilitatis.

Textus. xxxj.

sit generica, vt inter alterationē ⁊ motum localem, aut specifica, vt inter motum rectū ⁊ circularē, non sunt cōparabiles. Si vero accidentaliter differant in quantū motus, vt volatus ⁊ cursus, ij sunt comparabiles. ¶ Elicit secundo ex dictis, ꝙ genus non est simpliciter vna natura, qō erat tertium requisitū ad cōparationē. Sed latēt (inquit) in genere multa. Cuius rationē egregie profecto tradit. S. Tho. nempe, ꝙ species summitur a forma vltima, quę est simpliciter vna existens in rerū natura. Vt species humana sumitur ab anima rōnali: quę vnica est ⁊m suppositū, ⁊ eq̄na, ab anima equi. Nō tamē est in homine p̄ter animā rōnalem alia, a qua sit animal: sed animal: dicit vnū gradū sensitiuū, qui sola operatione intellectus abstrahitur a formis omniū animaliū. In genere ergo latere multa. est, ꝙ nō sit vna forma generis, sicut est vna forma speciei. ¶ Sed notandum est hic, ꝙ ℙh. nō ait in genere latere ęquiuocationes, vt solet a nō nullis citari, sed, latere multa. Annuit vero hoc esse quoddā genus ęquiuocationū, nō tamē adeo p̄priū vt canis. Quē admodum, in p̄dī, cap. 1. explicatū est. Et hoc est, qō ait hic. Equiuocationum alię quidem sunt multū distantes, vt canis, qō est ęquiuocū a casu, significās marinū ⁊ latrabilē nō ꝓpter aliquē gradū naturę aut ꝓportionē: alię vero sunt minus distātes, vt analoga, quę non conueniunt simpliciter in aliquo gradu naturę, sed in ꝓportione. vt, sanū significat animal ⁊ urinā. Tertius gradus est in p̄prie ęquiuocationis: vt in genere: qō quāquā significat vnū gradū in differentē omnibus speciebus, nō tamē in re reperitur secūdū eandē perfectionē in illis. Sensitiuū enim nō est ita perfectum in ęquo, ꝙ in homine: quia sensitiuū in hoīe est ab anima rōnali. Et pariter nec corporeū, est eā perfectū in equo. Unde ꝓpter similitudinē (inquit rationis. i. ꝓpter vnū gradū generis abstractum per intellectū nō apparet ęquiuocatio specierū: cū tamē sit quodāmodo. Quo fit, vt si daretur vna anima sensitiua in hoīe p̄ter rōnalē (vt dicebat ☉ cam) tunc genus diceret vnā naturā, sicut species: ⁊ pariter si esset vna forma corporeitatis, vt opinatur Scotus. ¶ In tertia parte textus, quasi colligens superius dicta, per contatur. Unde ergo sumenda est differentia specifica naturarū? vtrū ex hoc ꝙ vna natura generis recipiatur in alio. i. in alia ⁊ alia specie. Quēadmodum natura specifica petri differt numero ab alia, quia recipitur in alia materia. Ut dulcedo, vtrū differt specie ab albedine: quia natura colōris recipitur in diuersis, an differunt, quia omnino non sunt idem? Et hęc non solū est interrogatio, sed determinatio aduersus ℙlatonem. differebat enim inter ℙlatonē. ⁊ Aristo. vt cō. 38. dicebamus, ꝙ ℙlato ponebat vnam naturam generis differentem per hoc solum, ꝙ recipiebatur in diuersis speciebus. Arist. vero non ponit vnicam naturā generis, sed vnū gradū, qui nō in uenitur in re ęqualis in spēbus (vt mō dicebamus) sed solū ponit vnā naturā specificā, q̄ sumitur a forma. Et quia species exprimitur per definitionē, quę discernit vnā speciē ab alia, ait idē esse aliqua differre specie. qō differre definitione, idēq; esse aliqua esse eiusdē speciei ⁊ nature, qō definitione cōuenire, vt habetur. 5. meta. tex. 12.

Tres gradus ęquiuocationis

Ocam.

Textus xxxij.

De alteratione autem: quomodo est æque velox alteri altera? Si itaque ēst sanari alterari: est autē hūc quidem velociter, illum autē tarde sanari, & simul quoſdā, quare erit alteratio æquè velox in ęquali em̄ tēpore alteratūest. ¶ Sed quid alteratum est? æquale enim hic nō dicitur, sed vt in quātitate æqualitas: ita hic similitudo. Sed sit idem ꝙ mutatur in æquali tempore: æquè velox. ¶ Vtrum ergo eo in quo passio: an passione oportet cōparare? hic igitur quòd sanitas eadē sit, est accipere: aut quod neque magis neque minus, sed similiter existit. Si autē altera passio sit, vt alteratur id quod de albatur, & id ꝙ sanatur: his nihil inest idē, neq; æquale neque simile, vt iam hæc species faciūt alterationis. & non est vna: vt neque loci mutatio. quare cōsiderādū est, quot sunt species alterationis, & quot loci, mutationis. Si igitur quæ mouētur specie differunt: quorū sunt motus secundum se & non secundum accidens, & motus ipsi, specie different. si autē genere: genere. si verò numero: numero.

¶ In tex. 32. post cōparationē motuū localiū, ꝓsequitur dicere de cōparatione motuū alterationis. Motus enim augmentationis eo hic silentio prętermittitur, ꝙ eadē ferme est eorūrō, quę motuū localiū. Ut enim se habet spatium in motu locali, se habet ⁊ quātitas in motu augmētationis. Quocirca, vt motus illi locales sunt ęquę veloces quibus equali tēpore ęqualia spatia perāguntur in ęquales vero quibus tēpore ęquali trāseuntur in ęqualia, ita ⁊ motus illi augmentationis sunt ęque veloces, quibus tēpore equali acquirunt ęq̄les quantitates ⁊c. At vero de alteratione nō est ita perspicua ratio. Ob idq; prius ostendit, ꝙ motus alterationis sunt cōparabiles in velocitate. Experimur enim ex duobus ęgrotis alterum velocius sanari altero: alios vero simul. i. ęque velociter sanari. Cum ergo sanatio sit alteratio, sequitur vt alteratio alteri sit ęqualis: vt pote, quo tempore equali fit. ¶ Mouet autem quęstionē pennes quid attendatur ęqualitas est alterationū, nam in motu locali duo requiruntur ad ęqualitatē velocitatis. s. identitas temporis, ⁊ spatiorum ęqualitas. Et proportionabiliter in augmentatione ęqualitas quantitatum mque acquiruntur. Quęrit ergo [sed quid alteratum est]. i. quid, est illud, quod acquirendum est tempore ęquali, vt alterationes sint ęque veloces. Nam dicere, quod debet acquiri ęqualis, q̄litas ineptū est qm̄, ęquale, nō dicitur secundum qualitatem, sed sicut in quantitate est ęqualitas, ita ⁊ in q̄litate similitudo. Diffiniak ergo [inquit] in genere, ęque velociter mutari. Ut sint illa, quę tempore equali mutantur siue localis sit motus, siue alterationis, aut quiuis alius

in motu locali requiruntur

Qualitas reperitur in quantitate, similitudo in qualitate

Et ꝙ sufficit vt eōc temporis

alius. ¶Hac suppositione facta quærit philosophus. vtrū qñ mot⁹ duo alterationis cōparātur in velocitate, cōparare eos oporteat eo, in quo est passio .i. ex parte subiecti, puta, q̄ tāta, vel tanta pars vtriusq; subiecti sit in tali tēpore alterata: an oporteat eos cōparare in passione ⁊ qualitate quę acquirit: nā vtrunq; designat, cū dr alteratū esse. s. ⁊ subñ, ⁊ passio. Ad quā quęstionē rñdet, vtriusq; habendā esse rōnē. Et primo passiōis habēda est rō, ⁊ quātū ad ad speciē, ⁊ quantū ad intēsionē. Exēpli gratia, vt duę alterationes sint q̄ veloces, opus primū est, vt sint eiusdē speciei specialissime: ⁊ hoc est qō ait (vt sit eadem sanitas.) Quare de albatio ⁊ sanatio nō sunt cōparabiles in velocitate q̄uali, cū nō sint eiusdē speciei. De luti loci mutatio nō comparatur cū alteratione. Et rursus requirit, q̄ eadē intensio acquirat eo dē tēpore. Et hoc est qō ait. (Nec magis nec minus, sed similiter existat.) Ex quib⁹ colligit ad cognoscendā cōparabilitatē motuū, cōsiderandum esse quot sint species spacialissimę alterationis, locię; mutationis. Et hoc (inquit) iudicandū est ex his, aque mouētur. i. ex terminis perse motū: vt dictū est. lib. 5. tex. 31. vt q̄a albedo, ⁊ nigredo, ⁊ sanitas differunt specie, dealbatio, ⁊ denigratio, ⁊ sanatio differant specie. Ex terminis inquam perse: nam quanuis aliquis ex cursu ruborem acquirat, alius vero pallorem, illi duo cursus nihilominus sunt eiusdem speciei quia motus locales non sunt perse ad illiusmodi qualitates, sed per accidens. Quod dictum est alterationes differentes specie non esse q̄ualitate velocitatis comparabiles. q. 2. disputatur,

Sed vtrum oportet ad passionem respicere, si eadē sit an similis, si q̄ue veloces sint alterationes, aut ad id, q̄ alteratur: vt si huius quidē tale de albatum, sit huius autē tātum, an ad vtrunq;? Et eadem quidem, aut alia passione: si passio eadem sit AEqualis autē aut in æqualis: si illud fit, in q̄uale? ¶In text. 33. dissoluit priorē partē quęstionis: an s. sit habēdus respectus ad subiectum Et hoc est quod percontatur, vtrū. s. ad solā passionē oporteat respicere ad iudicandū motus alterationis esse q̄ue veloces, an etiā oporteat respicere ad subiectū. Et ait ad vtrūq; conisciendū esse oculū diuersimode tū. Nā (si passio eadē sit). i. an motus alterationis sint ejusdē, an diuersarū specierū. id quidē iudicamus (eadē, vel alia passione). i. solum ex parte termini. Nā oēs de albatiōes eiusdē spēi sunt, siue magna siue parua pars de albetur. An vero mo⁹ sint q̄ue veloces, id iudicam⁹ per quā titatem subiecti, quę alterata est in tali vel tali tēpore. Hęc prędictus in. q. 3. examinanda sunt. Tria enim pensanda sunt in motibus alterationis cū cōparantur in velocitate. Primū, q̄ termini alterationis sint eiusdē speciei, vt motus sint eiusdē speciei. Mox si cōparatio velocitatis fit quo ad extēsionem, requiritur, q̄ tēpore q̄uali qualitates extendantur per q̄uales partes subiecti. Si autem cōparatio fit quo ad intēsionē, requiritur ut q̄uales gradus intēsionis in vtroq; subiecto eodem tempore acquirantur.

Et in generatione autē & corruptione, idem considerandum est: quomodo æquè velox generatio est, si in æquali tempore generetur: idem & in diuisibile: vt homo, sed nō animal. Velocior autem: si in q̄uali. aliud. nō enim habemus aliquod duorū, in quibus ipsa diuersitas: vt dissimilitudo. ¶Et si est numerus substantia: maior & minor numerus eiusdē speciei est. sed est inominatum quod commune est: & vtrūq; vt maior passio, aut excedens magis, quantum autem maius.

¶Tandem in tex. 34. cōcludit quę sunt considerāda in motibus generationū, vt cōparentur in velocitate. Vbi adnotandū est est, q̄ generatio, si accipiat prō acquisitione formę substantialis, nō est velocior, aut minus velox q̄ alia quia non est motus, sed instantanea mutatio, vt lib. 5. tex. 8. dictum est. Dupliciter tū possunt cōparari generationes in velocitate: vno modo quantū ad alterationem precedentē, quę est via ad generationem. Velocius enim generatur masculus, q̄ femina in hominibus: nam embrio masculi animatur quadragessimo die: femina vero sexagessimo. Et in seminibus ⁊ plantis propter diuersas temperies terrę aut aēris, pōt celerior fieri, aut morosior germinatio. Et preterea potest esse velocior, aut tardior extensio formę per totum subiectum: vt si homo incipit animari a corde, ⁊ successiue anime. Dicit ergo Ph. idē considerandū esse in gñatione, qō de alteratione dictū est. Nēpe, q̄ ille duę gñationes sunt q̄ue veloces, quibus idē indiuisibile acquiritur eodē tēpe. i. formę substantiales eiusdē speciei specialissimę: quę dicit species a toma. i. indiuisibilis (vt hō, ⁊ nō, vt animal Licet eñ vtraq; gñacione acquirat forma animalis. nō erūt cōparabiles: vt gñatio hōinis, ⁊ gñatio canis: sicuti neq; alteratio ad sanitatē, ⁊ alteratio ad albedinē: Ad aūt hic notato, q̄ ad generationes esse q̄ue veloces, satis est, q̄ formę sint eiusdē spēi nec requiritur vt sint q̄ue intense, vt dictū est de formis accidētalibus. nā formę substātiales, quia nō recipiūt magis aut minus, cū cōsistāt in indiuisibili, satis est, q̄ acquirātur eiusdē spēi. Quod si acquirātur in eodē tēpore, gñationes erūt q̄ue veloces: si vero tēpore inequali, vbi forma acquiritur in minori tēpore, tūc generatio erit velocior. Et hoc est, qō ait, q̄ nō habemus in gñratione aliq̄d duorū, in quibus, cōstituatur diuersitas inter formas substātiales eiusdē speciei, sicut in accidētibus assignantur diuersi gradus intēsionis, in quibus cōstituitur dissimilitudo Hoc itidē quod iit generationes differentes specie nō esse cōparabiles. q. 2. examinatur. ¶In secūda parte huius textus, quia insinuauerat pfectionē substātię nō habere latitudinē, nec recipere magis aūt minus, introducit opinionē Platonis ⁊ Pythagorę, qui cōtrarium videātur asserere. Atqui Paulus venetus legit hāc literā, ac si Arist. arguat ptra Platonē: sed. S. Tho, existimat esse simplicē recitationē opinionis platonicę. Diximus eñ lib. 1. cō 48. q̄ Pythagoras inter astrologus ęgyptios

tritus, philosophabat per numeros. Autumãs enim vnum, quod est principium numeri de genere quantitas, idem esse cũ vno, quod conuertitur cum ente, & de omni substantia prædicatur, omnes naturas rerũ cẽsebat esse numeros quosdam. Et eadem erat opinio Platonis. Si ergo hęc litera inducatur tanquam recitatio opinionis, sic legitur. Si substantia est numerus, sequitur q in forma substantiali eiusdem speciei est dare maius & minus. s. maior & minor numerus: qõ ipsi concedebant. At cum arguebatur cõtra cos q substantia non recipit magis aut minus id negabant: sed dicebant non esse commune nomen impositum, sed esse innominatas illas differentias in substantia, quę nominatę sunt inqualitate & quantitate. Nam in qualitate intensior passio aut excelens, dicitur magis aut minus tale: in quantitate vero, maius aut minus. Hęc confitebantur illi. Si vero littera inducatur per modũ arguendi, legatur sic, Si substantia esset numerus, sequeretur, q perfectio substantię haberet latitudinem maioris & minoris numeri: consequens est falsum: quia tunc reciperet differentias excellentię, licet non essent nominatę: sicut in qualitate & quantitate, cum tamen perfectio substantię consistat indiuisibili.

¶DE REGVLIS SEPTEM comparationis motuum. CAPVT. V.

Textus. xxxv.

QVONIAM autẽ mouens mouet semper aliquid: & in aliquo, & vsq; ad aliquid (dico autem in aliquo: quia in tempore: vsq; ad aliquid autem: quia per quantam aliquã longitudinẽ. sem enim simul mouet & mouit. quare quãtũ aliquid erit, per quod motũ est & in quanto) si igitur. A. est mouens. B. autem id, quod mouetur, per quam autem motũ est longitudo. C. in quã autẽ tempus, in quo. D. in æquali igitur tẽpore: æqualis potentia ipsi. A. dimidiũ ipsius. B. per duplam ipsius. C. mouebit. Per lineã autem. C. in dimidio ipsius. D. sic enim erit analogia.

Regule septem.

¶ Subsequenter postq̃ visum est qui nã motus sunt cõparabiles, in hoc ca. 5. qõ per rectus qui inq̃ distribuitur, constituunt septẽ regulę cõparationis motuũ. Ex hoc ergo tex. 35. eliciunt duę regulę. Quatuor em̃, inquit, est in vno quoq̃ motu considerare. s. mouens, & id qõ mouetur, & tẽpus in quo fit motus, & latitudinẽ spatij per quã fit motus. Loquitur enim de motu locali: ex quo facile sumitur aliorũ iudiciũ. Et quidẽ, in motu physico necesse est, & mobile, & spatiũ tẽpus esse diuisibilia: propter qõ dictũ est in sexto tex. 52. q ante omne moueri, precedit mutatũ esse per minorem partẽ spatij in minore parte tẽporis. Et hoc est, quod ait hic (semper mouet & mouit. i. qõ mouetur mouebatur. Et tex. 49. eiusdem lib. dictum est: q mobilis transeuntis per aliquod signum prius transit vna pars, q alia. Secus est de motu angeli. Mouens autem physicum non est necesse semper esse diuisibile: vt patet de primo motore, & de intelligentijs. Loquitur hic tamen de mouente diuisibili. Sit igitur (inquit) A. mouens: id vero, quod mouetur, sit. B. & pars spatij, per quam mouetur, dicatur. C. tempus vero. D. tunc in quid alia potentia ęqualis ipsi. A. mouebit dimidium ipsius. B. in eodem quidem tẽpore q duplũ spatiũ. ad ipsum C. sed per spatiũ C. mouebit dimidium ipsius. B. in dimidio temporis ipsius. D. vtroq; enim modo seruabitur eadem analogia. i. proportio. ¶ Duę ergo hinc colliguntur regulę. Prima per diuisionẽ mobilis & multiplicationem spatij, potentia et tempore manentibus ęqualibus. Si aliqua potentia mouet aliquam resistentiam per aliquod spatium in aliquo tempore, eadem, vel ęqualis potentia in eodem, vel ęquali tempore mouebit subduplam resistẽtiã per duplum spatiũ. Ratio est q qualis est proportio medietatis resistentię ad totam, talis est spatij ad spatium duplum. ¶ Secunda regula est per diuisionem mobilis & temporis, potentia & spatio inuariatis. Si aliqua potentia mouet q aliquod spatium aliquam resistentiam, eadẽ, vel ęqualis potentia per ęquale spatium mouebit subduplam resistentiam in subduplo tempore, Probatur: quia quanta est proportio totius resistentię ad medietatem, tanta est tẽporis ad tempus.

Regula. 1.

Regula. 2.

Textus. xxxvj.

Et si eadem potentia idem in hoc tempore per tantã mouet & per dimidiã in dimidio mouebit & dimidia virtus dimidiũ mouebit. in æquali tẽpore, per æquale. ut ipsius. A. potẽtię fit dimidia potentia. E. & ipsius. B. ipsum. F. dimidiũ. Similiter igitur se habet & secundũ analogiam: virtus ad gravitatem. Quare per ęquale: & in ęquali tempore mouebunt.

¶ In tex. 36. constituuntur duę alię regulę. Tertia ergo est per diuisionem spatij & temporis, potentia & mobili inuariatis. Si aliqua potẽtia moueat aliquam resistentiam per aliquod spatium in aliquo tẽpore, eadem, vel ęqualis potentia mouebit eandem resistentiam per dimidium spatiũ in dimidio tẽpore. & hanc tanquã perse notam relinquit. Nam qualis est proportio spatij ad spatium subduplum, talis est temporis ad tempus. ¶ Quarta regula est ecõuerso per diuisionem potentię & resistentię, spatio & tempore inuariatis. Si aliqua potentia mouet aliquam resistentiam per aliquod spatium in aliquo tẽpore, subdupla potentia mouebit sub duplam resistentiã per idem spatiũ in eodem tempore. vt si. A. potentia moueat. B. resistentiam per. C. spatiũ in. D. tempore, medietas ipsius. A. quę sit. E. mouebit similiter medietatẽ ipsius, B. qũ sit. F. Nã similiter se habent hęc secundũ analogiam. i. proportionem. Nempe qualis est proportio potẽtię ad subduplam, talis est resistentię ad resistentiam.

Regula. 3.

Regula. 4.

Textus. xxxvij.

Et. si. E. ipsum. F. mouet, in pso. D. per

per lineam. C. non neceſſarium eſt in æquali tempore id in quo. E. duplum ipſius. F. mouere per dimidiam ipſius C. Si igiſ. A. ipſum. B. mouebit in ipſo. D. per tãtã quãta eſt linea. C. dimidiũ ipſius. A. in quo. E. ipſum. B. nõ mouebit in tpe in quo. D. neq; in aliquo ipſi⁹ D. p aliquid lineæ. C, ſecũdũ q analogũ eſt ad totã. C. vt. A. eſt ad. E. Omnino enim ſi contigirit: nõ mouebit aliquid ſi enim tota virtus p totã mouit dimidia nõ mouebit, neq; per quantã vis neq; in quãto vis. vnus enim mouebit nauẽ ſi. nauẽ quidem trahentiũ diuidatur virtus in numerũ & in longitudinẽ perq̃ omnes mouerũt. Propterhoc Zenonis rationon eſt vera. q ſonet milij quæ vis pars nihil enim p hibet non mouere eum aerem, in vllo tẽpore quem mouit dum caderet totus modius neque itaque pars. tãtum quãtum mouebit cum toto: ſi ſit per ſe, hoc mouet. neque enim vlla eſt niſi potentia in toto

¶ In tex. 37. excludit duas alias regulas, quas falſo quis poſſet elicere ex quarta. Cum enim dictum ſit, q ſi aliqua potentia moueat reſiſtentiã per aliquod ſpatium in aliquo tempore, ſubdupla mouebit ſub duplam ꝛc. poſſet quis inferre, q eadem potentia mouebit duplã reſiſtentiam, aut per dimidium ſpatium in eodem tẽpore, aut per idem ſpatiũ in duplo tẽpore, vt additio fiat ad reſiſtentiam: ꝛ non ad potentiam. Quę tamẽ regula exceptionem tunc patitur, quãdo, multiplicata reſiſtentia, potentiã mouentis vel ęquat vel ſuperat, tunc enim potentia nullatenus mouebit reſiſtentiam, nec per aliquod ſpatium, nec in aliquo tẽpore. Quoniam a proportione ęqualitatis, vel minoris in ęqualitatis non fit actio. Si tamen multiplicatio reſiſtentię non equaret nec excederet potentiam, tunc regula vera quidem eſſet. Et eſt numero quinta. ¶ Perſeuerat ergo in exemplo quartę regulę, q ſi. E. medietas ipſius. H. mouet. F. medietatem ipſius. B. non eſt neceſſarium, vt ipſa virtus. E. moueat totum B. duplum ad. F: per aliquod ſpatium, quantuncũq; paruum, in aliquo tempore quant uncumq; magno eadem ratione non eſt certa ſecunda regula, ſubtrahendo a potentia, ꝛ non a reſiſtentia Et ſi. H. virtus (inquit philoſophus) mouet reſiſtentiam. B. per aliquod ſpatium in aliquo tempore, nõ eſt neceſſe, vt: E. medietas ipſius. H. moueat totam reſiſtentiam. B. per aliquod minus ſpatium. aut in aliquo maiori tempore: quia poterit potentia tantum minui, vt adęquetur reſiſtentie, aut ſuperetur ab ea: ꝛ tunc non poterit eam mouere. Alias (inquit) homo poſſet mouere nauim, imo quantancumque magnitudinem

Regula. 5.

Nam ſi decem homines [verbi gratia,] mouere poſſunt totam nauem, per aliquod ſpatium alio quo tempore, tunc, ſi teneret proportio, poſſet vnus homo mouere totam nauem, aut per ſubdecuplum ſpatium in eodem tempore, aut in tẽpore de decuplo per idem ſpatium. Si tamen potentia diminuta ſemper excedit reſiſtentiam, vera eſt regula: eſt quę numero ſexta. ¶ Exempla harum regularum, quando verum habeant, quando vero minime, ſic accipito. Si potẽtia vt quatuor mouet reſiſtentiã vt vnum per aliquod ſpatium in aliquo certo tempore. eadem potẽtia mouebit reſiſtentiam vt duo per ſubduplum ſpatiũ in eodem tempore: ſed tamẽ reſiſtentiam vt quatuor nullatenus mouebit: quoniam a proportione ęqualitatis non fit actio. Pari ratione ſi potentia vt quatuor mouet reſiſtentiam vt vnũ per aliquod ſpatium in aliquo tempore, potentia vt duo mouebit eandem reſiſtentiam per ſubduplum ſpatium ſn eodẽ tempore: ſed tamen potẽtia ut vnum nullatenus mouebit eam. ¶ Hinc colligit Phi. ſolutionem cuiuſdam ſophiſmatis Zenonis, quo arguebat, ſi modius milij cadens in terram ſonum aliquem facit, granũ per ſe cadens facit ſonum, minorem quidem ſono totius modij, ea proportione, qua granum minus eſt toto modio: erat enim muſcus, qui ex proportione ponderum maiorum iudicabat proportionem ſonorum. cui reſpondet Ph. fallax eſſe argumentum: nam poteſt eſſe tam minima moles, quę aut nõ diuidat aerem, vt vllus fiat ſonus, aut ita ſeu ſim diuidat, vt non ſit perceptibilis ſonus. Hęc enim pars ſeparata, tantum mouet, quantũ coniuncta: quia quando eſt coniuncta. non eſt per ſe ens, ſed potentia in toto.

Regula. 6.

Textus. xxxviij.

Si uero duo, & vtrunq; horum vtrunque mouet per tantum in tanto: & compoſite potentię cõpoſitum ex ponderibus per æqualem mouebunt longitudinem, & in æquali tempore analogum enim eſt.

¶ In tex. 38. ſubditur regula ſeptima a diuiſis ad coniuncta. Si duę ſunt virtutes motiuę, quarum ſeorſum ſingulę ſingulas reſiſtentias ſcilicet põdera moueant, per aliquod ſpatium in aliquo tẽpore, virtus compoſita ex ambabus mouebit aggregatum ex ambobus ponderibus per idẽ ſpatium in eodem tempore. Et ratio eſt, quia ſeruatur ſemp proportio potẽtię ad reſiſtẽtias. Et ſi ſingulę potentiarũ ſint vt duo, ꝛ ſingulę reſiſtẽtiarum vt vnum, ambę ſimul potentię erunt vt quatuor: ambęq; reſiſtẽtię: vt duo: atqui quatuor ad duo eadem eſt proportio, qnę eſt duorum ad vnũ.

Regula. 7.

Textus. xxxix.

Num igitur ſic eſt: & in alteratione & in augmentatione aliquid enim eſt augens aliquid autem & id quod augetur: in quanto autem tẽpore, & quantum aliud quidem auget, aliud auten augetur Et alterans, & id quod alteratur ſimiliter. & aliquid & quantum ſecundum ipſum magis & minus alterata ſunt: & in quanto tempore.

¶In duplo duplum: & duplum in duplo.dimidium autē in dimidio tēpore:aut indimidio dimidiū,aut in ęquali duplum.¶Si verò alterans aut agēs tantum in tanto aut auget aut alterat non necesse est & dimidium in dimidio,& in dimidio dimidiū.Sed si contigerit.nihil alterabile,aut augmentabit,sicuti & in ponderе.

¶In text. deniq;.39.asserit easdem tenere regulas in alijs generibus motuū.s.augmentationis, ⁊ alterationis,nam quemadmodum in motu locali considerantur quatuor.s.mouens,⁊ motum, ⁊ tempus,⁊ spatium: ita ⁊ in aūgmētatione sunt augens,et auctum,⁊ tempus,⁊ quantitas,quę accrescit.Et pariter in altaratione est alterans, ⁊ alteratum,⁊ tempus,⁊ qualitas,seu intēsio,quę acquiritur.Et est notandum ꝙ quantitas quę acquiritur in augmentatione,⁊ qualitas,quę acquiritur in alteratione,respondent spatio in motu locali.Tūc ait,ꝙ sicut dictū est de motu locali ꝙ potētia,quę mouet aliquā resistentiam per aliquod spatiū,in aliquo tēpore,⁊ eadem potentia mouebit eandē resistentiam:per duplum spatiū in duplo tempore,vt colligitur ex tertia regula: ita si aliqua potētia auget aliquā rem per aliquā quantitatem,puta pedalem,in aliquo tēpore scilicet.A.eadē potentia.si in duplo tēpore augeat eandē rem,augebit ad duplā quantitem:⁊ econuerso,si augebit ad duplam quantitatē: id faciet in duplo tēpore:⁊ si indimidio illius tēporis.A. augeat,augebit per dimidiā pedalitatē. Res est clara.Nam qualis erit proportio temporis ad tēpus,erit inter quātitates,quę acquirūtur.Quare illud accusatiuum,duplum,non designat rem, quę augetur,sed quantitatē,quę acquiritur.Si vero potentia augens,vel alterans fuerit dupla, tunc(inquit)eandē rem augebitin tēpore ęquali per duplam quantitatem.¶Subdit tandem falsas regulas,sicuti in motu locali.s.ꝙ si aliqua potētia alterat,vel auget aliquā rē in aliquo tēpore nō est necesse vt dimidiū.s.illius potētię, augeat eandē rem in dimidio per dimidiam quantitatē. Nam si potentia diminuitur resistentia nō diminutapoterit contingere vt, potentia ⁊ resistentia sint equales,vel potētia sit minor: ⁊ tunc nullatenus potentia augebit, aut alterabit resistentiā vtde motu locali in sexta regulaex plicatum est.

Finis septimi Physicorum.

ent Lectione octaui libri physicorꝝ postquā Arist. in septimo ostendit ꝙ necesse ē dare primū mobile
otore et motū primū, in octauo physicorꝝ inquirit quis sit ꝑ. motꝰ, qualis primꝰ motor, et quale sit primū
- et qd ad id ꝓfectig intelligēdum nec.° ogz ꝓscire an motꝰ fuerit Ab eterno nt idcirco intex.° vniuer
querit de eternitate motꝰ, an motꝰ fuerit ab eterno nō habēdo respectum Ad motū cęli aut Ad aliquā motum
inferiorꝝ licet illig.ꝫ vniversalis duplex ē sensꝰ ꝑ. an motꝰ cęli fuerit Ab ęterno. 2. an generatiꝰ et corruptiorꝝ fuerint Ab eterno

Reuerẽdi patris, fratris Dominici Soto Segouienſis, Theologi, ordinis Pædicatorum, ſuper Octauum Phiſicorum Ariſtotelis. Commentaria.

QVO DISPVTATVR an ab æterno fuerit motus. CAPVT. I.

Text. 1.

VTRVM autem factus eſt aliquãdo, motus, cùm non eſſet prius, & corrumpitur rurſus adeò, vt moueatur nihil: an neque factus eſt, neque corrumpitur, ſed ſemper erat & ſemper erit? & hoc immortale, & ſine quiete ijs ineſt, quę ſunt: veluti vita quędã, quę ineſt naturę ſubſiſtẽtibꝰ omnibus. ¶ Eſſe igitur motũ omnes affirmant de natura aliquid dicentes: propterea quòd mũdũ faciũt & de generatione & corruptione eſt contẽplatio omnibus ipſis, quã impoſsibile eſt eſſe, niſi ſit motus.

¶ Sed quotquot quidẽ infinitos mundos & eſſe dicunt, & quoſdam quidẽ fieri, quoſdã autem corrumpi mũdos ſemper dicũt eſſe motum. neceſſariũ. enim eſt generationes & corruptiones ipſorum. eſſe cum motu. Qnicunq; autem vnũ & ſemper eundem, aut non eſſe ſemper: etiam de motu ſupponunt, ſecundùm rationem.

¶ Ad hunc vſq; peruentum nobis erat, cum ad ſacrum concilium euocatus ab hoc mihi deſtinato opere auulſus ſum. Sed neq; concilio infauſte intermiſſo, alia defuere negotia publica, quę ad inſtum me iam quinquenniũ implicarũt. Quo tẽpore felicioꝛa ſacꝛoꝛũ ſtudia quibus me pꝛoꝛſum addixeram, multo me iã longius ab his abduxerant ℙhyſicis, q̃ vt putaſſem illa a me vnq̃ reuiſum iri. At regreſſus in Hiſpaniã, audire mihi videoꝛ, nõ haberi omnino hos noſtros labores ſcholaribus deſpectui, quin eſſe forſam nõ nihil emolumenti, ſi abſoluãtur, allaturos. Quocirca deuoꝛare hoc tędium ob publicum commodum decreui: & quibus longum iam vale dixeram, eadem, alioquí mihi ingrata ſtu dia repetere, nam & cupido mihi ſe etiam nunc in animum inſinuauit pꝛogrediendi ad libros de generatione, & ad alios ſaltem de anima. Liber hic igitur octauus vt omniũ eſt ℙhiſicorum poſtremus, ita eſt & inter eos pꝛecipuus. Etenim poſtq̃ in ſeptimo ingenere viſum eſt, omne qõ mouet ab alio moueri tametſi [diſputationẽ illam huc vſq; diſtuleriꝛmus] atq; adeo in genere inde illatum eſt, in oꝛdine mouentium, mobiliũ, & motum: in neutrũ extremum oꝛdine mouentiũ, mobilium, & motuũ, in neutrũ extremũ abiri in infinitũ, ſed exiſtere pꝛimũ motoꝛẽ, pꝛimũ motum ac pꝛimũ mobile: deſcendit iã modo. ℙhi. in hoc octauo, id particulari tria hęc pſcrutatũ, quis videlicet, qualiſq; ſit primus motus, pꝛimũ mobile, & pꝛimus moꝛtoꝛ. Ubi pꝛoinde ſupꝛa ſenſibilia conſcedens, per multa ſpeculatur diuina. Atqui totꝰ liber in decem capita diuiſus, per tex. 86. a cõmentatoꝛe diſtribuitur. Secari tamen poteſt ampliꝰ ob lucis cauſa, in ſex mẽbra. In pꝛioꝛibus namq; duobus capitulis, diſputat deffinituꝛq; pꝛeambula quędam dubitatio, vtrum fuerit motus aliquis ab ęterno, an cum antea nullus fuerit, aliquando fuerit inceptus. In duobus veꝛo ſequentibus, veſtigare inchoãs qualis ſit pꝛimus motus, ac pꝛimus motor, diſſerit in particulari ſententiã illã quã in pꝛincipio ſeptimi enũtiauerat. ſ. omne qõ mouetur, ab alio moueri. Et tertio exinde capite 5. colligit, in mouentibus & motis, deueniendum eſſe ad vnũ pꝛimũ motoꝛẽ. Ac rurſus cap. 6. oſtẽdit pꝛimũ motoꝛẽ eſſe immobilem, & incoꝛꝛutibilem. Et ſubſequẽnter in tribus capitulis. 1. 8. & 9 diſcutit, pꝛimus motus, qualis ſit naturę qualeſq; habeat ꝓpꝛietates. Sexto deniq;, & poſtremo in cap. 10. cõtemplat anguſtiſſimã naturã pꝛimi motoꝛis. ¶ Capitulũ ergo hoc pꝛimũ duodecim textus cõtinet. In quoꝛũ pꝛimo, mouet quęſtionẽ vtrũ factus fuerit aliquãdo, an ab eterno fuerit motus, ſitq; ſemper futurus. Ubi adnotãdũ eſt, cõmẽtatoꝛẽ teneri hic opinione ſingulari aduerſus Auicenã, & reliquos Arabes (vt ipſe fatetur nempe, q̃ intẽtio Ariſt. non fuerit hic diſputare in genere, an ab eterno fuerit motus, nec ne ſed in particulari, vtrũ motꝰ celoꝛũ fuerint ęterni. Et ratio eſt (inquit) quia ſi ſolũ in genere determinaſſet hic, motũ ſemper fuiſſe, puta ante omnẽ motũ fuiſſe motũ, non ſatis pꝛobaſſet ſucceſſionẽ motuũ: quomodo. ſ. cõnecteretur catena, vt ſemper vnũ motũ alius ãtecederet, aliuſq; ſubſequeretur: atq; adeo mancus fuiſſet ſermo ℙhi. At vero vt ait. S. Th. falſiſſima hęc eſt cõmẽtatio, et abſq; apparẽtia. Quin vero vt Arabes, & Themiſtiꝰ, ſimpliciuſq;, & ferme oẽs cõſentiũt. Quęſtio eſt gñalis, vtrũ ſemp fuerit futuruſq; ſit motus.

¶ ℙꝛimo, quia obſeruãtiſſimũ eſt Ariſto ex vniuerſalibꝰ ad particularia deſcẽdere, vt in pꝛemiꝭ huiꝰ libꝛi viſum eſt. ¶ Secundo, quia forma ipſa quęſtionis

Dignitas huius lib.

Materia huius lib.

Diſtributio.

Quęſtio primi. ca.

Cõtra Cõ

a ꝛ 1 ꝛo

a ꝛ 2 ꝛo

quęstionis,non proponitur iu particulari de motu cęli,sed in genere, vtrum factus est aliquādo motus,ꝛ corrumpitur,aliquādo,an semper fuit, ꝛ semper erit. ¶Tertio,quia media omnia,quibus vtitur ad hanc quęstionem, procedūt de motu in genere,vt in subsequentibus patebit:ꝛ presertim in hoc tex.vbi tanq̄ principium huius cōclusionis,non supponit speciatim,motum cęlorū esse, sed generaliter motū esse: insinuās quęstionem essa generalem,an semper fuerit motus.

¶Quarto, quia infra text.53.quęstionem disputat in particulari,vtrum aliqua, puta primū mobile,ab eterno moueatur:ꝛ tamē si modo id fuisset in particulari cōstitutum,superuacanea fuisset postea eadē quęstio.Quin vero hac conclusione generali,quā hic prefigit,scilicet semper fuisse motū,vtitur tanq̄ principio ad probandum in particulari,quod datur motus sempiternus vt tex.49.constabit.Sed non est pluribus opus:nā certe imaginatio hęc Commentatoris toti processui Ph.aduersatur,vt in subsequētibus erit manifestum. Neq̄ ratio sua alicuius est momenti: quin Phi.modo tantum definit in genere semper fuisse motum:quomodo autem id fuerit, inferius explicaturus est. Bifariam nanq̄ id verū est secundum ipsum vno modo,quod idem numero motus,puta celorū,fuerit eternus,ꝛ alio modo,q̄ series motuū horum inferiorum,fuerit perpetua,scilicet,q̄ ante omnem generationem,ꝛ alterationem,fuerit generatio ꝛ alteratio.Et eternitas primi motus est causa eternitatis serierei;isto rum.¶Ad rem ergo vt redeamus,intentio Aristo.est,disserere in his duobus capitulis generatim,an motus semper fuerit,semperq̄ sit futurus.Tres igitur particulas dignoscamus in hoc 1.textu,quas facit simplicius, textus. In prima enim sectiuncula proponit quęstionem,sit ne motus ambifariam eternus,in preteritum scilicet, ꝛ futurum: subiungitq̄ analogiam ad animalium vitam.Nam cum natura(vt lib.2. prehabitū est) principium sit motus ꝛ quietis eius, in quo est, cōsequitur,vt res quelibet naturalis principiū in se habeat sui motus:actiuum videlicet,vel passiuum.hoc autem dignoscuntur a cereris viuentia[vt illic exponebamus) q̄ principium in se habeant actiuum sui motus: hoc est, moueantur a principio intrinseco:in anima vero,non,nisi passiuum,vt mouentur ab alio,actiuūq̄,vt mouēat extra se alia.Cōstat ergo in de analogia inter animam ꝛ formam generaliter materialiū, q̄ sicut illa est actiuum principium sui motus, qui quidem motus est vita,sic ingenere materialis forma sit principium motus. Et ideo non ait,q̄ omnis motus sit vita,sed,veluti vita. Si modo vitam accipias,non pro actu primo, scilicet pro forma,sed pro actu secundo. Sic enim apud Arist. 2.de anima distinguitur anima. Cum enim esse, viuentibus,idē sit qō viuere,neq̄ sint,nisi quandiu viuunt,si rerum vniuersitati materialiū fuerit motus inseparabile accidens,sit inde consequens,vt motus huiusmodi(de hoc enim corporali habetur hic sermo)analogiam in vniuersum hac parte habeat ad vitā animātium. Ita vt moueri corporibus, idem quodammodo pacto sit,qō esse. Nempe in hoc sensu,q̄ sicut ab anima necessario permanat vita, ita ꝛ a forma materialiū, mobilitas. Hanc forsan comparationem a Platone desumsit Arist.10.dialogo de legibus vbi per simile verbum habetur.Quo fit,vt pares sint hac ratione,motus ꝛ mūdus:puta,vt si motus ab eterno fuerit atq̄ quiterno. ꝛ mūdus quoq̄ sit sempiternus.Quin veroex ppetuitate motus collectus est post Arist.quiternitatē vniuersi. ¶In.2. particula(esse igitur) duo pariter expedit Arist. eaq̄ respōdens latenti quęstioni.Etenim cā motum tēporalem,eternūve esse diuerse sint qualitates motus, interrogare quis potuisset Arist. cur quęstioni,qualis sit motus, non prēmisserit duas alias,vt sit,ꝛ quid sit. Ait ergo quasi repetendo doctrinā superiorum librorū,quęstionem, an sit motus,nō esse preserutandā Phisicis,sed esse illis potius supponendū.motū esse:vt prędixit li.1.tex.11.Nam[vt illic prēmisserit tex.8.)illi qui motū negāt,nō naturaliter loquūtur. Quid autē sit motus,definiuit lib.3.vbi dicēs, q̄ sit actus entis in potētia,definiuit nō esse per se ens, sed accidēs rei materiate. Aptissime ergo hic vtrunq̄ ait:videlicet,ꝛ esse motū,a cunctis affirmari,hoc est supponi,qui de natura loquūtur, ꝛ eundē innotuisse per ea,quę rebus accidūt. Nēpe propterea,q̄ sunt qui mundū faciūt,hoc est factum fuisse ad struunt,ꝛ de generatione ꝛ corruptione contemplātur.Haud veruntamen hallucineris affirmare hic Aristo.q̄ fuerit vniuersorū opinio mundū fuisse factū:quippe qui id ipse diffitetur plane,sed ait,q̄ cū Ph.partim affirment mundū fuisse genitum,ꝛ vniuersi saltē,degenerationē rerū elementariū,corruptioneq̄ loquātur, omnibus in cōperto est,ꝛ confesso,motū esse,eundemq̄ non perse ens,atentis indiuiduū accidēs ¶Intertia de mum particula, sed quotquot ꝛc. Postq̄ consensum proposuit Philosophorū;vnanimiter recipientiū,motum esse,subdit eorū dissensionē de eiusdē eternitate,de qua proposita nimirū fuerat quęstio. Hanc autē dissensionem vt explicatius cōmostret, distinguit inter philosophos:quorum alij plures excogitabant mundos: eosdemq̄ infinitos alij vero vnumeundemq̄, aut eternum,aut talem,qui initium habuisset, plures enim finitos neminem commemorat constituisse.Auctor primus huius mundorum infinitatis fuit Anaximander,a quo per Leucippum deriuata fuit opinio ad democritum,quā deinceps professi sunt Epicurei.laborabāt enim hac intellectus lippitudine,vt cogitarēt, mundum exactomis,quod est in sectibilibus corpusculis constare,quę quidem in continuo erant motu: eorum porro instar que ad radium solis motitantur: ex quorum vtiq̄ vario congressu, ac complexu, varia conflabantur indiuidua. Neq̄ vero catantū, sed pari ratione,ꝛ mundi innumeri:quorum alij alijs absq̄ termino succedebant. Hos igitur probe ait Aristo.eternitatem motus plane confiteri:nam huius modi generationes mundorum,esse nequiuerant absq̄ perpetua motuum successione. Itaq̄ nullum adstruebant continuum ꝛ sempiternum motum:qualem.Aristo.concedit in cęlestibus orbibus,sed eternum mundorum fluxū vt ipse de indiuiduis arbitrat. Sequitur inter opinio altera[Quicunq̄ autem.] Hic veruntamen textus corruptus est intranslatione illa veteri,vbi habetur. Quicunq̄ autem vnum,ꝛ nō esse semper. Nam grece non est,ꝛ,sed,aut, vt hic iacet.Quicunq̄ aut vnum aut non esse semper. Est autem sermonis breuitas nimium cōcisa eademq̄ adeo manca, vt Simplicius admonuit: explicandaq̄ cū Argiropilo hoc modo. Qui vero vnum,eandēq̄ semper,aut vnum, ꝛ non semper dicunt. Ubi bipartita discernitur opinio stantium

Motus ab eterno bifariam.

Intentio Aristo.

Analogia inter aiam et formam & materiam.

Quantum idem est quod

Nō.

Et ostendi q̄ motq̄ est vita.

Dissensio Ph.demotu.

An animū der.

Explicat̄ litera

ma se habet ad animata ita natura in naturalibꝫ, nam sic aia est principium motq̄ in dialibꝫ sic natura est prin motq̄ in nālibꝫ et q̄ motq̄ est actq̄ natura cuius ipsa est principium sicut viuere est actq̄ aiāe et per consequēs di vita

motq̄ dr esse vita comparando nālia ad artificialia, q̄ nalia habentia se principium motq̄ et ideo quodam dicuntur viuere, artificialia habent vt se principium sui motq̄ videntur esse mortua aut videtur veluti opq̄ vitā,

actq̄ dicitur esse vita q̄ ordinem ad motū celestem. Sic .n. inferiora habent viuere q̄ motū primi mobilis,

tuentiũ vnum mundũ: nempe quorũ partem affirmabant cũ esse ęternũ, partim vero habuisse seu initium, seu finem, seu vtrumq;, Ait igitur, q̃ quicunq; vnũ professi sunt mundũ, vtcunq; libet modo de illo loquantur, pari ratione loquuntur et de motu: hoc est, si mundum illum opinentur esse ęternum, idem ꝛ de motu dicant oportet: si vero temporarium ꝛ finitum secundũ eãdem rõnẽ respondendũ abillis est ꝛ ad quęstionẽ ꝺ e motu negantur, puta neq; fuisse semper, neq; fore: siquidem mundum ꝛ motum coęua esse necessum est.

Si igitur cõtingit aliqñ nihil moueri, dupliciter necesse est hoc accidere. Text. ij. Aut enim, vt Anaxagoras dicit. Inqt enim ille. simul omnibus existẽtibus & quiescentibus in infinito tẽpore, intellectum, fecisse motũ & disgregasse Aut vt Empedocles, in parte moueri, & rursus quiescere. moueri quidẽ, cũ amicitia ex multis facit vnum, aut lis multa ex vno, quiescere verò in intermedijs tẽporibus, sic dicens. Quatenus vnũ quidẽ expluribus consueuit nasci. Et rursus vno gñato, plura persiciuntur. Eatenus quidẽ & fiunt, & nõ est ipsis firmum æ̃vum. Quatenus verò permutãtur omnino neq; simul desinunt, ea tenus semper sunt immobiles secundum circulũ. Hoc enim quatenus permutantur: hinc illuc dicere ipsum opinandum est.

¶Sequitur secundus text. quo dilucidatur, quibus modis excogitari potest, tempus fuisse aliquando, in quo nullus fuisset motus. Quos quidem modos proponit Arist. tanq; scopũ, quẽ suis telis confodiat, vt suã contrariã sententiam statuat de mot⁹ ęternitate. Bifariã enim id potuit accidere, scilicet, aut secũdum Anaxagoram, aut secundũ Empedoclẽ. Anaxagoras eñ arbitarat⁹ est omnia fuisse per infinitũ tẽpus in vnũ chaos congesta. cõmixtaq; ex quo tandem mens, puta intellectus separatus, ꝛ impermixt⁹, per disgregationẽ similariũ particularũ singula indiuidua aceperinde ipsum orbẽ construxit. Secundũ quã opinionem infinitũ tempus, seu duratio vacuit motu. At postquã mundus semel fabricatus est, nunq̃ motus cessauit. Qua itaq; ratiõe, motus. exordiũ quidẽ habuit, finem vero minime est habiturus. At vero Empedocles poëta, non quidẽ mentẽ constituebat effectricẽ causam mũdi: sed litem, ꝛ concordiam. Existimabat eñ mundũ per vices infinities ędifi cari, ꝛ rursum ex ędificari. Effingebat in qua non atomos, vti Democritus atq; Anaxogoras, sed elementa in vnũ coacerua ta, quę quidẽ p suborta litẽ ex vno illo globo prodeuntia efficiebant multa, puta diuersa mixta secundũ diuersum ac diuersum coitum elementorum in alio ꝛ alio mixto. Sed rursus eisdẽ elemẽtis in concordiam reconciliatis fiebat vnũ chaos ex multis. Itaq; lis illa generalis dissoluendo illum confusum globũ, per dissociationẽ elementorũ mixtorũq; generationes, quę erant particulares concordię, extruebat mundũ. Sed rursus redeunte generali concordia inter totam elemẽtorum sustantiã diruebat, mundus resolutus in illum cõfusum globũ attribuit aũt Arist. Empedocli, q̃ illę generationes corruptionesq; mũdi interrũperentur perquietes medias. Idẽq; sentit Themistius, secundũ quod interpretamentũ non semel, tempore q̃ infinito, vt dixit Anaxagoras, sed infinities recurrebat tẽpus, in quo nullus erat motus. Alexãder vero, cuilibentius subscribit. Simplici⁹, cogitat Aristotelem imposuisse Empedocli eiusmodi quietes intersecantes motum, cũ potius Empedocles vocuisset perpetuũ esse illũ circulũ gñationis, corruptionisq; mundi absq; vlla interceptaquiete. Sed illã perpetuitatẽ reciprocationis in gñationibus & corruptionibus appelabat immobilẽ circulũ. Neq; vero huic opinioni admodũ refragãter Empedoclis carmina, quę subsequuntur. Quatenus vnũquidem expluribus [verba sunt Empedoclis] consueuit nasci, hoc est, vnus globus ex multis indiuiduis, dum mundus corrũpitur. Et rursus, vno generato, plura perficiuntur, duscilicet vice versa ex illo rursus globo dissociantur elementa ad generationẽ mundi. Eatenus quidẽ ꝛ fiunt, ꝛ nõ est ipsis firmum ęuum, siquidẽ neq; globus ille perpetuus est neq; vero indiuidua, q̃ ex illo conflantur. Sequitur in carminibus. Quatenus vero permutatur omnino, hoc est globus dissoluitur in indiuidua, rursusq; indiuidua resoluuntur in globũ. Neq; simul desinunt, nam cũ globus desinit, indiuidua fiunt quibus desinentibus, restat globus. Eatenus semper sunt immobiles secundũ circulũ. Deprauatus est textus, vbi habetur, immobilẽ, veluti adiectiuũ accusatiui circulum. Est quippe grẽce nominatiuus pluralis, est q̃ Aristotelis sensus q̃ res oẽs tã globus ille q̃ indiuidua sunt semper immoblies secundum circulũ. i. vicissim quiescunt interpolatis tẽporibus intergenerationes generales, ꝛ corruptiones. Alexan. autẽ, non ita sentit Empedoclis mẽtem, at q̃ nunq̃ quiescunt, verum sunt continuocirculo ꝛ vicissitudine sed dicuntur mobiles quia certum immobilemq; ordinẽ seruant in circulo illo generatiõis ꝛ corruptiõis. Ac si dixisset immobili ac firma lege versantur semper in gyro. Veluti si affirmes orbes cęlestes immobilem seruare legẽ in suo ꝑpetuo circulo. Subdit Aristo. expositionẽ illius verbi Empedoclis. Quatenꝰ permutãtur. Intelligebat eñ hinc illud, hoc est ab illo confuso aceruo ad generandũ mundum, ꝛ rursus a corruptione mũdi, ad eũdẽ aceruum.

Considerãdũ igitur de hoc quomodo se habet. operæpretiũ enim est nõ solũ ad eam, quæ natura est, considerationẽ aspicere hanc veritatẽ: sed & ad scientiã, quæ de principio primo est. Tex. iij.

¶Sequenter in. 3. text. admonitos nos vult, bine vtilitatis huius disputatiõis. Prima spectat ad naturaliũ cognitionẽ. Eteñ quoniam motus est accidẽs rerũ natnraliũ, ꝛ accidẽcia multum cõferũt ad cognitionem subiecti, per eternitatẽ motus rimatur Phi. secũdum suam opinionem, eternitatem orbis. Altera vtilitas est plusquam

Phisicæ sici negotij

¶Physica: vidlicet respectu primę causę, quę ad Metaphysicā spectat cōsideratione. Hā abęternitatem motus argumentum dicitur, vnam esse primā causam, eandēq; sempiternam. Quinimo ab vtraq; quęstionis parte efficax nobis extruitur argumentum vnius eiusdēq; serpiternę primę causę. Hā si eternus mundus absq; vno eterno motore consistere non potest, multo minus, si mundus initium habuit temporis, fieri nequiuit, nisi ab vna prima sempiternaq; causa. Alias abitio esset in infinitum in causis.

Incipiamus autem primum: ex definitis à nobis Physicis prius. Dicimus itaq; motum esse: entelechiam mobilis secundum quod est mobile. Necesse est ergo existere res quæ possunt moueri secundum vnū quēq; motū & sine etiā motus diffinitione: omnis vtiq; confitebitur necessarium esse. moueri id, quod potest moueri, secūdum vnum quemq; motū. vt alterari quidem alterabile, ferri autem secundum locum mutabile. quare prius oportet cōbustibile esse q̄ cōburatur: & combustiuum prius quā cōburat.

Tex.iiij

¶Præiactis ergo huiusmodi præambulis, exoritur in hoc text. 4. suā persuadere sententiā de motus eternitate, quā in his duobus capitulis instituit triplici via. Primū rationibus sumptis ex reipsius natura, mox confutando aduersariorum opiniones: ac tertio respondendo eorū rationibus. Sumit ergo disputationis exordium a loco deffinitionis. Hanc autem, ait, constituisse in Physicis, hoc est naturalibus libris, sic enim appellat priores. 4. Physicorum libros, in quibus agit de principijs, nā quatuor reliquos inscripsit de motu. Primus autem syllogismus, quem hic extruit Aristo. est huiusmodi, Omni motui præsupponitur mobile & motiuum, sed omne mobile applicatur ad motorem, producitur q̄ antea per motum, ergo omni motui antecedit alius motus. Vnde liquet, non esse eius nunc intentionem statuere motum aliquem singularē, esse perpetuū sed id tamen quod in præteritum ante omnē motum. Maiorem autem patefacit presenti textu. Primo ex diffitione motus, quam tradidit in 3. Physicarum vbi, ait, motum esse entelechiam, quod est actu, mobilis, inquantum mobilis, tandiu enim durat motus, quandiu potentia mobilis ad formam vel terminum, cessatq; sunt primū cum mobile cōsequitur terminū. Hinc enim plane colligitur, necessarium esse, vt mobile substernatur motui tanquam subiectū quo recipitur accidens. Secūdo eandē premissam corroborat, & præter definitionem ex cōmuni animi concessione & confessione quā termini ipsi pro se ferunt. Nihil enim mouetur aliqua specie motus, nisi quod suapte natura est tali motu mobile, nihil inquam caleret, nisi qō est calefactabile, neq; fertur localiter, nisi quod est mobile secundūlocū neq; vero generatur (vt ad mutatiōes quoq; protendatur sermo) nisi qō est generabile. Potētia ergo præcedit actum, vt necesse sit combustibile ante quam conburatur. Neq; vero solū potentia passiua, præcedit receptionē verum potentia actiua, productionem vt cōbustiuū, cōbustionē. Hęc asserta, propositio, si hoc sensu intelligatur, vt cuius motui antecedat mobile, & motiuum natura, cōpertissima est. Inde tū non fit palā consequēs non esse dabilē primū motum. Nam cū ignis (v.g.) eodē instanti, quo genitus, incipiat moueri, posset eiusmodi motus designari primus, ante quē nullus præfuit. Si vero velit Aristo. vt mobile præfuerit motui tempore, & successione, hoc certe falsum est: vt patet in motu cęli, qui eodem momēto temporis cępit, quo cęlū. Et in motu leuiū, & grauiū, secluso impedimēto, idem contingit. Argumenta sunt Philoponi, quę comentatator nititur diluere. Item generationi non supponitur generabile: quinimo fit per ipsam. Hocautē exmēiuxta institutū nostrum quęstione prima fiet exactius. Nunc autem ad intelligentiam Arist. satis est adnotasse, quod supponit illud axioma antiquis receptissimum. Ex nihilonihil fit. Tūc nāq; in mobilibus, quę genrabilia sunt, & corruptibilia. necesse est vt mobile præcedat motū tēpore vel quod mouetur illa specie vel alterū. Nam si ignis (v.g.) moueat sursum, necesse est ipsum natura saltē præexistere. Qui cum non sit perpetuus, necesse est fuisse genitum, cū aut generatio non sit motus, sed terminus motus, sed terminus motus, ignis non presuponitur suę generationi sed tamē presupponitur aliud mobile, quod moueatur ad talem generationē, vt puta lignū, qō præuia altera mutatione, vertitur in ignē. Qua ratione fit manifesta dissonsi ratio, ante omnem motū fuisse alium motū. Abnegata vero illa maxima, receptoq;, aliquid exortū fuisse de nihilo, tota argumentatio corruit. Sed de hoc in quęstionibus. Regrediamur ergo ad Aristotelem.

Dubitatio cōtra Ari.

Responsio

Text.v.

Ergo & hæc necessarium est, aut facta aliquando esse cùm nō essent: aut perpetua esse.

¶Facta ergo hypothesi, ante omnē motum esse & mobile & motiuū, in tex. 5. proponit dilēna subdisiūctione. eęq opus fuerat, vt tā minutatim. Lōgimentator: disse cuisset hos textus, sed aptius tota ratione comprehendisset vno. Dilēna autē est, q̄ hęc scilicet mobile & motiuū, antecedentia motum, necessariū est vt sint, vel facta, vel perpetua, & ex vtroq; mēbro demōstrat sempiternitas motus, nempe ante omnē motū fuisse motū.

Text.vj.

Si igitur factū est mobiliū, ac motiuorū vnūquodq;: necessariū est priusquā accepta aliā esse factā mutationē, & motū, secundū quē factū est id, q̄ potest esse motum, aut mouisse.

¶Si enim, inquit, primū dederis mēbrū, videlicet vnūquodq; mobililiū aut mouētiū factū fuisse, tūc necesse est accipitur mutationē aliā priusq̄ hęc accepta per q̄ mobile, & motiuū facta sint: puta alterationē subiecti, exquo sunt genita.

Text.vij.

Si autem quę sunt ante, erant semper: motu nō existēte, irrationabile qui dē videtur etiā ijs qui à se ipsis sciunt. At verò magis vltra progressis hoc

necessarium

necessarium est accidere. Si enim alijs quidem mobilibus existentibus, alijs autem motiuis, aliquando quidem erit quid primum mouens, aliquid autem quod mouetur, aliquando autem nihil, sed quiescit: oportet hoc mutari priùs: erat enim aliquid causa quietis. quies enim priuatio motꝰ est Quare ante primam mutationem. eritmutatio prior

¶Prosequitur in text. 7. vt oppugnet alterum mẽbrum. Si enim alterã [inquit] malueris partem admittere: nempe, mobile ⁊ motiuum infinito tempore durasse ante quam efficerent motũ, (quibus verbis videtur Anaxagoram aspicere) qui opinabatur infinito tempore mentem expectasse, vt ex chao mobili, per infinitum tempus immoto fabricaret mundum] tunc duplicato spiculato lęderis. ¶Primum nanq; ⁊ ijs etiã, inquit, ipsis, qui a seipsis sciunt, idest, qui absq; doctrina arbitratu suo de rebus iudicant, videbitur irrationabile. Scisciabuntur enim, quid per infinitũ tempus expectaret causa illa effectrix, quominus ante a moueret mobile, quando quidem inclinatio naturalis illius sit, vt moueat, huius autem vt motum subeat. At vero magis, inquit, vltra progessis, hoc est rerũ causas penitius percrutantibus, necessarium est accidere, vt illud videatur irrationabile. Enimuero cum quies, priuatio sit motus, puta carentia ipsius, ad quẽ sua ptenatura, ⁊ motiuum, ⁊ mobile inclinata sunt ⁊ propensa, neutiquam possent motiua, ⁊ mobilia a motu quiescere, nisi aliquo obstante impedimẽto, vel distãtia. Ait alijs mobilibus, alijs vero motiuis existentibus, quoniam natura non fecisset mouẽtia, nisi simul faceret mobilia. Quin vero, vt lib. 3. tex. 8. edoctum est, omne passiuum est actiuũ, ⁊ e diuerso, in rebus creatis. Igitur si eiusmodi motiuum, ⁊ mobile per infinitum tempus cessarunt, motus ille, quo motiuũ mouet mobile, esse nequit primus: quippe cui prẽire necessum est alium motum, vel mutationem, per quam, vel applicatio fiat, vel dimoueatur obstaculũ. Haud enim cognouit Aristo. positum esse in immutabili voluntate, ⁊ arbitrio Dei, vt dum ipse vellet, absq; motu ex nihilo de promeret orbẽ. Quod si eo perfugeris, illum vt motũ, vel mutationẽ, per quam fit applicatio, amoueturve impedimentũ exhibeas tanq; primam, nondum dissoluisti nodum: nam tunc respondendũ tibi restat, cur prius non fuerit facta appropinquatio, sublatum ve impedimentum, Neque vllum inuenies responsum: nisi aliud antiquius impedimentũ allegueris, quod necessarium fuit auferri per priorem aliam mutationem. ⁊ sic in infinitum.

Alia enim mouent, singulariter: alia autem secundùm contrarios motus. vt ignis quidem calefacit. frigefacit autem, nonscientia autem: videtur contrariorum esse vna. Videtur igitur & illic: esse aliquid eius modi frigidum enim calefacit versum quodammodo, & abscedens: sicut & peccat voluntarius, sciens quando contrario vtitur scientia. At verò quæcũq; possunt facere, aut pati, aut mouere, aut moueri: ea moueri: non penitus possunt, sed si sic se habeant, & appropinquent sibi inuicem. Quare cum proppinqua fuerint, & ita fuerint, vt sit hoc quidem motiuũ, illud autem mobile: aliud quidem mouet, aliud autem mouetur.

Text. 8.

¶Textus hic octauus de pulsio quędã est exceptionis, quam quispiam posset meditari aduersus rationem proximam, ac perinde eiusdem rationis confirmatio. Aiebat enim, ꝙ mouente, ⁊ mobili existentibus per petuis, non est possibile, vt motum in choarẽt, cũ antea quieuissent, nisi alio pręunte motu, per quẽ causa remoueret quietis. Sed excipere quis fortasse posset, non esse id necessariũ in causis rationalibus, ⁊ per intellectũ agẽtibus, vt aquibus exoriri de improuiso videtur posse motus absque vlla preuia mutatione per solũ arbitriũ motricis causę. Obidque subdit duo mouentiũ genera. Quędã enim sunt quę mouẽt singulariter, hoc est, vnico modo ad quẽ suapte natura sunt destinata, vt ignis, qui suapte natura calefacit, frigefacit autem minime, nisi aut̃ per econuerso. Sed alia videntur esse causę contrarium, vt medica, quę causa est, tum sanitatis, tũ etiam aduersę ęgritudinis [Videtur igitur ⁊c.] Comentator videtur hoc loco intelligere Arist. quasi ad mitentem prędictũ discrimen inter causas naturales, ⁊ causas rationales: puta, quod ille non agant nisi vno per se, determinatoque modo, sed contrario per acidens, iste vero vtroque modo perse licet forsan priori modo, perse primo contrario vero, perse secundo. Sed tamen profecto Aristo. nullũ vult admittere discrimen, quinimo hinc exoritur responsum, vt talem repellat differentiã. Ait quippe, ⁊ illis quoq;, puta in causis naturalibus idẽ vsu vnire, qõ inscientia: frigidũ enim, quod perse frigefacit, est etiã contrariorum per accidens, quoniã bifariam per actuali cidens calefacit: scilicet ⁊ versum quodãmodo: hoc est, dum circundans sapiensque calorẽ, ad interiora eũ cogit, ⁊ per antiparistasin in flamat. vt patet nube obsessa frigore imflãmante inclusam exhalationẽ: ⁊ in putealibus aquis hyemali tempore. [⁊ abcedens] Hã sicuti absentia nautę causa est subuersionis nauis, ita ⁊ abscedens frigus causa est per accidens vt calidum, cui admoueatur, calorem suum recuperet: sicuti econuerso abscedente igne frigescit aqua. ¶Paribus autem modis ars medica, quę per se est effectrix sanitatis, esse solet per accidens ęgritudinis causa: nempe dum vel sciens, idest artis peritus medicus, meditato, iniquaque voluntate cogitat ęgrotum enecare. abutendo scientia: vel dum imperitus, ob inopiam, absentiamque sciencię ipsum interimit. Tametsi ab hoc secundo exemplo abstinuerit, Aristo. vt abeo, quod ex superioribus facile colligitur. [Ait vero] Concludit ergo ex his vniuersaliter, ꝙ quęcunque facere possunt, aut pati

puta calefacere, aut frigefieri ꝛc. (Aut mouere aut moueri) quod propter motum localem adhibuit, ea nec facere possunt, nec pati, nec mouere nec moueri, sed si sic se habeant, ꝛ appropinquẽt sibi inuicem: nam quę per se naturaliter mouẽt, id non agunt, nisi certo spatio applicata, vt sit hoc quidem motiuum, hoc est in potentia propinqua accommodatum ad mouendum, illud autem mobile, hoc est in vltima dispositione, vt moueatur. Et idem patet in mouentibus per antiparistasin: ꝛ suo modo in his, quę mouẽt per abscessum: vt ignis nisi ad bonam distantiam elongetur ab aqua, non erit causa per accidens, vt illa frigescat. Idemque ꝛ in sciencia meditari tu ipse potes, quę non operatur, nisi applicata ad opus.

Tex ix. Si igitur non semper mouebatur: manifestum est, quòd non sic se habebant, vt posset hoc quidem moueri, illud autẽ moueri, sed oportebat mutari alterum ipsorũ, necesse est enim in ijs, quæ sunt ad aliquid hoc accidere: vt si nõ erat duplum, nunc duplũ est mutari, si non vtrunque, alterum erit ergo quædam mutatio: prior prima.

¶ Text. nonus supremam continet collectionem totius rationis. Concludit [inquam] ꝙ si motiuo ꝛ mobili existentibus perpetuis (de his nanque perpetuatur ad hucsermo] non semper fuit motus, manifestum est [ex his nimirum, quę dicta sunt] id fuisse in causa, ꝙ non sic se habebant: scilicet non erant in tali propinquitate, ꝛ dispositione, vt posset motiuum quidem mouere, mobile vero moueri, sed oportebat mutari alterum ipsorum: quę quidem mutatio iam esset prior, ꝙ illa, quam tu dabas tanquam primam. Intersecrit autem nonam huius probationem, vbi ait oportere alterum mutari: nam motiuum ꝛ mobile relatiue dicuntur, in relatiuis autem, siquidpiam [v.g.] nunc incipit esse duplum, necesse est si non vtrunqꝫ, saltim alterum mutari. ¶ Atqui hic, locus insigniseſt ad dissuadendum, relationem distingui a subiecto. Ut enim ego duplus efficiar ad meam vmbram, quę modo est mihi equalis, nulla mei prorsus necessaria est mutatio, sed satis est, ꝙ ascendente sole, vmbra decrescat ad subduplum. Sic pari modo, vt incipiat asse mutatio mobilis a mouẽte, necessaria est alia prior seu in motiuo, seu in mobili, vt pote ap ꝓximatio. Et rursus ante approximationem prętereaalia, per quam sublatum sit impedimentum quo minus antea aproximabant. Et sic absque initio vllo. At vero statim hinc se illuc confert cogitatio, vbi vera est horum enarratio: nempe, ꝙ voluntas immutabilis Dei esse potuit causa, vt primo res fierent, moueręturqꝫ, nullo ante cedẽte motu. Hãc nihilo minus solutionem abigere conatus est Cõmentator. Ait enim. Id quod dicunt loquentes nostrę gẽtis, pura Saraceni (vt ait alibi) qui hoc loco veritatem catholicam amplexi sunt, videlicet, ꝙ per voluntatẽ Dei absque vlla preuia trãs mutatione fieri id potuit, quod antea non extiterat. Hoc [inquit] non est, intelligibile: quia necesse esset tunc aliquam exoriri concupiscentiã in volente, quę citra mutationem non innascatur. Hinc autem mahometicus non nouit quem admodum Deus in tempore absqꝫ vlla sui mutatione potuit ex nihilo fabricare mundum: id qꝫ 1. quęstio. explicaturi sumus ꝛ

Ad hæc autem, prius & posterius quonam modo erunt, tempore nõ existente: aut tempus, non existente motu? Si vero tempus est ipsius motus numerus, aut motus quidam, si quidem tempus semper est, necesse est & motum perpetuum esse. At vero de ipso quidem tempore: prętervnũ concordes esse videntur omnes. ingenitum enim: esse dicunt. & propter hoc Democri, monstrat: quòd impossibile est omnia esse. facta. tempus enim ingenitũ esse. Plato verò: ipsum cum cœlo factum esse: cœlum autem factum esse ait. Text. x.

¶ In text. 10. pergit eandem conclusionem demõstrare, ratione prioris ꝛ posterioris, quę sunt differentię temporis. Attamen prima verba huius tex. bifariam interpretari possumus. Primo, vt sit per se vna ratio, quę concedentem primum motum contradictione cõuoluit, hoc pacto. Qui concedit primum motum, fatetur ante hunc nullum fuisse alium, in hoc autem ꝙ ait, ante, confitetur ordinem prioris. Arguit ergo Aristo. Prius ꝛ posterius intelligi nequeunt, nisi in tempore: nam vt habetur in 4. text. 101. nihil aliud est tempus: ꝙ successio ipsa prioris ꝛ posterioris: ergo qui dat primum motum, concedit prius tempus, in quo non fuit motus, tempus autem non est sine motu, nam tempus est numerus motus prioris ꝛ posterioris: ergo concedit ante primum motum fuisse motum. Et ad hanc expositionem inclinat Themestius, secundum quam in illo vero tempus, incipitur secunda ratio. Possunt verumtamen secundo modo legi ambę particulę, vt non sint duę rationes, sed duo potius prędictę, et suppositis duobus subsequentibus rationibus seruentia. Prior hypothesis est, prius, ꝛ posterius esse nequeunt nisi in tempore. Et hęc ancillat rationi sequentis tex. Posterior vero est, quod neque tempus intelligitur esse sine motu. Utranqꝫ vero hypothesim manifestam facit ex definitione temporis, est quippe tẽpus, numerus motus secundum prius ꝛ posterius. Subdit autem, aut motus quidam, quia hic non erat locus disceptãdi, esset ne tempus, accidens motus [vt vult Aristo:] an motus ipse, vt aliorum ferebat opinio. Instituit ergo rationem ex posteriori hypothesi, hoc pacto. Tempus non est sine motu, tempus est perpetuum: ergo ꝛ motus. Minorem autem probat authoritate hic, ꝛ ratione in sequẽti textu. Ait ergo, ꝙ de tempore, prętervnum Platonẽ, omnes Philosophi fuerunt concordes, fuisse ingenitum: adeo, vt Democri. inde demonstraret impossibile omnia esse facta, quod receptissimũ esset, tempus esse ingentium, quod tamen inter

Era solutioi

Commentator.

a Supp

2. Duę hypotheses.

Ratio

Prima

entia connumeratur. Ex eo nanque, q̄ eternum diuiditur cōtra temporale, colligebant, quicquid fit, in tempore fieri. Si ergo nihil nisi in tempore fit, consequitur, vt ante omne tempus fuerit tempus: nam alias dabis tempus factum non in tempore. Hoc autem, quod hic Aristote. enunciat de Platone, censent Platonici, quorum est Simplicius, impositionem esse. Nam genitum, & factum nouo, sed duobus accipitur modis. Dicitur nanq; factum, id, quod esse habuit, cum prius non fuisset, & altero modo, id, quod, licet sit perpetuum, habet tamen effectricē causam, vnde esse recepit. Quando ergo Plato in Timeo cælum edocet, sicuti omne sensibile, esse factum, non id quidem intelligit (aiunt isti) priori, sed posteriori ratione. Quocirca tempus, quod accidit cælum, secundum Platonem nec initium habuit, nec habiturū est finem, cuius hic contrarium citat Aristot. At de Platonis sententia. q. 1. exactius.

Falso imponitur. Platoni.

Facti duplicitet dicitur.

¶Si igitur impossibile est, & esse, & intelligere tēpus sine ipso nūc, nunc autē est medium quoddam, & principium & finem habens simul, sed principium quidem futuri temporis, finem vero præteriti: necesse est semper esse tempus. vltimum enim finiti accepti temporis: in aliquo ipsorum nunc, erit, nihil enim est accipere in tempore: præter nunc. Quare quoniam est & principium & finis ipsum nunc: necesse est ipsius vtraque ex parte, semper esse tempus. At verò si tempus: manifestū est quod necesse est & motum esse, siquidem tempus, passio quædam motus est.

Tex. xj.

¶In textu vndecimo probat eandem subsumtam propositionem ratione a natura ipsius, nunc, accersita. Etenim, nunc, momentum, & instans, per quod fluxę partes temporis continuantur, sicuti per punctum partes lineę. Quo circa de tempore nihil potest esse præsens nisi, nunc. Et hoc est, quod ait impossibile esse intelligere tempus sine ipso, nunc. Quod quidem medium est, & principium habens præteriti temporis, & finem futuri, sunt ergo, qui hoc pacto hanc intelligunt Aristot. rationem. Ante omne nunc est tempus: alias non omne nunc esset initium & finis temporis: ergo tēpus est perpetuum: tempus autem non potest esse sine motu, vt superiori textu mōstratum est, ergo & motus est perpetuus. At statim hęc ratio suam prodit grauitudinem, & fallentiam: nam sicuti in linea alia sunt interna puncta continuantia, alia vero extima veluti termini linęe, ita de ipsis, nunc, & momentis temporis respondere vtiq; licet, quod non omne est finis temporis: imo ante primū, nunc nō est tēpus, neq; post vltimū. Qua propter sicuti ratione punctorum demonstrari nequit linea esse infinita, quin vero supponēda est esse infinita ad demonstrandū, omne punctum, & finem esse vnius partis, & alterius initium, ita & Aristo. inepte indocteq; suppo-

Natura nunc.

neret, omne, nunc, & finem esse elapsi tēporis, & principium venturi ad probandū tempus sempiternū. Quin potius vice versa deberet præmonstrare temporis æternitatē, vt id, quo d de ipso, nūc, supponit, inde colligeret. Neq; vero coloratio Cōmētatoris, vilius est momenti. Ait quippe diuersam esse rationem partium temporis, eo quod fluxę sunt, & continuo cursu dilabentes, ab ea, quę est partium lineę. Coloratio inquam hęc, fucus est potius: nā fluxus partium solum facit, q̄ idem nunc non permaneat sicuti punctum lineę, sed tamen nihil vetat, quominus possit ita initium esse, vt non sit finis: atq; ita finis, vt non sit initium, quandoquidem terminatio finitioq; in omnibus cōtinuis eiusdem sit rationis, seu fluentia sint, seu permanentia. Alia ergo est ratio, quam hic Aristo. meditabatur, quippe qui illā substrauit priorem hypothesim in superiori textu, nimirum, q. prius, & posterius designare nō valent, nisi in tēpore ex hoc enim argumentatur æternitate motus hoc pacto. Si tempus non est æternum, detur ergo, nunc, atq; instans. quod primum fuit, vnde incepit tempus. Quod quidem si primū est, fit, vt illud sit instans, ante quod nullum fuit, tempus. Tunc sic. In hoc, quod ais, ante, seu, prius, iam denotas tempus, vt patet ex hypothesi. ergo nullū indicabis instans, cui non præfuerit tempus: atq; adeo fateberis compulsus tēpus esse perpetuum. At vt probe respondet Philopo. & hęc quoq; ratio sophistica est. Cum enim probemus primum, nunc, volumus affirmare, ante illud, id est præterito tempore, nihil fuisse, sed neganter loquimur: hoc est, q̄ nihil temporis præcessit: illo enim nunc, quo creauit Deus cælum, nihil anteceſſit, indeq; adeo cepit, tam tempus, q̄ motus.

Tex. xij.

¶Eadē autem est ratio: & de eo, quod est, incorruptibilem esse motum. Vt in eo, quod est, factum esse motum, accidit quandam esse priorem mutationem prima: sic hic posteriorē vltima. non enim simul desinit moueri & esse mobile: vt comburi & combustibile. cōtingit enim combustibile esse, quod non comburitur. Nec motiuum & mouens & ipsum autem corruptibile: oportebit corruptum esse cùm corrumpitur. & huius corruptiuum: rursus posterius. corruptio enim, mutatio quædam est.

¶Quoniam vtrūq; in questionem protulerit, vtrū motus, scilicet, & ita inceperit, vt nullus præcesserit alius, & sic cessabit, vt nullus sit alius successurus, & horum prius iam hactenus expediuerit, aggreditur hic posterius membrum, vt pari ratione commonstret perpetuitatem motus infuturum. Proponit ergo Aristo. dicens eandem esse rationē cur motus nō sit corruptibilis. s. cur post omnē motū futurus sit mot⁹, cū illa, qua mōstratū est, ante omnē motū fuisse motū: nā pari artificio, quo deductū est dato primo motu, accidere, vt sit mutatio prior prima, deducet, dato vltimo, vt sit & posterior q̄ vltima. Subiūgit autē pbationē nimis concisam, eandēq;

subobscuram. Quia non desinit (inquit) simul moueri & esse mobile. Enititur ergo probatio hoc axioma te, ꝙ omnis potentia diuturnior est suo actu, siue actiua sit, siue passiua: inde nanꝙ extruit Aristot. in virtute hunc syllogismum. Sicuti prius est res mobilis, ꝙ moueatur, ita post ꝙ moueri desinit, superstes est res mobilis: nam eadem est vtrobiꝙ ratio, nempe diuturnitas maior potētię, ꝙ actus. Et hoc est, quod ait. (Contingit combustibile esse, quod nō comburitur.) Des igitur (.v.g.) vltimum motu esse combustionem, tūc fit, vt detur posterior postremo motu: nam posito ꝙ mobile, puta combustibile, superstes est, fit, vt tandem corrumpetur, cuius ideo corruptio, quę est motus, vel mutatio, erit posterior cō bustione. Similem syllogismū insinuat a parte motiui: cessante enim motu, qui designatus est vltimus, permaneat necesse est motiuum, a quo motus ille emanabat, quod cum sit corruptibile, posterior erit eius corruptio. Hęc autem ratio trifariam videtur delinquere. Primo videtur maxima Aristo. suo se exemplo pertinere. In ea siquidem re, quę loco caliter mouetur, verum apparet, ꝙ cessante motu, restet mobile: in re autem, quę cōburitur, nō item nam cum combustio, motus sit per quem stupa (.v.g.) corrumpitur, non est necesse absoluta combustio ne vt supersites sit stupa. Quod si intentio fuit Aristo. distinguere inter combustionem, quę est alteratio ad corruptionem tēdes, & corruptionem ipsam substantię, quę non est motus, sed instantanea mutatio, atꝙ posterior combustione, tunc signabo corruptionem ipsam, veluti postremam mutationem, qua profecto Aristot. non demonstrat superesse posteriorem. Secundo peccat ratio ex parte motiui, nam dicam, ꝙ licet post illum vltimum motum supersites sit motiuum, illud non est necessarium esse corruptibile: nam licet nō admiserit Aristo. Deum se solo esse causam alicuius corruptionis, saltem vbi defitus imbecillus oculus in solem corrūpitur, sol remanet, qui non est corruptibilis. Et idem patet de plantis, quę eius ardore exiccantur. Et tertio manca est eadē ratio, quippe vbi nulla fit mentio motiui, & mobilis incorruptibilium. Sicuti neque in alia ratione, quę fiebat in prꝫteritum. Posset ēm respondere quispiam, cessare vltimum motum, quiescentibus in perpetuum motiuo, & mobili. Sed vt ab hoc postremo exordiamur, vicendum, ꝙ abstinuit Aristot. a mentione incorruptibilū, proco, ꝙ q̄ facilime potest ratio superior huc vice versa applicari. Iam tunc pariter inquiritur, cur perpetua illa motiuum & mobile a motu nunc cessant? ꝙ si respondeas, propter aliquod impedimentum, fit, vt illud intercedat per motum, qui superuenit, sitꝙ posterior alio cessante: & si iste cessat, cessabit per impedimentum aliud: & sic in infinitum. Sed in rebus corruptibilibus verum est quod ait Aristot. sane intellectus: cessante enim combustionis motu, cuius terminus est corruptio combustibilis, necesse est corruptibile manere, vel illud, vel aliud: Est enim corruptio vnius, generatio alterius ex eadem materia. Itaque sicut in inceptione non est necessarium, ꝙ res mobilis antecedat suum motum nisi natura, necesse est tamen prꝫcedere aliam tempore, ex qua hęc fuit genita, ita in corruptione restat semper aliud corruptibile, quod est post corrūpendū. Sed quantū ad motiuum negaret. Aristot. solem, & superiores causas agere nisi mediantibus secundis, quę sunt corruptibiles. Si sol enim corrumpit, vel visum, vel plantam, id facit per infectum aerem, qui post corruptionem plantę restat in corruptibilis. Rationes ergo istę, quę rerum naturis committuntur, prꝫ articulo per fidem nostram iugulentur, monstrabitur quę stione prima.

Motētia dicitur mox actu.

Contra Aristo.

Responsio ad obiecta

QVO ADVERSARIORUM sententiæ obuiatur.

CAPVT. II,

SI igit hæc, impossibilia sunt: manifestū est, quòd est perpetuus motus, & non aliquādo quidē est, aliquando autem non. Etenim sic dicere, figmento magis assimilatur, Tex. xiij

¶ In hoc .2. c. per. 8. textus distributo, descendit ad particulares aduersariorum opiniones confutandas: quę est secunda via demonstrandi veritatem. In quarum confutatione ꝑspeciatim lucescunt rationes istę quę factę sunt. Concludit ergo, ꝙ si hęc impossibilia sunt, nempe, ꝙ vel post motum corruptionis non restet aliud corruptibile, vel ꝙ detur mutatio aut prior prima, aut posterior vltima, consequens fit manifestum, vt motus sit vtrinque perpetuus: nam dicere, ꝙ aliquando fuerit motus, futurusue sit, aliquando vero non, nisi rationem subdideris, figmento assimilabitur. Est enim figmentū quod ad libitum absq; vllo exemplari, & arte, & ratione confingitur. Nisi vbi diuina intercesserit fides, quę ꝑphilosophos latuit. figmentū quid.

¶ Similiter autē & dicere, quòd aptū natura sic est, & hoc oportere putare principium esse. Quod quidem videtur Empedo. dixisse, quòd vincere, & mouere in parte amicitiā & litem, inest rebus ipsis ex necessitate, quiescere vero: in medio tempore. Text. xiiij.

¶ Quoniam dixerat per simile esse figmēto, quicq̄ absq; ratione ad seuerare, profert in medium Empedoclis opinionem, qui huiusmodi committebat peccatum. Dicebat enim motum & quietem alternis vicibus se inter calare, dum enim discordia & lis vincebat, fiebat mundus per motum elementorum disgregantium se ex chao: ac rursus cum per amicitiā se illuc recipiebant, manebant in requie. Quod si ratio huius ab eo quęrebatur, nullam reddebat, sed talem aiebat esse rerum naturam: quapropter illud supponebat tanquam principium, ꝙ omne totum est maius sua parte. Reprobat ergo hoc Aristote. eo ꝙ hęc rerum varietas, & vicissitudo, non potest esse, vt primum principium, sed est potius prioris causę effectus: nam omnis ordo in aliquam causam referendus est: vt cur motus augumenti in animalibus vsque ad certam progressus ętatem illic si stat. Est enim causa tam defectus caloris, ꝙ humidi. Et cur hyems vsque ad certum tempus protendatur vnde incipit ver, in causa est obliquus motus solis. Empedo.

¶ Fortassis

Text. xv. ¶ Fortasis autem & vnũ principium faciẽtes, vt & Anaxa. sic vtiq, dixerint. At verò nihil inordinatum est: eorum quæ natura, & secundùm naturam fiunt. natura enim: causa ordinis est omnibus. infinitum autem: ad infinitum nullam rationem habet: ordo autem omnis: ratio est. Infinito autem tempore quiscere, posteà motum esse aliquando, huius autem nullam esse differentiam quare nunc potiùs quam priùs, neque rursus aliquem ordinem habere non amplius naturæ est opus. aut enim simpliciter se habere oportet id, quod natura est: & non aliquando quidem sic, aliquando verò aliter (vt ignis sursum natura fertur: & non aliquando quidem, aliquãdo verò nõ) aut rationem habere quod non simpliciter. ¶ Quare meliùs est, vt Empedocles, & si quis alius dixit, sic se habere: in parte vniuersum quiescere, ac rursus moueri, ordinem enim iam quendam habet, quod tale est. Sed & hoc dicentem oportet non affirmare solum, sed & causam ipsius dicere, & nõ ponere, neque censere vllam sententiam irrationabilem. Sed aut inductionem, aut demonstrationem afferre. hæc enim, quæ supposita sunt, causæ nõ sunt. Neque hoc erat, litis vel amicitiæ esse: sed huius quidem aggregare, illius verò disgregare. Si verò insuper determinetur ipsum in parte, dicẽdum est in quibus sic. vt quòd est aliquid quod congregat homines, scilicet amicitia, & fugiũt inimici ab inuicem, hoc enim supponitur, & in toto esse, videtur enim in quibusdam: sic esse. Hoc autem & per æqualia tempora, indiget & aliqua ratione. ¶ Omnino autem existimare principiũ esse hoc sufficiens, quòd semper aut est sic, aut fit non rectè est opinari, ad quod Democritus reducit de natura causas, ꝙ sic & prius fiebat, ipsius autem semper: non vult principiũ quærere dicens in quibusdam rectè, in omnibus autem nõ rectè. Etenim triangulus habet duobus rectis semper angulos æquales, sed tamen est quædam perpetuitatis huius altera causa. principiorum tamen, quæ perpetua sunt, non est altera causa. Quod igitur nullum tempus aut erat, aut erit quando motus, aut non erat, aut non erit: tot dicta sint.

¶ Textus hic. 15. iusto sane longior est, qui id circo congrue a Cõmentatore in tres poterat distingui, quos nos per paragraphos designauimus. Induxit enim primum Aristot. Anaxagoræ dogma irrationabilius opinione Empedoclis. Mox regredi tur ad reprobandũ Empedoclem, ac demum elidit vnum cauillum, qui erat vsurpatus a Democrito. Ait ergo fortasse ꝛ Anaxagoram suum dogma pariter statuisse, tanꝙ primum principium, veluti Empedoclem. Vbi adnotandũ Anaxagoram longo interuallo discrepasse ab Empedocle. Haud enim docebat vicissitudinem generationis ꝛ corruptionis mundi per vices motus ꝛ quietis: sed dixit tẽpore infinito vniuersa delituisse in chao, vnde postea mens cũcta cõgreganit, dissociauitꝙ locis. Huius autẽ causam nullam reddebat, sed id putabat veluti primũ principium naturale. s. congruens naturę illius effectricis mentis, quę erat sempiterna. Monstrat ergo Arist. huiusmodi opinionẽ maiorem præ se ferre absurditatẽ, ꝙ illa Empedoclis. Ille siquidem permultę ordinis tempora defensare poterat ordinata vicissitudinem motus ꝛ quietis, ꝙꝙ illic desiceret, ꝙ nullam speculabatur illius ordinis causam. Anaxa. autem non solum in hoc deliquebat, sed in eo præterea, ꝙ inter duo infinita tempora motus ꝛ quieris nullum quiuerat constituere ordinẽ. Est ergo ratiocinatio Arist. Nihil inordinatum conuenit rebus natura sua: quandoquidem natura causa ordinis est omnibus: inter illud infinitũ tempus, quo omnia requieuerunt in chao, ꝛ hoc infinitum, quo eadem mouentur, nullus potest esse ordo: quia infiniti ad infinitum nulla est ratio, hoc est, proportio, (ordo autem idem est quod ratio, ꝛ proportio) ergo quies infinita, ꝛ motus infinitus non possunt accipi veluti primum principium ex rerum natura desumptum, ꝛ præterea nulla, inquit, potest constitui differẽtia, cur potius nũc incipiat motus, ꝙ prius. Imo vero (vt referẽte Simplicio ait Eudem⁹) neqꝫ potest afferri ratio talis ordinis, ꝙ quies, quę est priuatio motus, antecesserit motũ, quin potius videtur motum debuisse precedere. Ait ergo, ꝙ non habere ordinem, non potest esse opus naturę: quoniam ea, quę a natura proficiscuntur, aut simpliciter ꝛ perpetuo eodem se habent modo, sicuti ignis semper natura sua sursum fertur, ac terra simpliciter deorsum, ꝛ non aliquãdo sic, aliquando non: aut si sit aliqua variatio naturalis, illa procedit certo ordine, ꝛ modo ob causam, quę fixa est, ꝛ firma: vt hyems semper sequitur autumnum, hyemen autẽ ver, primum, mox æstas, propter motum solis sub flexo Zodiaco. Confessus est hic merito Commentator authores suę legis, veluti Christianos, ad rationis metam propius accedere, ꝙ Anaxagoram, quippe qui rationem, cur potius tunc mundus incepit

Differt inter Empe. ꝛ Anaxa.

Nihil inordinatũ conuenit naturę.

Commẽtatoris cõfessio.

cepit, ꝙ antea, non in rerum naturam, sed in diuinam referunt voluntatem: immerito tamen & hanc nixus est demoliri ratione, vt.q.1. elucidabitur. Neque vero Christiani concedimus cum Anaxagora infinito tempore quieuisse Deum: quia ante conditum orbem nullum fuit tempus. Sed de his.q.1. absolutius. (Quare melius est) in.2. ergo particula textus regreditur ad Empedoclem, quem fatetur vtcunque melius dixisse, ꝙ Anaxagoras, eo, ꝙ inter definitas portiones temporis poterat vtcunque excogitare ordinem inter succedentes sibi quietis & motus: nam finiti ad finitum nihil vetat esse ordine. Ad vero non omnino fuit absque reprehensione: quoniam supposuit illam sententiam irrationabilem, hoc est, nulla ratione suffultam: cum potius deberet assumere causam rationabilem sine inductione (per quam viam dilucidantur principia, sine demonstratione) per quam constituuntur conclusiones. Iam causa, quę ab ipso supposita est, nulla est prorsus. Si enim tantum hoc asseruisset, ꝙ lis esset causa disgregatiua rerum: amicitia vero causa congregatiua, & hoc prouenire ex natura rerum, nihil sane tunc dixisset absurdum: nam talis est natura litis, talisque item amicitię: sed insuper addere, ꝙ vicissim per stata tempora lis modo vinceret amicitiam, amicitiaq; postea litem, hoc non potest ex huiusmodi rerū natura promanare. Sed perspice egregiam probationem Aristo. Id quippe, quod vt primum principium proponitur, debet saltem a posteriori per inductionem manifestū fieri. Inductio autem est, quando indicatis dinumeratisque singularibus, quę experimento nouimus, colligimus ita esse in aliis, quę a sensibus nostris absunt: vt si hic ignis calefacit, & hic, & hic, documentum est talem esse naturam ignis. Et hoc est, quod ait Aristot. Si vero insuper determinetur ipsum in parte, hoc est, concludatur vniuersale principium per aliqua singularia, debent recenseri illa, & ostendi, in quibus ita cōtingit, vt nos modo faciebamus. Empedocles vero bene poterat inductionem facere ex his quę hominibus accidunt, ad colligēdum, ꝙ lis disgregat, amicitia vero congregat. Experimur enim amicos libentissime conuenire, inimicos vero a se inuicem diffugere. Ob idq; ex hoc particulari supposito colligimus ita esse in toto vniuersali, scilicet, ꝙ lis disgregat, amicitia varo congregat. Sed hoc tamē, quod insuper addebat, nimirum, ꝙ hoc fieret per equalia tempora, vt nunc amicitia vinceret, post vero lis, nulla potest inductione fulciri, sed opus habet noua ratione, quę causa sit illius vicissitudinis, atq; ordinis.) Omnino autem, (Tertia deniq; particula confutatio est cuiusdam cauilli. Potuisset cauillare seu Empedo. seu ex discipulis eius quilibet nullam esse exigendam causam, cur nūc amicitiam lis vincat, mundūq; constituat, nunc vero superior lis ipsum diruat: nam cum hoc semper eternūq; ita fiat per equalia tempora, suscipiendum est tanquā principium, cuius non est expectāda alia causa. Ad hunc enim modū philosophabatur Democri. quippe qui diuersarum congressionū complexionūq;, atomorum, ex quibus varia, diuersaq; constantur mixta, nullā afferebat causam, sed satis esse aiebat ita semper fieri, vt habeatur velut principium. Repellit ergo Aristo. hanc insciti ā: non enim ob id, ꝙ aliquid est eternū, aut semper eodem modo fit, caret causa quinimo cum res eandem vim habeant in eo ꝙ sunt, & in eo ꝙ vera significant, fit vt quemadmodum in cōuitiationibus perpetuę veritatis aliqua sunt prima principia, vt omne animal rationale est risibile: alia vero habeant causam, vt omnis triangulus habet tres, &c. ita & res extra infraq; Deum, licet concederentur eternę dependerent nihilosecius ex suis causis, Doctrina est memorabilis eiusdem Aris. 2. meta. tex. 4. ex qua colligitur, ꝙ & si cōcedatur eiusdē fuisse opinionis, vt mūdus fuerit ab eterno non subinde censendus est negasse, quin dependeat a Deo tanquam a prima causa.

Cōtra Empedo.

Principia inductione mōstrant.

Eternorū & necessariorum est causa.

Phi. Democri.

¶Contraria autem his non difficile est soluere. Videbitur autem ex hisce, considerantibus: contingere maximè, motum esse aliquando, cùm non esset omnino. Primò igitur: quia nulla perpetua mutatio est. mutatio enim omnis apta natura est esse ex quodam in quid dam quare necesse est: omnis mutationis terminum esse contraria, in quibus fit, in infinitum autem: moueri nihil. Tex. xvj

¶Tribus vīs dicebamus super tex. 4. prosequi Aristotelem hanc suam disputationem: nam in superiori capitulo mōstrauit eternitatem motus rationibus sumptis a re ipsa: & in his primis tribus textibus confurando aduersariorum dicta, hic autem iam aggreditur eorum rationibus respondere. Respondet autem hic potissimum ad tres. Prima est huiusmodi. Nulla mutatio est infinita, ergo neque vlla potest esse perpetua: atq; adeo motus incepit postquam non fuerat. Primum assumptum probatum est lib. 6. a text. 91. vsque ad finem, cuius probationem hic summatim repetit. Omnis enim mutatio est inter duos terminos, scilicet a quo, & ad quē, quos necesse est esse duo contraria, aut secundū positionem loci, vt sursum & deorsum, &c. aut secundū qualitatem, vt a nigro in album, aut secundum cōtradictionem, vt a non esse hominem ad esse hominem: inter duos autem tales terminos, non potest esse infinita distantia, alias nunquam peruenireturad finem: nulla ergo est infinita mutatio secūdum latitudinem, quare nec perpetua esse potest secundum tempus. Hęc autem ratio debilissima est, vt iacet: nam neque de motu circulari arguit non esse perpetuum, neque admisso nullam esse mutationem perpetuam, demolitur illam rationem perpetuitatis in motibus infinitis, ne ante omnem motum fuerit motus. Quid autem virium afferat, liquebit ex subsequentibus.

Argumentatio pria.

¶Ampliusvidemus, quòd posibile est id moueri: quod neque mouetur, neq; habet in seipso vllum motum. vt in inanimatis, quorum neque pars vlla, neque totum mouetur, sed quiescens mouetur aliqñ. Oportebat autē, aut semp moueri, aut nunquā, si nō sit cum non esset. Multo autem magis quod tale est in animatis esse, manifestū est, cùm em in nobis nullus insit motus, aliquādo, sed quiescamus, mouemur tamen Text. xvij.

aliquando,& fit aliquando in nobis ex nobis ipsis principium motus, & si nihil extrinsecus moueat: hoc em̃ in inanimatis similiter nõ videmus,sed semper mouet ipsa aliquid aliud eorũ, quæ sunt extra. Animal autem ipsum, dicimus se ipsum mouere. Quare si quiescit aliquãdo penitus, in immobili motus vtique fiet à seipso & non ab externo. Si autem in animali hoc possibile est fieri: quid prohibet idem hoc accidere & in vniuerso? si enim in paruo mũdo fit, &in magno, & si in mundo: & in infinito, si contingit quidem: moueri infinitum totum & quiescere.

¶Adhibet in textu.17. secundam rationem,quã accipit ab experientia mobilium particularium. Et est entimema tale,vel forsan inductio. Experimur in singulis sub lunarium mobilium sic motum nouum gigni in aliquo mobili, vt neq; in illo, neq; in aliqua eius parte antecesserit alius(nam si non inciperet nou⁹,oporteret huiusmodi mobilia,vel semper moueri,vel nunquam:quorum vtrunq; aduersatur experientię)ergo idem existimandum est de toto vniuerso,cuius partes sunt indiuidua hęc:nẽpe,q̃ aliquando in mundo exortus fuerit nouiter motus,quem nullus præcesserit,quoniam eadẽ esse videtur natura totius,& partium. ¶Ponit exemplũ in inanimatis,quę simul incipiũt mouerí secundũ totum,& partes: eo,q̃ animal prius mouet vnã partem,q̃ aliam,in quo ideo non quaq; vsq; liquet, motum incipere in mobili secundum totum.

¶In secunda vero parte textus subdit tertiam (vt alij volũt)rationem,veluti secundę confirmationẽ: quę tamen potius est confirmatio eiusdem antecedentis ad eandem conclusionẽ:& ideo non est prorsus diuersa ratio etenim cum inanimatum non moueatur a se,sed vel a generãte,vel a remouẽte prohibens,vel a violentiam inferente (vt in text.33.patebit)cauillari quis posset exemplum Aristotelis, dicens,q̃ cũ graue præcipitari incipit,vel leue[sub]leuari,ante illum motum fuit alius mouentis tale mobile,sed tamen animal, cum in se habeat principiũ actiuũ sui motus (vt lib.2.quæstio.2.differebamus) maius de se præbet documẽtum inchoationis motus: saltim ad sensum. Dum enim homo,vel surgit vt ambulet, vel expergefit a somno, videtur a seipso motum nouum ingenerare, cui neque in se, neque in alio præfuit motus alius. Infert ergo per locum a parte ad totum, q̃ si in homine hoc experientia testatur,nihil vetat, quin etiam in vniuerso simpliciter de nouo fuerit inchoatus motus, si enim in paruo mundo,hoc est in homine, qui dicitur microcosmos,id vsu venit,quid prohibet & magno idem mundo accidere? Quod si mundo accidit, consequens fit, vt possit & ipsi contingere infinito. Illudit, secundum Alexandrum, ad infinitũ chaos Anaxagoræ,vt pote ex atomis infinitis constitum: nam hoc ille forsasse argumẽto colligebat potuisse ex templo incipere moueri in tẽpore. Addit autem si cõtingit infinitum moueri totum, aut quiescere: quoniam lib.3.palam fecit,infinitum nõ posse motu cieri,neque si moueretur,a motu cessare. Explicant nonnulli hominem inter animalia rationẽ habere microcosmi propter id, q̃ habet quatuor humores complexiones, vice quatuor elemẽtorum, & præterea mixta organica membra, & rursus, viuit, sentit, & intelligit, vt (quod ait magnus Gregorius) sit velut omnis creatura. Et testę Alberto congruentior præsenti loco est similitudo quantum ad eius partes motrices & motas. Habet enim intellectum,ceu primum motorem, phantasiam vero & appetitum, tanquam mouentia mota, sed corporea mẽbra, tanquã simpliciter mota. Hac enim similitudine forsan Anaxagoras ratiocinatus aiebat,q̃ sicut in homine intellectus per phãtasiã inchoat in tempore motum corporis: sic & separata mens cępit disgregare atomos ex chaos mundumq; compingere.

Anaxagoræ argũ.

Homo microcosmꝰ.

¶Horum igitur id quod primum dictum est non eundem semper & vnum numero esse motum qui ad oppositam fit,rectè dicitur hoc enim fortasis necessarium est, si non semper vnum & eundẽ numero esse possibile est vnius & eiusdem motus. Dico autem,vt vtrũ vnius chordę vnus & idem sonus sit,an semper alius, ipsa similiter se habente & mota. Attamen qualitercunque tãdem se habeat,nihil prohibet vnum & eundem esse aliquẽ,quo continuus est, atque perpetuus manifestũ autem erit magis,ex ijs quæ posterius.

Text.

¶Soluit,quo ordine propositę sunt,præfatas instãtias. Ad primam distinguit assumptum, concedit inquam,q̃ motus,qui est a contrario in contrariũ, qualis est aliteratio,& rectus motꝰ localis, esse nequit cõtinenter vnus durationis infinitę,alias nũquam mobile attingeret metam, & sic motus esset frustraneus, vt in calce lib.6. visum est. Negat vero omnem motum fieri a contrario in contrarium, vt in cęlorum circumlatione compertũ est: cuius ideo naturę nihil obstat,quo minꝰ iugis,semperq; sit, ac sine fine perpes, Attamen ne quis obiciat priori membro, contingere motum a contrario in contrarium, qui tamen infinitum durat, argutissime respondet occultę huic obiectioni. ¶Posset eñ quis falso cogitare identitatem motus attendi penes vnitatem mobilis,& mouẽtis: nempe vt vnius mobilis vnus sit motus,tunc vel maxime, cum nulla sensu percipitur pensatio: vt dũ chordæ lyræ idem idem percussa, nunquam moueri cessat sursum, ac deorsum. Tunc quippe idem semper videtur esse sonus,atque adeo idem motus. Hinc enim(vt ait Albertus) argutari quis posset, pariter iuges, assiduasque alterationes horum inferiorum eiusdẽ generis,vnam interuisse continuam, eandemq; infinitam motionem ab eterno hucusq; per reciprocationem,scilicet,a calore in frigus,& econuerso,& ab albore in nigredinem,& vice versa, siquidem omnes fiunt ab eodem primo motore per obliquum motũ solis continenter mouente eandem materiam,quę vna est horum inferiorũ,in qua perinde generatio vnius est corruptio alterius. Negat veruntamen

Solutio 1ę rationis

Mota de motus idẽtitate.

Aristoteles

Aristoteles eundem esse, vel sonum, vel motũ chorde identicũ tactę, ac multominus idem motus conflatur ex contrarijs reuersisq; alterationibus: quia omne mobile in puncto reflexionis quiescit. Ait quia non est huic disputationi proprius hic locus, prętermittit illam, & ait, quid sit de motu inter contraria, possit ne vnus, infinitusq; esse, nec ne, illi tamen qui non est inter contraria, vt circulationi, nihil aduersatur, quominus perpetuus infinitusq; esse possit, vti in subsequentibus manifestum fiet.

Text. xix. ¶Moueri autem id, quod nõ mouetur, nullum est inconueniens, si aliquando quidẽ sit id, quod mouet, extrinsecus, aliquando autem non. Hoc tamẽ quomodo vtique erit, inquirendum est, dico autem, vt idem ab eodem motiuo existente, aliquando quidem moueatur, aliquando autem non, nihil enim aliud dubitat hoc dicẽs, quàm propter quid non semper eorum quæ sunt, alia quidem quiescũt, alia verò mouentur.

¶In text. 19. progreditur ad secundam rationẽ diluendam: quam facile vat expeditam per ea, quę dicta sunt. Illegat quippe assumptum: nempe dum inanimatum moueri incipit secundũ se totum, tũc de nouo simpliciter exoriri motum: quando quidẽ mouentur eiusmodi mobilia ab extrinseco, vt dicebamus text. 17. Ob idque q; moueri incipiant post quietem, aut hoc contingit, quia mouens nondum erat, puta, quia mouens erat corruptibile, vt text. 6. proposuit, & tunc necessariũ est vt prȩcesserit motus, per quem tale mouens genitum fuit, & ante illum eadem ratione alius in agentibus corruptibilibus. Si vero causa motrix perpetuo fuerat cũ mobili, tunc redit (inquit) eadem inquisitio, cur videlicet mobili & mouẽte semper existentibus, nõ sequitur semper motꝰ. Ad quod iam partim responsum est paulo seperius, pleniusq; infra respondebitur, nimirum, q; vel non est agens applicitum passo, vel non est impedimentum sublatum. Quamobrẽ necesse est (vt iam ante dicebat) prȩcedere alium motũ ante hunc, quem arguens asserebat primum.

Solutio secũdę rõnis

¶Maximè autem videbitur tertiũ habere dubitationẽ, propterea quòd fit cum nõ esset prius motus, id videlicet quod accidit in animatis: quiescens enim prius postea vadit, mouente exteriorum nullo vt videtur: hoc autem falsum est, consPicimus enim semper aliquid eorum, quæ congenita sunt, moueri in animali: huius autem motus ipsum animal causa non est, sed continens forsitan. Ipsum autem dicimus seipsum mouere, non secundum omnem motum, sed secũdum motum secundum locum. Nihil igitur prohibet, magis autem fortasis necessarium est, in corpore multos fieri motus à cõtinente, horum autem quibusdam, intellectum aut appetitum mouere: illo autem totum iam animal mouere, quale accidit circa somnos. sensibili enim nullo existente motu inexistente tamẽ aliquo, rursus excitantur animalia. sed manifestum erit & de his, ex sequentibus.

Tex. xx

¶In hoc tandẽ .20. tex. dissoluit argumẽtationẽ tertiã, q; erat secidę cõfirmatio. Et perspice q; potuisset Aristot. ad candẽ rñdere negando cõsequẽtiam hanc. In singulis individuorũ innascitur de nouo motꝰ, ergo in toto vniuerso simpliciter exortus est: q; idcirco nõ tenet, qõ motꝰ huiusmodi sublunariũ, ois est inter cõtraria, & ideo nõ põt esse in infinitũ perpetuus, orbicularis vero celorũ põt fuisse ab ęterno, vt paulo ante dicebat. Attũ quia nõ solũ hoc perseuerat sustinere, verũ q; in his quoq; corruptibilibus ante omnẽ motũ fuerit motus, perspectius respondet, negãdo antecedens: nẽpe q; motus animaliũ, de quo apparẽtius ostenditur a nullo priori extrinsecus depẽdere, sit simpliciter primus: quinimo habet extrariã motricẽ causam, in qua necesse est prius infuisse motũ, q; aĩal moueatur. Ad notari hic autẽ oportet, quo textus hic planus fiat, motũ localẽ, prȩcise esse motũ aĩalis, quo se cernitur ab insensibilibus. Enimuero & ũ grauia & leuia scẽm locũ mouentur, non tñ nisi scẽm vnã differentiã positiõis: illa quidẽ deorsum, hęc vero sursum: atq; id a generante, vũ extra suã sunt naturalẽ dispositionẽ. Et plantę quãuis moueant a principio intrinseco, motu augmẽtationis, nõ tñ prȩcise scẽm locũ, qm̃ non relinquũt priorẽ, sed ꝓtendũtur ad ampliora. Ad aĩalibꝰ sic natura ꝓspexit, vt per motũ progressiuum, perq; alios locales mẽbros cõquirerent sibi alimẽta. Et hoc est, qõ ait hic Aristo. Ipsum dicimꝰ seipsum mouere nõ scẽm omnẽ motũ, sed scẽm locale. Calefit nãq; & frigefit aĩala circunstante, sicuti inanimata, quoq; motuũ non hz in se principiũ, nisi passiuũ. Ait ergo Aris. falsum esse illũ motũ localẽ, q; ꝓprius est aĩalis, esse simpliciter primũ. nã cõspicimus (inquit) semper aliq̃d eoꝝ, q̃ congenita sunt, hoc est homini innata, puta sensum, vel phãtasiã aĩa moueri: quorũ motuũ aĩal nõ est causa. s. effectrix, tanq; aĩal per appetitũ, sed fit circũstãte, nimirũ aere (v. g.) infrigidante corpus, introrsumq; cõcludente calorẽ naturalẽ ad digestionẽ perficiendã, vñ oborta fames, q̃ est appetitus cibi, mouet aĩal ad ipsum conquirẽdũ: & sic de alijs alterationibus corporis, vñ exercitatur appetitus ad suas voluptates ꝓ motũ localẽ disquirendas. Atqui in spiritualibus obiecta mouẽt sensum, & per sensum, intellectũ qui est primũ mouẽs in hoĩe is autẽ per intentionẽ, finis mouet appetitũ & ꝓ ipsum mẽbra ad persequẽda media. Ecce quẽadmodũ, licet motus localis sit a principio intrinseco, nõ tñ est simpliciter primꝰ, quippe quem alij externi antecedũt. Et hoc est, qõ cõclusit hoc loco Aris. Nihil igit, ꝓhibet, magis autẽ fortassis necessariũ est multos fieri motus a cõtinẽte. Ubi fortassis, nihil dubitationis ꝓfert, sed sil̃ est peripateticus. Qõ autẽ ait, multos fieri motus a cõtinente puta, q; sunt mere naturales, insinuat alios itidẽ esse pure naturales internos. Tres eñ motum

Solutio tertię rationis.

Ꝓprius motus aĩalis est localis.

Rationes motus animalis.

Motus nãturales animalis triplices.

Caput tertium.

motuũ differentias dignoscim⁹ in animali. Primi sunt mere naturales, quorum in ipso tm est principium passiuum, vti calefactio in vere, & frigefactio in hyeme: alij sunt similes istis, a principio tm intrinseco actiuo, vt nutritio, & augmentatio, q sunt prop̃ij formę viuentiũ, atq; adeo cõmunes plantis: quę qdē dicunt mere naturales, qa nõ fiũt per cognitionẽ, & appetitũ. Alij denicq; sunt ꝓpij animalium: vt præter spirituales, localis motus, qui fit per appetitũ sensitiuũ. Vbi autẽ subdit, quibusdam motibus moueri intellectũ & appetitum, ostendit quatenus in nos dñium exercẽt cœlestia corpora. Haud enim ꝓxime afficiunt aiam, sed omnino corpus, cuius affectionibus sæpe intingitur aia & trahiturq; voluntas, nunq; tm necessitatẽ patitur: adeo eius libertas est ab omni cœlestium terrestriũq; coactionibus exempta. Cũ autem subdit, appetitu a continenne motu, submoueri totũ aial secũdũ locũ, exemplũ supponit doctissime in illo, qui excitatur a somno: idcirco, qõ talis motus videtur de repẽte exoriri, nullo præcẽte alio. Sit ergo ꝙ licet nullus sensibilis appareat antecessisse in dormiente: præcesserunt tm intus quippiã: sunt enim in causa somni, vapores exhalati a conjunctione sibi vsq; ad celebrũ, indeq; recidentes ad cor, infrigidantesq; ipsum, impedientesq; perinde spiritus vitales, & ex alia parte humectãtes, hebetantesq; organa sensuum, quorũ cessatio & quies, est somnus. Haud verum tñ eatenꝰ quiescit dormiens, vt nullatenus moueatur: est enim intus iugis continuaq; actio caloris in cibum, quo digesto, calefactoq; cordi, resolutisq; vaporibus, subsequitur vigilia sensuũ. Refert se de his tm ad subsequẽtia, nempe ad tex. 51. sed forte & ad libros de motu aialiũ, & de somno & vigilia. Expediuit igitur. Ari. hoc membrũ, quo (vt in sua erat opinione) constituit nunq; fuisse genitum primo motũ, sed ante omnẽ fuisse aliũ. Idq; argutissime postremo patefecit exemplo aialis, qõ, licet videat aliqñ quiescere, ac deinceps moueri (vt dum quis post somnũ euigilat) nunq; tm viuẽs desijt. Cur? eñ instar censendũ est & de toto vniuerso, vt pote qõ nũq; simpliciter moueri cœpit.

QVO DIVISIO MEMBRORUM quinq; discutitur.

CAPVT. III.

PRincipium autem considerationis id erit, quod & dictæ dubitotionis: quare quædã eorum quę sunt, aliqñ quidẽ mouentur, aliquando autẽ rursus quiescunt. Necesse est autẽ, aut omnia quiescere semper, aut omnia semper moueri, aut alia quidẽ moueri, alia autẽ quiescere. Et rursus horũ aut ea, quæ mouẽtur, moueri semper, q̃ quiescunt, quiescere. Aut oia apta nãta esse similiter moueri & quiescere, aut reliquũ adhuc & tertiũ. Contingit enim eorum quæ sunt alia quidẽ semper immobilia esse alia vero semper moueri, alia autem vtraq; participare. Quod quidẽ, à nobis dicendum est. Hoc enim habet solutionem omnium dubitatorum, & finis nobis est huius negotij.

¶ Postq̃ id constituit Arist. quod semper fuit motus, & lib. 7. tex. 3. & infra cõstitutũ reliquerit, in mouẽtibus & mobilibus nõ esse abitionẽ in infinitum, eo iam nunc pergit, vt cõditiones primi motus, ac primi motoris speculetur. In hoc autem tertio capite membratim examinat partitionem quandam generalem omniũ euntium respectu motus & quietis in quinq; membra distributã: quã vtiq; partitionẽ proponit in hoc textu. 21. Id qñ inter soluendũ rationẽ secundã prædixerat, eũ, qui inde arguit motũ, aliqñ incepisse, q̃ alias, vel oia semper moueretur, vel nunquam, eum inquam nihil aliud exigere arguendo, q̃ cur res quepiã qñq; moueantur. quando vero rursus quiescãt, ait modo hinc sumendũ esse principiũ subsequentis considerationis, vnde & prædicta dubitatio oritum trahit. Quod quidem vt perspectius fiat, distinguendum in vniuersum censet de his, quę sunt in rerum natura. Necesse quippe est (inquit) aut oia semper quiescere, aut moueri oia semper, aut alia quidẽ moueri, alia autẽ quiescere. Sed tertiũ hoc membrũ, rursus subsequatur in tria. Aut enim illa, quę mouentur, semper mouentur, & quę quiescunt semper quiescunt, aut omnia apta nata sunt qñq; moueri, quandoq; vero quiescere, aut (quod reliquum est ac tertiũ) tria sunt rerum genera, nempe, vt sint aliqua semper immobilia, alia vero semper mobilia ac mota, sed alia quandoq; mota, quandoq; vero quiescentia. Vide q̃ ex re, & arte vniuersam rerum naturam in quinq; membra partitur est in ordine ad motũ & quietem. In tribꝰ quippe membris non fit subiectorũ diuisio, sed qualitatis, puta motus & quietis, vt omnia entia se habeant similiter. Est, inquam, primum membrum, vtrum omnia entia semper quiescant, quod fuit Zenonis placitũ. Cum Parmenide, & Melisso. Secundum vero, Vtrũ omnia semper moueãtur, quę fuit opinio Heraclitι. Et sunt ista duo membra simpliciter contraria, tam ex parte subiecti vniuersalis, q̃ ratione modi prædicati semper. Sed quartum est, Vtrum omnia aliquando moueantur, & aliquando quiescant, vt explicatum supra est de Anaxagora & Empedocle. Et sunt quidem isti duo modi subcontrarij ratione modificationis prædicati aliquando, sed contrarij ex parte subiecti, omnia. At vero in tertio & quinto membro res ipsę diuiduntur, dum in tertio quęritur, Vtrum rerum, aliquę semper moueantur, & aliquę semper quiescant, quod referente Alberto, fuit in dogmatibus Pythagoræ, & post Epicuri. Hi autem modi sunt vice versa ex parte subiecti subcontrarij, sed a parte prædicati contrarij, ꝓpter aduerbium, semper. Tu ipse rotulum oppositorum constitue. Sed tamẽ in membro quinto quęritur, Vtrum eorum, quę sunt alia quidẽ semper sint mobilia & mota, alia vero semper immobilia, sed alia quę qñq; moueantur, & qñq; quiescant. Atq; hoc quintum membrũ pertinet ad Aristotelicam sententiam: sunt enim intelligentię semper immobiles, & omniũ maxime prima causa, cœlestes vero orbes, semper moti, at sublunaria vniuersa, qñq; mouentur, qñq; vero quiescũt. Ob idq; concludit, hoc. s. postremum, solutionem habere omniũ dubitatorũ huius libri, & finem esse totius negotij, nempe dum monstratum fuerit, nõ omnia moueri vicissim & quiescere, sed esse vnũ primũ mouẽs immobile, &

alia mobilia sempiterne mota, atq; adeo ab vno primo motore immobili per celestes orbes, perpetuo motos, vicissitudines subinde fieri iugiter subluna riũ mutationũ, vt pote rerũ, que qñq; mouentur, t quandoq; quiescunt. Quę quidem mutationes, sicuti neq; motu ipsi celorũ, neq; initiũ habuerũt vllum, neq; habiturę sunt finẽ. Et notato cur de priori membro nõ dixit, q illa sint semper quiescencia. sed immobilia, nempe, qñ quies est priuatio motus in subiecto nato moueri, prima autem causa non est apta moueri: neq; vero intelligentię, loquendo, vt hic fit sermo, de motu sensibili.

Text. xxij.

¶Dicere igitur omnia quiescere, & huius rationem quærere, dimittentes sensum, infirmitas quædã est intellectus. Et de toto aliquo: sed non de parte, ambiguitas est. neq; solùm contra Phisicũ sed omnes scientias (vt ita dicã) & omnes opiniones, propterea quod motu vtũtur omnes. Amplius autem de principiis instantiæ, vt in his, quę circa mathematica sunt, rationibus nihil sunt ad mathematicum, similiter autem & in alijs, sic neq; de eo quod nunc dictũ est ad Physicũ. Suppositio. n. est, quòd natura principium motus est.

¶Repellit subindè quatuor priora membra prefixę diuisionis, vt quintum (quę sua est sententia) statuat. Exorditur autem in hoc. 22. text. ab opinione Zenonis, quę longe minimum præfert probabilitatis, eamq; ideo quatuor argumentis reprehendit. Primum. Dicere omnia quiescere, huiusque perpetuę quietis rationẽ quęrere, post habendo, negandoq; sensibile experimẽtum motus, infirmitas est imbecillitasq; intellectus, futilis igitur est talis opinio, t a veritate detorta. Perspice Aristotelis acutiẽ. Quoniam vis intellectus inde resplendet, q rerũ rationes exquirit, redarguit ec ontrario Zenonem, q excogitare rationes contrarias experientię sensuum, argumentum est potissimum tenuitatis, incõstantięq; intellectus, nescientis discernere inter id, quod perspicuum est, t euidens, t id, qõ est dubitabile, atq; ideo neq; valentis consistere, vbi rei euidentia deberet ipsum affirmare. Eo præsertim, q principia naturalis philosophię sensibus noscuntur, vt. 1. Posteriorum author est Aristoteles. Quo circa, cum motum esse, tam certa sensuũ experientia deprehẽdatur, vitiũ est corrupti intellectus asse uerare. vniuersa descere. De hac de lira opinione diximus in primo aduersus Parmenidẽ, t Melis. dicentes, omnia esse vnũ principiũ immobile. Usq; adeo enim isti sensibus desipientes diffidebant: vt nullam eorũ apparentiã existimarent veram, sed semper veritatẽ crederent pugnare cũ sensibus. Qui ideo iam nunc, quid per eiusmodi phantasmata sibi vellent, haud sane possumus intelligere. Secunda ratio. Qui motum abnegat rebus naturalibus licet solam videatur partem tollere vniuersi, puta vnam eius qualitatem, totum tamẽ funditus euertit, nam cum quies sit priuatio motus, negando motum, negat t quietem, atq; adeo generationes omnes omniũ rerũ sub cęlestiũ. Quinimo t celos ipsos, generationũ causas, in cassum esse profitetur: non ergo auscultandus est, sed explodendus. Tertia. Imo vero talis philosophus, non modo philosophię naturali, verum t scientijs cũctis, t artibus bellum indicit, haud enim solum physicus naturã motus speculatur, verum t methaphysicus, de altissimis eius causis, t principijs. Sed t moralis philosophia, t Rheorica, de actionib⁹ docet quę in motu consistũt, de quibus t Dialectica ratiocinatur. Quin vero t mechanicę artes motuum sunt etiam directiuę: vt ars extruendarum nauium, t nautica motum nauis considerant, sicut ars equestris t frenefactiua, motum equi. Adde q t mathematicus, qui abstrahit a motu, nonnullam eius imaginationem habet, dum ait, a quolibet in quodlibet pũctum lineam duci. Qui ergo motũ aufert, omnes vult scientias t artes de medio sublatas: est ergo intolerabilis talis opinio. Quarta ratio, nulli scientię licet de suis principijs, vel disputare, vel certe hęsitare vt puta, quę in vnaquaque præsuponenda sunt mathematicus enim sua statim figit principia de quibus citra disputationem fidem habet: cum ergo motum esse, principium sit physicum, nullatenus incũbit philosopho eiusmodi disputatio. Neq; hic Aristoteles tam disputat contra negãtes principia, q eorum prodit, traducitque prauitatem ingenij. Repulsa ergo est Zenonis opinio de vniuersali rerum quiete.

¶Fere autem & omnia dicere moueri, falsum quidem est, minus autem hoc præter methodum. posita enim est natura physicis, principium sicuti motus & quietis. Similiter autem physicum est, motus. ¶Et dicunt quidam moueri, eorum quæ sunt, nõ aliqua quidem, alia vero non, sed omnia & semper, sed latere hoc nostrum sensum. Ad quos quanuis non determinẽt, quo motu dicant, an vniuersis. non est difficile occurrere. neque enim augeri, neque minui posibile est cõtinuè, sed est & medium. Est autem similis ratio illi, quæ est de eo, quod est guttam conterere, & enascentia, lapides discindere. non enim si tantũ expulit, aut remouit gutta, & dimidiũ in dimidio tẽpore prius. Sed vt nauis tractio, ita & guttę tot, tantum mouẽt. pars autem illarum, in nullo tempore tãtũ. diuiditur enim quod remotum est, in plura, sed nihil eorum motũ est seorsum, sed simul. Manifestũ est igitnr, quód nõ est necessariũ semper aliquid abire: quia diuiditur ipsa diminutio in infinita, sed totũ aliquãdo

Text. xxiij.

abire

abire. Similiter autem, & in alteratione qualibet. non enim si partibile est in infinitum id quod alteratur. ob id & alteratio, sed si mul vniuersa fit sepe, sicut congelatio. Ampliús cùm ægrotauerit aliquis: necesse est tempus fieri in quo sanabitur, & non in termino temporis mutari, necesse est autem in sanitatem mutari, & in aliud nihil. Quare dicere continuè alterari, valde manifestis est adversari. in contrarium enim, alteratio est. Atque lapis, neque durior fit, neque mollior.

¶ In tex. hoc. 23. expugnat Heraclitum, qui secundum membrum prepositę diuisionis opinabat: nẽpe omnia semper moueri. Quin vero sunt inter Platos cõmentatores, qui eius opinionẽ pretendũt defensare, vt est Simphus, qui ait nihil aliud hic condẽnare Aristo. q̃ q omnia perse semper moueã tur, quod autẽ vel a se, vel extrinsecus, omnia sunt in perpetuo motu, id (inquit) non negat. At vero isti non modo Aristo. (vt tex. 74. euidentius est) verum experiẽtię sunt prorsus infensi. Ecquis enim ambigat motẽ quiescere simpliciter? De quibus sane inanimatis assertio fuit superius Aristo. q̃ incipiunt simpliciter secũdũ se tota moueri, vt in quibus nullus prefuerat motus. Ad rem ergo vt redeamus, cum dixisset, eum qui negat motum, non solũ ipsum, verũ & quietẽ pariter & totũ vniuersum viruere, subdit cõparationẽ, q̃ qui negat quietẽ, dicens omnia semper moueri, falsum quidẽ profert, attamẽ mitius pugnat cũ rerũ natura: quoniã minus loquit prẽter methodũ, hoc est minus aberrat a via: nam etsi quies proprie non sit nisi in re apta moueri, põt tñ esse motus in re quę nõ est apta quiescere, vt patet in cęlo: vnde licet qui tollit motum, tollat pariter quietẽ, tñ dicens omnia moueri, etsi quietẽ prorsus eliminet, nõ omnino totã naturam exterminat: quoniam retinet motũ, atq; adeo rerũ generationes, & causarũ veniq; fines. Et ideo dixit (Fere falsum) puta quasi tã falsum. Neq; id solũ, verũ neq; tam aperte cõtradicit experientię, nã sunt aliqui motus tam patẽtes, vt sit prorsus stolidorum hominũ eos diffiteri, quietes vero non sunt vsque adeo patule: nam cum sint aliqui exiles occultissimiq; motus (vt patet in altissimo somno) posset quis dicere, illa, que apparẽt, quiescere: latẽre motu, cieri, vt iamiã in Heraclito deprehendẽt. Quod autẽ subdit, Positaeiñ est natura &c. bifariã põt ad superiora referri, vno mõ, vt sit probatio illius, falsum quidẽ dicere, qui negat quietẽ, siquidem natura principiũ est, sicuti motus, ita & quietis. Sed tũe duriuscule assuitur subsequens particula, similiter physicũ est, motus. Nã que cõsequentia est, q̃ si natura est principiũ quietis, sicuti motus, q̃ similiter mot⁹ sit quid naturale, hoc est passio naturalis entis, vt quidã glossant? Nisi dicamus deesse particulã, vt, & reddere sensum, q̃ similiter quies, est quid physicũ, vt motus. Tũc esñ pertinebit ad probãdũ falsam esse negationẽ quietis. Attamen si phrasis Greca libẽter ferret versionẽ Argiropili, libẽtissime dicerẽ, totũ hoc referri ad probandũ, non q̃ sit falsum negare quietem, sed quod sit minus falsum quam negare motum. Est namque versio Argi. hęc quanq̃ esñ in naturalib⁹ posita est natura motus & quietis, tñ motus naturale magis esse videtur. In Greco tñ codice, neq; est, tñ, neq; magis, sed similiter. Nisi forsam Argi. aliũ nactus est codicẽ. (Et dicũt quidã). Descendit igit Arist. ad Heraclitũ affirmantẽ omnia moueri, cuius itidẽ opinionis & Plato meminit in Cratilo. Hic Heraclitũ obiiciebatur illi experiẽtia eorũ, quę apparent quiescere, respõdebat, q̃ omnia quidẽ mouentur, sed tñ multorũ motiones latent sensum nostrũ. Putabat nãq; omnia, sicuti flumẽ, esse in perpetuo fluxu augmẽti vel decremẽti, vel alius cuiusuis motus. Hãc vtiq; opinionẽ reuincit hic Arist. tribus argumẽtis. Primũ exorditur a motibus augmẽti & decremẽti, in quibus Hera. potissimũ fundabat suũ dogma. sic. Quis isti, inquit, nõ se explicent, an vno genere motus quiduis semper moueatur, an vero vno tantũ, facile tñ demonstratur id nõ posse cõsistere demoti b⁹ augmenti & decremẽti: nã si animal. v. g. (vbi est maior probabilitas perpetui augmẽti & decremẽti augeatur vsq; ad certũ ętatis tẽpus, atq; inde incipiat senio in sumi & decrescere, necesse est, vt in illo pũcto reflexionis quiescat, atq; adeo interpelletur motus per quietẽ: quod & in lapide sursum proiecto apparet, dum incipit cadere. Unde si cõplexim sumas ambos motus, non continuantur. Sed neq; diuisim sumpti, sunt cõtinui. Arguebat. n. forte heraclitus, vt hinc colligitur, cõtinuitatẽ motus augmẽtationis, hoc pacto. Si animali. v. g. in vno mẽse, accrescit certa quantitas, fit, vt indiuidiato mẽse crescat medietas & in vna hebdomada, vna quarta. & sic continuo diuidendo tempus iuxta diuisionem motus, vt libr. 6. text. 33. & infra visum est. Tametsi quod in singulis horis augetur, non percipiatur. Atq; idem sentiebat de rebus caducis in vniuersum. Etenim cum vniuersa tempus augeat primum, mox corrodat, & tandem absumat (vt & natura a sua docet, et experientia contestatur) docuẽtum est, omnia perpetuo moueri. Subuertitur ergo Aristoteles eius fundamentum, inficiando consequentiam illam. Si animal in tempore certo, certam adquirit partem quantitatis, fit, vt in dimidiato tempore adquirat dimidium, & in iu⁹ quadruplo subquadrupium &c. Et peccatum illationis patefacit exemplo triplici. Est. n. inquit, simile in lapide frequentia cadentis gutte excauatio, vbi contrarium apparet: videmus enim certo tempore diueli certam lapidis particulam, cuius medietas non fuit effosa in medietate temporis, nec quarta, in quarta parte, siquidem videtur quandoq; tota simul abrumpi. Et hoc est quod ait, diuidetur enim quod remotum est in plura, sed nihil eorum motũ est seorsum, sed totum simul. Quod confirmat altero exẽplo trahentium nauim, qui licet certo tẽpore pertrahant ipsam, haud tñ dimidius numerus hominũ in medietate temporis mouebit eandem per medietatẽ spatij: quia neq; dimoueri loco fortasse valent, vt in calce septimi physicorum explicauimus. Pari ergo modo priores gutte nihil distrahunt lapidis, sed emolliunt, preparantq; ad discessionem. Tertium exẽplum est, quando dumus, vel caprificus euasurus per medium saxum, licet illud diffindat dum prorumpit foras, non consequitur, vt in precedẽti tẽpore contineter ipsum diuiserit, sed pparabat, vt tãdẽ pforaret. An vero augmẽtatio, sit motus scõtinuꝰ, necne, in libris de generatione copiosius disputabitur. Est. n. Commẽ. opinio, augmẽtationẽ fieri per minima, ita vt nihil accrescere possit ligno minus minimo talis daretur

(vt putat) minus minimo. Et quia requiritur tempus ante q̄ generentur singula minima, hac ratione cōmētatur hic Aristo. dicentē, non esse motum continuū, sed interpollatū, sicut dū gutta cauat lapidē. Haud verūtamē necessarū est incidere in talem opinionē: qz licet in alijs augmentatione minus minimo accrescat priori substantię, nō sequitur vt detur per se minus minimo, q̄ doquidē ex alimēto nō prius generatur substantia aliti, q̄ ei vniatur Est nihilominus discōtinuꝰ motus, pro eo, q̄ nō in quacūq; tēporis particula, qua nutritur aīal, augetur. Sed disponitur ad augmētū. Quinuero defectu alimenti, nonnun q̄ exinanitur. Nun q̄. n. fit augmentū, nisi dum copiosius fuerit versum alimentum in substantiā aliti, q̄ fuerat exhaustū per actionē calidi in humidū. Vt de hoc alias (similiter autem) secūdo argumēto procedit ad alterationē, q̄ triplici ratione probat, non necesse habere, vt sit motus cōtinuus. ¶Primo, qz non semper successiue inducitur accidens in subiectū, vt prius sit in parte, q̄ in toto: idq; palā facit in parua aqua, quam ſpe contingit simul, totā congelari. Animaduerte, q̄ non negat hic continuam successionem intentionis, prius enim frigescita aqua, quam indurescat sed negat successionē ad diuisionē subiecti, eo q̄ simul in tota incipit esse idem gradus, propter ęqualem applicationē agentis. Vbi tñ est aquę plurimum, prius congelabuntur exteriores partes. q̄ intimę. Secunda ratio est hęc. Alteratio est motus a contrario in contrarium, vt sanatio ab ęgritudine in sanitatem, quę ideo latitudo finita est: cū ergo alterabile peruenerit ad terminum, cessabit alteratio: neq; n. restat quo progrediatur vlterius: igitur alteratio non est motus perpetuus. Tertia experimento dedicimus, lapidem, vt adamantem, quam longissimo tempore neq; molliorem fieri, neq; dulciorem: signum ergo est, alterationem non esse motum continuum, neq; per minutissimos abditissimosq; gradꝰ: alias vel lōgissimo tēpore ĩnotesceret

¶Et de ipso ferri, mirabile est, si latuit lapis deorsum ferri, aut manere in terra. amplius autem, terra & aliorum vnumquodq;, ex necessitate manet quidem in proprijs locis, mouētur autem violente ex his. Si igitur quædam ipsorum sunt in proprijs locis: necesse est ā neq; secundum locum, omnia moueri. Quod igitur impossibile sit, aut semper omnia moueri, aut semper omnia quiescere, ex his & alijs similibus crediderit vtiq; aliquis. ¶at verò neque alia quidem contingit semper quiescere: alia verò semper moueri, aliquando autem nihil quiescere, aliquando verò moueri. Dicendum est autem quòd impossibile sit, quemadmodum & in dictis prius, & in his. videmus enim in eisdem fieri dictas mutationes. Et ad hæc, quia aduersatur manifestis, qui cō tendit. Neq; enim augmētatio, neque violentus erit motus, si non mouebitur preter naturam quiescens prius. Generationem igitur aufert & corruptionem hic sermo. Ferè autem & ipsum moueri: fieri quippiam & corrumpi videtur omnibus, in quod enim mutatur fit hoc, aut in hoc, ex quo autem mutatur, corrumpitur hoc, aut hinc.

¶Tertium principale argumētū accumulat in prima particula text. 24. de motu locali, idq; bipartitum. Iebat enim Heraclitus, omnia semper moueri, sed nonnulla latenter redarguit Aristoteles id non esse possibile de motu locali, quippe qui adeo est oculis patens, vt delitescere nequeat. Est. n. nobis de lapide patētissimū, quod dū deorsum fertur, tunc mouetur, sed q̄ quod tunc etiam quiescit: cum terram pertingit: quare si montes, q̄ ingentissima saxa secundū locum mouerentur, nō posset hoc nos celari. Sed q̄ manifestę experientię adiungit naturalem rationē. Naturale quippe terrę est, q̄ vnicuique rerum naturalium, vt in suo quęq; proprio loco quiescat, vnde non nisi per violentiam depellitur: q̄ quidē quietis inclinatio in causa est, vt grauia, sublato impedimento, cogruant, ad centrum: leuia vero, ferantur sursum: cum ergo proculdubio sint aliqua in suis propijs locis. siquidem neq; centrum terrę vacuum est, sed illic est terra, neq; vero consummę lunę, quia illic est ignis: fit vt illa diutissime quiescant, tantum abest, vt perenniter moti tentur. Concludit igitur Aristote. ex hac inductione facta per omnes species motus, non posse consistere opinionē Heraclitj adsistentis omnia ingiter mutari, seu certo genere motus, id sentiat, seu cunctis: atq; adeo duo priori membra expedita relinquit videlicet, q̄ neq; omnia semper quiescunt vt post Parmenidē q̄ Melissum philosophabat Zeno neq; vero omnia semper mouentur, vt placebat Heraclito (Et vero ꝛc.) ¶Progreditur ad confutandū tertium mēbrū pręfixę diuisionis: vbi multo aptiꝰ designasset Commē. cōmētū. 24. post quā incipitur noua materia, q̄ in precedente particula: q̄ sane germanior erat superiori disputationi. Erat ergo tertium mēbrum per diuisionem rerū, scilicet quędā moueri, q̄ alia quiescere, sed tñ vniuersaliter: videlicet omnia, quę mouentur, semper moueri, q̄ omnia, q̄ quiescunt, semper quiescere, neq; dari medium mobile, quod aliquando moueatur, q̄ aliquādo idē quiescat. Hoc autē cōfutat priꝰ experiētia, deinde ratione. Dixi cū perinde hoc esse ipossibile, atq; superiora. Etenim quēadmodū experimur aliqua moueri, per quod damnatur prima opinio, q̄ item aliqua quiescere, per q̄ condēnatur secūda, ita q̄ experimentū quorundā habemus, quę vicissim quiescunt, q̄ mouentur: idq; maxime liquet in motu locali. Sed q̄ ratione id confit mat: nam qui hęc, inquit contendit, manifestis aduersatur: qui enim ait nihil posse priꝰ moueri q̄ post quiescere. aut vice versa: denegat imprimis augmentationis motū q̄ violentum localē. Et quidem de violento patet: nam motus violentus est, quo inde submouetur res, vbi naturaliter quiescebat, fit ergo in eadem re vicissitudo quietis q̄ motus. De alterione autem prętermissit idē probare. Quod ideo Lex. sic colligit. Accretio in animali nō fit, nisi prius nutrimētū q̄escat

Augmentatio non est continua.

Secūdum argument.

Quod alteration on est motꝰ cō tinuus.

Textus. xxiiij.

Motus secūdum partes animalium.

Tertiū mēbrum diuisionis impugnat.

Motus violentus.

escat, deinde conoctũ ad superiora feratur, quies motus ꝓter naturã grauis: igitur sublato motu violento, aufertur ⁊ augmẽtatio. At forsam aliud volunt Arist. videlicet, q augmẽtatio est motꝰ, qui terminatur ad quietẽ: augeꝛ nãq; hõ ab infantia vsq; ad terminũ iuuẽtutis, tunc demũ in virilitate fit illi status, ac deinde in senio fit diminutio, cõposuit ergo duos cõtra se motus, scilicet motũ adolescẽdi qui terminat ad quietẽ, ⁊ motũ qui cõtrario ꝓficiscitur a quiete. Neq; hos tm motus, inquit, sed generationẽ quoq; ⁊ corruptionẽ abnegat, q nõ fatetur idẽ moueri ⁊ quiescere. Primũ, qꝛ nõ admisso violẽto motu, impossibilis est corruptio, q est motꝰ cõtra naturã eius, q corrũpitur, puta, q res alua naturali abducit quiete: tãmetsi nõ sit simpliciter violẽtus ob naturalẽ appetitũ mãe, qui est in passo ad aliã formã: si aũt nõ est corruptio, neq; generatio: quoniã corruptio vni⁹, est generatio alterius.

Prꝛterea omni generationi admiscet augmẽtatio vel diminutio: fiũt eñ ex vno pugillo aque decẽ aeris, ⁊ ecõuerso: neq; semẽ animat quo ad certã augescat ꝓportionẽ: ergo dempta augmẽtatione pereunt generationes. Addit deniq; Aristo. q generatione sublata, ⁊ corruptione, ipm moueri, hoc est motus in vniuersum de medio tollit. Qm̃ in omni, inquit, motu, fit terminoꝛ summutatio: q est formarũ corruptio, ⁊ generatio, fm quid. Quãdocũq; eñ res a liqua mouet, fit hoc ex hoc, puta albũ ex nigro, aut calidũ ex frigido per alterationẽ: aut fit in hoc, vt cũ per motũ localẽ aliunde peruenitur huc. Ex q autẽ mutatur, corrũpetur hoc, puta, nigredo, ⁊ friditas, q erat terminus a quo in alteratione, aut, hinc, puta, vbi q erat terminus a quo motu locali. Neq; tñ intelligas, vbi, esse aliquã rem distinctã a locato, nihil.n. aliud vult, q per motũ localẽ alius locus amittitur, ⁊ alius acquiritur.

¶Quare manifestum est: quòd alia quidem mouentur, alia verò quiescunt. cẽ sere autem omnia aliquando quidem quiescere, aliquando vero moueri: hoc iã coniũgendũ est ad olim dictas rõnes

¶Cõcludit igitur hoc text. 25. prꝛmissorũ cõclusionẽ: vt pote, necessariũ esse aliquacõfiteri, q quandoque moueant, ⁊ quãdoq; quiescãt: qua ꝓpter repulsum est tertiũ mẽbrũ, puta, omnia quę sunt, in duo rantũ dimidi mẽbra. s. in ea, q semper quiescunt ⁊ ea, quę semper mouent, sine medio. At vero quartũ mẽbrum illud erat, quod hãc mõ conclusam particularẽ, faciebat vniuersalẽ. s. omnia quandoq; moueri, ⁊ quandoq; quiescere, ita vt nihil detur semp immobile, neq; aliquid semper motũ. Sed hoc tñ, inquit, quartũ mẽbrũ, cẽsere coniungendũ est olim dictas rationes, videlicet factas, contra Anaxagorã, ⁊ Empedoclẽ, quorũ primus dicebat omnia infinita tẽpore, quieuisse in chao, postq; inde moueri alter vero per vices omnia quandoq; moueri, quãdoque quiescere, alteratione litis ⁊ amicitię infinities mundum constituentium, ac destruentium.

¶Principium autem rursus idem faciẽdum est à nunc determinatis: àquo quidem incœpimus priùs, autenim omnia quiescunt, aut omnia mouentur: aut eorum, quæ sunt, hæc quidem quiescunt, hæc autem mouentur. Etsi eorum, quę sunt, alia quidem quiescunt, alia verò mouentur: necesse est, aut omnia aliquando quidem quiescere, aliquando verò moueri, aut ipsorũ quæda quidẽ semper quiescere, alia verò semper moueri, alia autem aliquando quidẽ quiescere, aliquando verò moueri. Quòd igitur nõ possibile sit omnia quiescere: dictum quidem est & priùs. Dicamus autem: & nunc, etsi enim secundum veritatem sic se habet, sicut quidam dicũt esse id quod est infinitum & immobile: attamen non videtur aliquid secundum sensum, sed mouentur multa eorum quæ sunt. Si igitur sit opinio falsa, aut omnino opinio: & motus est, etiam si phantasia sit, etsi aliquando quidem sic videatur esse, aliquando autem aliter, phantasia enim & opinio: motus quidam esse videntur. Sed de hoc quidem considerare, & quęrere rationem eorum, quæ melius habemus, quam si ratione indigeremus: malè iudicare est id quod melius est & peius, & credibile & non credibile, & principium & nõ principium. Similiter autem: impossibile est & omnia moueri, aut alia quidem semper moueri, alia verò semper quiescere. Ad omnia enim hæc: sufficiens est vna fides, videmus enim quædam aliquãdo quidem moueri, aliquãdo quiescere, Quare manifestum est, quod impossibile sit similiter: omnia quiescere, & omnia moueri continuẽ, eò quòd alia quidem semper mouentur, alia verò quiescunt semper.

¶Consequenter in hoc text. 26. vt hoc quartũ mẽbrum accuratius repudiet, fusiq; quintum introducat, repetit ꝓfatam iam supra diuisionẽ, dicẽs ab eis resumendũ esse principiũ, quę determinata sunt, ⁊ quanuis Commẽ. hanc clausulã in calce collocet superioris textus, huic tñ aptius intexitur. ꝓtermittit autem in repetitione diuisionis hoc quartum membrum, scilicet, q omnia quãdoq; mouentur, quandoq; quiescant: tum quia iam prꝛxime dixerat, impugnatum esse in superioribus aduersus Empedoclem, tum etiam quia statim resumpturus ipsum est, ⁊ robustius expugnaturus. Repetit ergo ex ordine singula iam refutata membra. Quod igitur, inquit, non sit possibile omnia quiescere, dictum est quidem priùs, sed superaddẽda est etiam

etiam nunc alia ratio ad hominem, vt qui contraria dicunt, suis ipsorũ dictis reuincantur. Nã esto, illud verum esset, quod Melissus aiebat, scilicet omnia esse vnũ infinitum & immobile, quanquã id nõ appareat secundum sensum, sed videamus multa moueri (quã quidem apparentiam ipse negare nequiuerat) inde nihilominus conuincitur, motum cõfiteri: nã sit. v. g. nostra opinio falsa, vel sit prorsus opinio, siue vera, siue falsa: inde fit consequens motum esse: etenim Opinio est assensus inter duo cõtraria, scilicet assertio vnius cũ formidine alterius, quę ideo esse non potest, nisi de rebus, vel secundũ rem mutabilibus, vel secundum apparentiam. Dupliciter ergo sequitur motum esse, si opinio est: primum in anima, quę ex quibusdã rationibus, vel cõiecturis mota procedit ad assensum, quẽ antea non habebat: deinde in phãtasia ipsa, quę est locus phãtasmatum in sensu communi. Adiecit mẽtionẽ phãtasię, vt valentius esset argumentũ: nã etiã si nihil moueretur in rebus, sola apparentia sensuum faceret motum phantasmatũ in sensu communi, vt patet in dormientibus. Et id inde potissimum confirmatur, q hęc sensum apparentia variatur ad variationem rerum iudicamus enim quandoq; sortem sedere, quandoq; vero ambulare, fit ergo variatio opinionum ac phãtasmatũ ex diuersis rerum apparitionibus: non ergo negari potest motus aliquis in rebus. Dum enim collum columbę diuersorum apparet colorum, quamuis illic fit illusio sensuum iudicantium colorem vbi non est, tamen colorum varietas ex diuerso situ columbę ad radios solis cõparet, sicut varietas colorum in Iride ex diuerso a spectu solis (sed de hoc &c.) Deinde tandem repetit explicatius rationem, quam supra fecerat: nempe, q isti, qui contra euidentiã sensuũ, quicirca prorsus obiecta non falluntur, causas exquirunt, nihil aliud agunt, quam eorũ perscrutari rationes, quę melius habemus, hoc firmiori perspicatioriq; cognitione tenemus, q̃ vt ratione alia indigeant, eo q habentur vt per se nota. Quod quidem perinde est, ac siquis diiudicare nesciat inter melius & peius, credibile, & nõ credibile, principiũ & non principiũ: melius siquidem scitur per experiẽtiam res q̃ per probabilem rationem. Et ideo talis optat id q̃ peius est: & illius rei, q̃ per se est credibilis, rõnẽ rimari, ac si nõ esset credibilis, nisi p aliud: tandẽ id q est principiũ, cõtendit ex alio priori deducere. q̃ oia vitia sunt phi. (Similiter aũt) Trãsit deinde ad 3m mẽbrũ Heracliti, q impossibile. s. est oia moueri deinde ad tertiũ iã impugnatũ, videlicet, q impossibile sit, omniũ, q̃ sunt alia quidẽ semper moueri, alia vero semper q̃escere, sine tertio medio: q̃ quidẽ tria mẽbra vnica experiẽtia simul repellunt: nempe cũ videmus quędã, q medio mõ se habẽt nimirũ q̃ quãdoq; mouẽtur, eadẽq; q̃doq; quiescũt. Cõcludit igitur cõfutationes triũ mẽbrorũ, scilicet, q sit impossibile, vel omnia quiescere semp, vel oia semper moueri, vel aliq̃ semp moueri, & alia semp quiescere, sine mediis rebus, q̃ vicissim moueãt, & q̃escãt

Opinio.

Phantasia

Textus. xxvij.

¶ Reliquum est igitur considerandum vtrum omnia sint huiusmodi vt moueãtur & quiescant, an aliqua quidẽ sic, aliqua vero semper quiescãt, aliqua autẽ semper moueantur. hoc enim demonstrandum est à nobis.

¶ In textu iam demũ. 27. ad disputationẽ descendit, q̃ prętendit ab initio: nempe cũ cõstitutũ iam sit aliqua vicissim moueri & quiescere, vtrũ oia sic se habeãt (q erat quartũ mẽbrũ diuisionis) an vero non nisi aliqua, alia autẽ semp quiescãt, quinvero immobilia sint prorsus: sed alia prętereã sint, quę semper moueant, vt in quinto tripertito mẽbro propositũ est. Hoc enim (inquit) demõstrandũ est a nobis. Q̃d est dicere. Hoc est propositum nostrũ in hoc postremo libro, vt duo hęc demonstremus, putã & primi motoris immobilitatem, & sempiternitatem primi motus, quorum prius disputat vsq; ad text. 52. posterius vero exinde.

¶ QVOD OMNE, QVOD mouetur, ab aliquo mouetur.

vide 5m phy. c. 1. text. 2.

CAPVT. IIII

et 3 cap. 4 phy.

Mouentium igitur, & eorum quæ mouentur: alia quidem per accidẽs mouent & mouẽtur, alia autem per se ipsa. Per accidens quidem: vt quæcunq; ex eo quia sunt in mouentibus, aut iis quæ mouẽtur: & quæ per partem. Per seipsa autẽ, quæcunq; non ex eo, quia sint in mouẽte, aut in eo quod mouetur, neq; ex eo quia pars aliqua ipsorũ mouet, aut mouetur. Eorũ autem que per se: alia quidem à seipsis: alia verò ab alio. Et alia quidem natura: alia verò violentia, & præter naturam: quod enim ipsum â se metipso mouetur, natura mouetur. vt vnũ quodq; animaliũ, mouetur enim animal. ipsum a seipso, quorũq; autem motus principiũ in seipsis est: hæc natura dicimus moueri. Quapropter, animal quidem totũ natura ipsum seipsũ mouet, corpus tamen cõtingit, & natura, & p̃ter naturã moueri. Refert enim & quali motu moueatur, & ex quali elemẽto cõstet. Et eorũ, quæ ab alio mouentur: alia quidem mouentur natura alia vero præter naturam. præter naturam quidem, vt terra, sursum: & ignis deorsum. amplius autem partes animalium: sæpe mouentur prẽter naturam: iuxta positiões & mutationis modos.

diuisio 1ª

Per accidens

Per se

diuisio 2ª

diuisio 3ª

maior

natus sem[per] mouere reperiat in eo

minor

ratio

Coro 1m

2 pars

¶ Poterat quidem dispositius vel hoc caput designari in superiori particula, vbi est initium textus vel hic distingui textus: sed nolumus demutare partitionem antiquam. ¶ Præmittit ergo in demonstrationis vestibulo diuisionem triplicem tam mouentium, q̃ mobilium. ¶ Prima est eorum, quę mouent,

nent,alia mouent per accidens, alia per se. Nomine accidentis complectitur & partes,vt illud dicatur mouere per accidens, quod mouet, vel ideo q̄ accidit mouẽti,vel q̄ mouit fm partem:vt si dicas Musicus sanat: nõ enim necessariũ est medico,musicum esse,dũ sanat,sed accidit ei. Vel si dicas medicus tãgit pulsum qñ digitis tangit. Pariter moueri fm accidẽs est,vel q̄ sit accidens rei mote,vel q̄ res moueatur fm partẽ. Vt si dicas:musicus sanatur,vel homo sanatur,cũ solus digitus recuperet sanitatẽ. Et vterq; modus per accidens venit in subsequentibus ad propositum. Perse autẽ mouere & moueri definit per negationem: nempe q̄ illa mouent per se,que mouent nõ propterea q̄ sunt in mouente tanq̄ accidens,nec q̄ mouent fm partem. Et pariter dicendum de his, que mouentur. Et licet videatur artẽ peruertere diffiniendi, dũ definit id,quod est per se,per id,q̄ est per accidẽs: id tamẽ fecit,au thore Albert. q̄ accidens notius nobis est,q̄ intima natura rerũ:ob idq̄ definit p ea, que nobis sunt notiora illa sunt notiora fm se. De hac autẽ diuisione in fröte libri quinti dictũ est. Secũda diuisio. Eorũ,que per se mouentur,alia quidẽ a seipsis mouentur,alia quidem abalio extrinseco. Tertia Et eorũdẽ,siue a se,siue ab alijs moueantur alia quidem mouentur natura,alia vero per violẽtiam,& preter naturam. Ostendit deindehoc,quod est secundum naturam moueri, vtriusq; competere,scilicet tam his, que mouentur ab alio,q̄ his,q̄ a seipsis,& equa ratione id, quod est per violentiã moueri Et quidem, q̄ ea, quę a seipsis mouentur, moueantur fm naturã, cuius generis sunt animalia vniuersa,probat:quoniam (vt dictum est lib.2.) illa mouẽtur fm naturam,quorum principium motus est in ipsis. Caue ergo fallaris, arbitratus,idẽ esse moueri a principio intrinseco, & taliter moueri,vt principium motus sit in ipso,quod mouetur, hocenim fm plura comprehendit,quã illud. Enim uero vt aliquid moueatur secũdũ naturam satis est q̄ principium motus sit in ipso, siue actiuum, siue passiuum:moueri autem a seipso,est principium,nõ qualecunq;,sed actiuum esse intus inmobili,non velut accidens,sed velut substantia. Procedit ergo syllogismus Aristotelis a superiori ad inferius sic Omnia, quorum principium motus est intus in ipsis,siue actiuũ siue passiuum,mouentur secundũ naturam:omnia,que mouentur a seipsis habent intra se principium actiuum, ergo mouẽtur secundum naturã. Et quanuis exemplum afferat animalium conuenit tamen & plantis a seipsis moueri. Vt vero quoniam animal ex anima constat spirituali, et materiali corpore,moderatur conclusionem:nimirum q̄ animal,si totum contempleris compositum a seipso mouetur,vt inferius fiet patentius, sed tamen corpus animalis,si comparetur,non ad mortrem animam, sed ad elementa, ex quibus constat, potest moueri,& secundum naturam, et preter naturam. Et enim quia in corporibus animaliũ terrestrium prędenominatur terra,fit,vt cum homo ascendit,corpus moueatur contra naturam,non quidem totius animalis,sed elementi,& ideo id non fit sine lassitudine. Cum autem descendit,mouetur secundum naturam. Si autem daretur aliquod animal,cui prędenominaretur elementum aeris(vt aliqui fingunt) illius quidem corpori ascensus esset naturalis,descensus vero,preter naturam. Quo fit vt intelligentię citra lassitudinem circum agant orbes,nõ solum quia ipse spirituales sunt, sed quia orbes nullum habent elementum repugnans suis motionibus. Eorum pariter,que ab alio mouentur, alia mouentur secundum naturam,vt grauia deorsum ad suum natiuum locum, quorum ideo principium passiuũ est in ipsis,vt infra patebit: est enim eorũ forma sic inclinata,que ideo a generante, ceu pulsa fertur deorsum,sicuti & grauia sursum. Subdit q̄ non solum secundũ corpus ob naturã elementi,verum secundum partes contingit animalia moueri,& fm,& preter naturam,propter naturales dispositiones & modos,quos membra sortita sunt ad motum. Si enim tibias hominis speculeris, quę per genua retrorsum flectuntur,& formam pedum intelliges motum versus anteriorem partem, esse nobis naturalem,& illum,qui est retrorsum esse preter naturam:sicuti manibus ambulare. Brachia nãque in anteriorem flectuntur partem ad ampleran dum,non ad ambulandum. Sed in brutis pedes cõtra anteriores flectuntur retrorsum,& posteriores versus caput:qr ita ad aptantur suo motui.

¶Et maximè moueri ab eo, quod mouetur in iis, quæ preter naturam mouẽtur: est manifestum: propterea quod manifestum est ab alio moueri. post ea autem que sunt preter naturam:eorum quæ secundùm naturam, ipsa quæ à seipsis, vt animalia, non enim hoc est immanifestum, an abaliquo mouentur sed quomodo oportet accipere id ipsius quod mouet & id quod mouetur. Videtur enim vt in nauibus, & in iis, quæ non natura constant: sic & in animalibus esse diuisum id quod mouet &id quod mouetur,& sic totum ipsum seipsum mouere. Maximè autem dubitatur:reliquum dictæ vltimæ diuisionis,eorum enim quæ abalio mouentur hęc quidem pręter naturam posuimus moueri,alia autemrelinquuntur opponi,quia natura. Hęc autem sunt:quę dubitationem afferunt,à quo moueantur vt leuia,& grauia: hæc enim ad opposita quidem loca violentiamouentur.ad propria autem: leue quidem sursum, graue autem deorsum natura.

¶Superiori prępmissa diuisione,in textu hoc.28.disputationem imt illius conclusionis, cuius in principio septimi meminerat,omne quod mouetur, ab aliquo mouetur, quę quidem necessaria est ad demonstrandum primum motorem esse immobilem. Ob idq̄ non est inanis repetitio, vt quidam autumant:illic nãq̄ in ingressu disputationis de primo motu & primo motore demonstrauit hanc preambulam propositionem in genere exnatura motus,hic autem ad ostendendum quinam,qualisque sit primus ille motor, commonstr at eãdem in singulis specieb⁹ motus. Pretermittit autem illa,q̄ per accidens

Motus secũdum partes animalium.

Textus xxviij.

Animalia secundum, & preter naturam mouentur.

cidens mouentur, vt pote, quę ad motum moueantur alienum: sed in ijs, quę per se mouentur, illam patefacit. At vero hoc in initio statim animaduerte, q̄ axioma hoc nō constituitur a philosopho sub hac forma, Omne quod monetur ab alio mouetur eo q̄ moueri ab alio pro eo vsurpat, quod est moueri ab extrinseco supposito. Sed est, omne qđ̄ mouetur, mouetur ab aliquo: puta distinctio a mobili, siue illi intrinseco, siue extrinseco. Alias nihil esset dicere: nec quicquam proposito inseruiret. Incipit ergo a notissimo, dicens, id quod mouetur, moueri ab aliquo, in ijs maxime manifestum esse, quę pręter naturam mouentur, eo q̄ sit compertissimum moueri ab alio: vide quomodo moueri ab alio, est moueri ab extrinseco, violentum enim authore Aristo. 3. ethi. est, cuius principium est extra, nullam conferente vim passo. Unde Them. nihil se (inquit) contra naturam moueret, nisi externa vis cogeret & alienus impulsus. Caue autē a versione illa, quę habet moueri ab eo quod mouetur &c. Hęcce nanq̄ non est nisi, ὑπ' ἄλλου, hoc est, ab aliquo. Nec relatiuum refert dictum ablatiuum, sed sensus est, rem motam moueri ab aliquo (postea) diuisim legēdum est. i. Post illa autem, quę pręter naturam mouentur, vti animalia, videlicet habentur: hoc est, mouētur quoq̄ ab aliquo. Et quoniam de his non est euidens, sed sunt in secundo gradu, non dixit, hoc esse manifestum, scilicet ad sensum, sicuti de violenter motis, sed, non esse immanifestum an ab aliquo moueantur: quoniā ratione & definitione anime, & corporis deprehēditur, illam esse, per se motricem, hoc autē, perse motum. Est enim anima, actus corporis physici organici potentia vitam habentis. Hoc verūtamē non vsq̄ adeo patescit, quomodo distinguatur in animali ipsius, hoc est, illa pars ipsi⁹ animalis, quę per se mouet, ab illa, quę mouetur: vtrū re scilicet, an sola ratione: nam prima fronte videtur vulgo, q̄ omnino in naturalibus animatis perinde res habeat, vt in his, quę non natura constant, puta in artificialibus: nempe, q̄ sicut in nauibus, & in curribus nauta, & auriga mouet gubernando nauim, vel currum, ad cuius motum sedens ipse per accidens mouetur, ita sit & de anima respectu corporis: quādoquidē per artē innotescit natura, quam imitatur. At vero vtrum anima se habeat vt nauta, primo de anima disputatur, vbi latū statuitur interstitium: nam anima est actus corporis, qualis non est nauta nauis. Quomodo autem distinguatur pars per se mouens ab ea, quę per se mouetur, statuere id pergit in subsequentibus. (Maxime autem &c.) Trinam diuisionem premiserat eorum, quę mouentur: vt pote eorum, quę per se, & per accidens mouētur. Et hoc secundo membro intermisso, ea, quę perse mouentur, quędam, in quiebat, mouentur a seipsis, vt animalia, de quibus iam modo dictum est, moueri ab aliquo coniuncto principio. Eorum autem, quę mouentur ab alio (q̄ vocat hic vltimam diuisionem) aliqua mouentur pręter naturam, quę ante aduerat perspicuum esse moueri ab aliquo forinseco principio. Reliquum ergo, inquit, membrum dictę diuisionis dubitationem habet: nimirū graue, & leue, dum ad propias mouentur sedes, aquo moueantur: nam dum ad opposita mouentur, vt graue sursum, & leue deorsum, iam constat moueri per violentiam.

Notaomne qđ̄ mo. ab aliquo mo.

Quopacto animalia a seipsis mouentur.

Textus. xxix.

¶A quo autem, nō adhuc manifestum: vt cum mouentur preter naturam, etenim ipsa a seipsis dicere: impossibile est. vitale enim hoc: & animatorum est proprium. Et sistere possent, seipsa: di- 2 to co autem: vt si ambulandi causa sit sibi, & non ambulandi. Quare si in ipso 3 to igne est, sursum ferri, manifestū quod in ipso & deorsum. irrationabile autē est illud, vno motu moueri solum à se ipsis, si ipsa seipsa mouent.

¶Dispertitur autem disputationem hanc de motu naturali graui, & leui: qm̄ primo constituit. 4. argumentis non moueri a seipsis, & deinde ostendit a quo moueantur. Causa igitur dubitandi est, q̄ sm se & naturaliter mouentur, fit, vt in seipsis existat principium motus: est siquidem natura (vt in. 2 visum est) principium motus eius, in quo est &c. Ex quo rursus videtur consequens, vt a seipsis moueā tur. At primum in contrariū, Aristo. argumentum est. Moueri a seipsis, est proprium animatorū, veluti peculiare officiū vitę grauia, & leuia non viuunt, ergo neq̄ a seipsis mouentur. Prior assumpta est omnibus philosophis in confesso, vt patet ex Aristo. 1. de anima, et ex Platone, in phedro. Ubi ait qđ̄ externo ciētur motore, in animum est: sed illud, cui internum adest mouēs, & a seipso agitatur, animatū est, Animatum, inquit, qz nō solū animalibus, sed etiam viuentibus plantis conuenit. Secundū argumētū est. Quęcūq̄ sibi sunt causa motus, sunt etiā, & sibi quietis: nēpe, vt sistere seipsa possint, vbi voluerint: quę enim ambulandi potestate pollent, in potestate quoq̄ habēt sua gradū sistere, vt in animalibus compertum est, grauia & leuia cessare nequeunt a naturali motu nisi extrinsecus cohibita, ergo. At ne vllus sit locus cauillo, q̄ quiescunt in suis natiuis locis, adhibet syllogismum tertium validiorem. Si in igne. v. g. esset ferri sursum, hoc est si principium & facultatem haberet mouendi se sursum, eadem valeret mouere se deorsum, & quoquo versum: cum enim in animalibus, eo q̄ a se mouentur, perspicuum sit, non ad vnam tantum differentiam positionis moueri, irrationabile est illud igni & terrę tribuere, q̄ moueantur a seipsis, & tamē vni eo rectissimo motu per lineam breuissimam. Hęc duo tamen argumenta, de motu locali, qualem grauibus & leuibus competere cernimus proprie intelligito: nam planta licet a seipsa moueatur, motu s. augmentationis, non tamen potest pausare motū nisi alimentum illi adimas: nec proprie mouetur, ad omnem differentiam positionis: quia nec mutat locum: mouet se tamen pluribus motibus: siquidē nutrimentum alterat, quo nutritur, & augetur. At quoniam motus localis abintrinseco fieri nequeat nisi per appetitum, inde fit, vt quoquo versum procedat, & sisti quoq̄ possit ab intrinseco.

Causa dubitandi.

Grauia, & leuia non mouetur a seipsis.

Textus. xxx.

¶Ampliūs quomodo contingit, continuū aliquod, & consitū ipsum seipsum mouere? Quatenus em vnum & continuum, non tactu, eatenus impassibile est, sed quatenus separatū est, eatenus hoc quidē aptū natura est facere, illud verò pati. neque ergo horum vllum: ipsum seipsum mouet (cōsita enim sunt

neq; aliud continuum vllum. sed neces se est diuidi mouens in vno quoq; : ab eo quod mouetur, ut in animatis vide. mus: cùm aliquod animatorum, mouet illa. sed accidit : & hæc ab aliquo sem- per moueri. ſ. grauia et leuia

¶Quartam demum rationẽ subtexit in textu hoc 30. quę paulo est aliis inuolutior : in subsequenti- bus autem textu scilicet. 4. & infra perspectius ex plicatur: vbi in his, quę a seipsis mouentur, discer netur pars per se mouens a parte per se mota. Ni- titur autẽ huic fundamẽto, qõ moueri dicit poten tiã, mouere vero actum. nihil. n. calefit, nisi quate- nus caret gradu quopiam caloris, ad quem est in potentia: neq; mouetur ad talẽ gradũ nisi ab eo qõ actu habet illum. vnde fit q si aliquid mouetur a se distinguenda sit pars que sit in potentia ad talem locum, vel formam, ab illa, quę est in actu, vt totum secundum diuersas partes, scilicet mouentem, et motam, moueatur: quę sint ideo quodam modo cõ- tiguę. Est ergo syllogismus talis. Cõpositum, qua- tenus vnum simpliciter, non tactu, hoc est, non cõ- tiguum, sed continuum, & consitum, hoc est vnitas habens partes, impassibile est (scilicet a seipso) qa non potest seipsum mouere, at quatenus separatũ est, id est constans ex partibus quodam modo diuisi ctis, & tactu contiguis, ea ratione seipsum mouet: quia distinguitur in duo, quorum vnum est aptum facere, & aliud pati: elementa vero, quibus primo conueniunt motus, de quibus nunc loquimur, sur- sum & deorsum, sunt simpliciter continua ex parti- bus haud quaquam dissimilibus: ergo neque ipsa, neq; alia similia continua possunt ase ipsis moueri, sed necesse est vniuersaliter distinguere mouẽs ab eo, quod mouetur: vt patet in inanimatis, quando ab animalibus mouentur, vt cum homo manu ta- ctat lapidem, vel nauta mouet nauim. Sed redar- guet protinus quisq;, sicut in animali distinguitur anima, velut pars per se mouens a corpore, velut parte per se mota, ita & in graui & in leui distingui tur forma a materia : mouetur ergo graue a pro- pria forma, sicuti & a sua, animal. Responsio tamen est Commentatoris, eademq; legitima, q potentia materię tantum est ad esse simpliciter, quod actu sortitur a forma: mouere autem & moueri supponit actu esse subsistantiale, obidq; in quocunq; motu di- stinguenda sunt duo actu entia, quorum alterum sit mouens, alterum mobile. Vnde anima non dici- tur actus materię, sed actus corporis physici orga nici &c. quod in inanimatis non comperitur. Sed de hoc limatius in quęstione secunda.

¶Fiet autem vtiq; manifestum diuidẽ tibus causas: est autem & in mouenti- bus accipere que dicta sunt, alia autem præter naturam ipsorum motiua sunt. vt vectis: non natura põderis motiuus est. alia verò, natura. vt actu calidum motiuum est calidi potentia, Similiter autem & in alijs huiusmodi, & mobile autem similiter natura: quod est poten tia quale, aut quantum, aut, vbi, cumha beat principium tale in seipso, & non secundum accidens. erit enim idem, & quantum, & quale, sed alterum alteri accidit, & non secundum se ineſt. ignis itaq;, & terra mouentur ab alio, violen tia quidem, cum preter naturam. natu- ra autem, cùm ad suos ipsorum actus, potentia existunt.

¶Descendens in textu hoc demum. 31. vt causas af ferat, quibus, & grauia, & leuia mouentur, ait, q si cuti inter mobilia, sic inter mouentia est distingue re, q alia est causa per accidens mouens, vt vectis. Nomen est a vehendo tractum : & est palus vel li gneus, vel ferreus, qui cementarijs in plurimis est vsui: quibus asseribus (vt legitur in Exodo) ba- iulabatur arca testamenti. Aliq (vt Albertus) volũt esse ferreas machinas ad tractandos lapides in bel lo: ac si dixisset ballista: huiusmodi enim instrumen ta cum sint grauia, & organis careant, non suapte natura mouent pondera, sed arte : quandoquidem contra naturam grauis mouent illa quandoq; sur- sum, alia vero per se mouent, vt ignis per se calefa cit: & calefaciendo per se sulphureos pulueres, per accidẽs emittit glãdem. Similiter & mobile, aliud est natura sua potentia mobile: vel ad qualitatem, vt aqua est potentia calida, vel ad quantitatem, vt exigua plãta, est potentia magna, vel ad, vbi, vt ig- nis in furno calcis, est potentia naturali in conca- uo lunę, & quem exurit lapis, in centro terrę. Et ne obijcias non in esse istis intus principium actiuum talium motuum: subdit, q habet vnum quod q; prin cipium per se, & non secundum accidens (quę est d finitio naturę) passiuum saltem, quod sufficit, vt mo tus sit naturalis. Et quia dixit, non secundum acci dens, subiungit, q potest res eadem esse in poten tia ad quantitatem, & ad qualitatem, ad vnam per accidens, & ad alteram per se : vt si dicas frigidus infans est in potentia procerus, hoc est per acci dens: quia accidit paruo, vt sit frigidum, sed est q se in potentia ad calorem, sicut paruum ad magni tudinem. Itaq; ignis & terra sunt in potentia du plici, scilicet, in non naturali, sed per violentiam, vt ille moueatur deorsum, hęc vero sursum & natura li, cum contra ad suas proprias sedes feruntur.

¶Quoniam autem quod potentia est, multipliciter dicitur, hæc causa est, vt non sit manifestum à quo hæc moue- antur, vt ignis sursum, & terra deorsum est autem potentia aliter sciens, qui di scit, & qui habet iam, & non contem- platur. semper autem, cùm simul actiuum & passiuum sint, fit aliquando a- ctu quod est potẽtia, vt ipsum discens. & ex eo quod potentia est, alterum fit potentia. qui enim habet scientiam nõ autem contemplatur: potentia est sci- ens quodã modo, sed non vt antea quã disceret. cùm autem sic se habet, si ali- quid

exponit quare non mo sem accidens.

ostendit q grauia et l moueant nate. sue viol mouentur ab alio.

mobile

Sufficit ꝓn cipium pas siuũ vt mo tus sit natu ralis.

Textus. xxxij.

quid non prohibeat, operatur & contemplatur, aut erit in contradictione, & ignorantia. similiter autem hæc se habent: & in Physicis. frigidum enim potentia calidum est. Cùm autem fuerit mutatum, iam ignis est. vrit autem: nisi quid prohibeat, & impediat. similiter autem se habet & circa graue & leue. Leue enim fit ex graui vt ex aqua: aer. hoc enim potentia primum: & iam leue est, & operabitur confestim: nisi quid prohibeat. actus autem ipsius leuis: est alicubi esse & sursum. prohibetur autem cùm in contrario loco est, & hoc similiter sese habet: & in quanto, & in quali. Attamen queritur hoc, quare ad suum locum mouentur leuia & grauia: Causa autem est: quia apta natura sunt aliquo. & hoc in est ipsi graui & leui esse, hoc quidem ipso sursum, illud autem ipso deorsum determinatũ. Potẽtia autem est & leue & graue multipliciter: sicut dictum est. cùm enim est aqua: potentia quodammodo est leue, & cum aer est: adhuc potentia est: ~~ad huc potentia est~~ contingit enim impeditum: non sursum esse. sed si aufera tur impedimentum, agit, & semper superius fit. similiter autem & quale, vt actu sit, mutatur. illico enim contemplatur sciens: nisi aliquid prohibeat. Et ipsum quantum extenditur, nisi quid prohibeat. Qui autem id, quod sustinet, & prohibet amouit, est vt moueat, est verò, vt non. vt qui columnam diuulsit, aut qui lapidem remouit à vase in aqua. secundum accidens enim mouet, sicut reflexa sphæra, non à pariete mota est, sed à proiiciente. Quod igitur nihil horum ipsum mouet seipsum manifestum est, sed motus habet principium, non mouendi, neque faciendi, sed patiendi.

¶ In text. igitur. 32. constituit huiusmodi motuum naturales causas, præmissa etiãnum alia sub diuisione huius, quod est, esse potentia mobile: ob cuius inquit inscitiam, ignorat a quo hęc moueantur. Est enim potentia, altera remotam, altera vero proxima: Discipulus namque est potentia remota sciens, quandiu discens nondum acquisiuit habitum: ¶ Philosophus vero doctor habituali scientia imbutus, dum dormit, vel alia curans, est proxima potentia sciens: quia non exercet contemplationis actum. Et longum inter est discrimen, quod, qui priori modo est in potentia, non fit in actu, nisi per extremum agens: vt discipulus per doctorem: quia non habet in se formam, qua moueatur. Et hoc est, quod ait, quod semper, si actuum & passiuum sint simul applicita, fit aliquando, id est aliquo tractu temporis, in actu, quod erat in potentia: vt qui erat dicens, fit doctus. Sed tamen ex priori potentia nascitur potentia alia: nam qui euasit doctus, dum non contemplatur, est in potentia quodammodo sciens: at, non vti antea: quia iam non eget extero motore, quin per se statim, nisi impediatur, reducetur ad supremum actum contemplando. (Similiter autem) Applicat hęc intellectu alia ad sensibilia ¶ Physica: et primo ad qualitatem. Id enim (inquit) quod est suapte natura frigidum, vt aqua, potentia (scilicet remota, naturali tamen ratione materię) est calidum: cum autem fuerit mutatum, hoc est, ex aqua ab extrinseco fuerit genitus ignis, iam actu calidum est, ¶ Quare statim vrit, nisi prohibeatur. Et dum cohibetur, erit in potentia propinqua vrens: quia habet in se formam vrendi. Similiter, & se res habet circa graue & leue: aqua enim est in potentia remota leuis: ad cuius actum forinsecus reducitur quando vertitur in aerem: et tunc nisi impediatur confestim operabitur, vt pote ascendendo: sed quandiu inhibetur, est in potentia propinqua ascendens: nam actus ipsius leuis est, alicubi esse, puta sursum. Et hoc (inquit) similiter habet in quanto, & in quali. ¶ Horum fortasse exempla ideo prętermiſit noua, quod et paurilum aquę est in potentia remota ad decuplam quantitatem, ad quam augescit dum trãsformatur in aerem. Et si hic distantiam nequiueris tam luci de deprehendere inter potentiam propinquam et remotam ad quantitatem, esto tibi exemplum, par uum animalis semen, quod in potentia remota est ad quantitatem animalis, cuius actum acquirit cũ fit animal: sed deficeps vbi defectu alimenti, vel aliunde pausatio fit inaugmẽto, augetur in potentia propinqua, idcirco & habet formam, per quam augeri potest. Atq; idem contempleris in qualitatibus: est. n. semen humanum in potentia remota ad risum, sanitatem, lętitiam &c. sed animatum, si vel per morbum vel per aliud obstaculum cohibeatur, erit in potentia propinqua. sanus, lętus, rides, &c. (Attamen queretur) Et cum enuntiauerit, leue suo pte ingenio sursum, graue vero, deorsum ferri, intertexit interrogationem, qua posset quispiam facere. Cur videlicet ad talia loca mouentur: aliud enim est querere, a qua causa moueantur, aliud, cur. Et huius causam nullam prętera reddit, quam ipsarum naturam rerum, quę. s. apta sunt moueri aliquo. i. ad locum aliquem suę quietis. Et hoc in est ipsis a natura: vt esse hoc scilicet ipsius leuis, ipso sursum determinatum sit sicuti esse illud, puta ipsi⁹ grauis, loco deorsum. Quasi dicat, hęc est differentia inter graue & leue: nam sicuti proprium hominis est ridere, ita proprium est leuis, aptitudo ad sursum. (¶ Potentia autem est &c. Repetitit sub epilogo duplicẽ potentiam grauis, & duplicem leuis, quę iam satis dilucide exposite sunt. (¶ Qui autem id quod sustinet mouet &c.) Ex his demũ colligit causas motricis grauium, & leuiũ, quarũ altera est

per

Cause quę mouẽt grauia & leuia

per accidẽs, altera vero per se. Ut prętermittit repetere causam per se, quam textu sequenti palam profert, & in superioribus satis ac sup aperuit: nã generans aerem ex aqua, impertiendo illi formã leuis, effert per se illã sursum: & illa causa, quę in sublimi ex vaporibus, seu aquam gignit, seu grandinem, defert illos deorsum. Sed tñ quoniã vsu venit hęc impediri a remotãtibus eiusmodi motus, ait, q̃ qui id amouit, quod sustinebat molẽ, est vt moueat, est vero vt nõ moueat: hoc est, quodãmodo mouet, quodãmodo vero minime. Ut qui colũnam diuulsit, qua structura domus erat enixa, is quidẽ secundũ accidens tectũ deorsum mouit, tanquã remouẽs prohibens. Sicut ille, qui lapidẽ remouit a vase in aqua. Sunt qui intelligant de lapide obstruente os vasis, quo ore effundit aqua, verũtñ tam ratio, quã phrasis aliorsum spectat.

Exemplo nãq; de casu grauis subiecit alterum de ascensu leuis. Appellauit. n. vas, vel inflatum vtrẽ vel vacuũ doleũ ligneũ, quod superposito lapide, vter, propter inclusum aerem, ascendit protinus, vt supernatet aquę. Sed intuere ingenium philosophi, quã pulchro exemplo, subtractã per se causam pandit. Sicuti iactata (inquit) sphera, seu pila in parietem, a quo reflectitur, nõ per se mouet a pariete motu reflexo, sed per accidens, per se autem a pęriciente, qui impressit impetũ, sic generantia per se mouent graue & leue. [Quod igitur nihil horum &c. Infert cõclusionem cum moderamine: scilicet, q̃ nihil horum seipsum mouet, sed est nihilominus in ipsis principium talium motuũ: non quidem actiuum, sed passiuum, tam videlicet materia, quã forma, quã prętera gravitas, vt quę stione. 2. explicabit: & ideo sunt motus naturales.

In grauibus est principium sui motus.

Textus. xxxiij.

Si igitur omnia quæ mouentur, aut natura mouentur, aut pręter naturam, & violentia: & quæ vi & præter naturam omnia à quodam & ab alio, eorũ autem quæ natura rursus, & quæ à seipsis mouentur, ab aliquo mouentur: & quæ nõ à seipsis, vt grauia & leuia (aut enim ab eo quod generauit, & fecit leue, aut graue: aut ab eo, quod impediẽtia & prohibentia soluit) omnia vtiq; quæ mouentur, ab aliquo mouebũtur.

DE IMMOBILITATE primi motoris.

CAPVT. V.

Prętermittit duas diuisiones

HOC autem dupliciter. Aut enim non per se ipsum mouens, sed per alterũ quod mouet mouẽs: aut per seipsum. Et hoc aut primum post vltimum, aut per plura. Vt baculus mouet lapidem & mouetur manu mota ab homĩe hic autem: non ampliùs ex eo, quia ab alio moueatur. Vtraq; igitur mouere dicimus, & primum, & vltimum mouentium: sed magis primum. Illud em̃ mouet vltimum, sed non hoc primum: & sine primo quidem vltimum non mouebit: illud autem: sine hoc, vt baculus non mouebit, non mouente homine.

1ª diuisio. ex sexta Fragmentũ eiusdẽ Textus. xxxiij.

2ª diuisio ex 7ª

comparat vtrãq; motui

probat duabꝰ rõibꝰ

2ª rõ.

¶Hic diuidit capitulũ quintum, vbi potuisset Cõmentator designare textu. 34. sed maluit fragmentum hoc, ob perpetuitatem orationis assuere textui trigesimotertio. Exoritur hic autẽ demõstrare immobilitatẽ primi motoris ex prędicta mũe conclusione, id quod per totum hoc capitulũ absoluit textibus vndecim. Procedit autem gradatione optima, ordine pene mathematico per ppositiones. Prętiacta nãq; vti prima basi, omne quod mouet, ab aliquo moueri, superstruit secũdam propositionem, videlicet in mouentibus, & motis non abiri in infinitũ, sed in vtranq; partẽ peruenirí, ascendendo ad primũ mouens, & descendendo ad vltimũ. Hunc autem prędictis talem diuisionẽ, quã appendit superiori fundamento. Cũ omnia q̃ mouent, moueant ab aliquo, hoc cõtingit dupliciter. s. vel ab eo, qõ non est p̃ se, hoc est, propria virtute mouens, sed est mouens per alterũ, puta virtute alterius: qõ mouet virtute propria: vt cũ lapis mouetur a baculo, vel a manu, q̃ non per se mouet, sed virtute hoĩs per se mouẽtis ipsam. Secõdo modo aliquid mouet ab eo, qõ per se mouet: sicut lapis: et manus mouent ab hoĩe. Et qõ mouet propria virtute dicitur primũ mouens: mediũ vero mouens motũ appellat secũm: sed res mota non mouẽs, nominat vltimũ. [Et hoc.] Scilicet q̃ aliquid moueat per seipsum, cõtingit dupliciter: videlicet aut per vnum mediũ, vt principale agens moueat illud, q̃ primũ est post vltimũ. Exempli gratia, quando hõ mouet manu lapidẽ, mouet illam, q̃ est prima post vltimũ. i. proxima lapidi. Aut per plura media: vt cũ ludentes pueri certatim baculis agitant lapideum globum. Tunc. n. baculus mouet lapidem, sed baculus mouet a manu, mota ab hoĩe: hic añt puta. homo, nõ amplius. s. mouet: ex eo, q̃ ab alio mouet. i. tanquã ab alio motus, sed virtute ppria. Hęc est expositio Alberti & S. Tho. sed tunc prętermittit modꝰ quo aliquid mouet sine medio ab ipso per se mouente, vt cũ aer calefit ab igne, & ęgrum voluitur ab intelligentia: quare forsan placebit alia lectio, vt (primũ) nõ sit accusatiuus, sed nominatiuus

Secũda ꝓpositio.

Diuisio.

Recapitulatio.

¶Tex. hic veniq; trigesimuotertius, inductio est qua princeps conclusio colligitur. Si igitur, inquit, omnia quę mouentur, aut natura, aut pręter naturam & violentia mouentur: & quę violentia mouentur, a quodam mouentur, puta ab extrinseco: eorum quę rursus natura mouẽtur, ea quę a seipsis motu cientur, vt viuentia, ab aliquo etiã mouentur, scilicet a distincto a se principio cõiuncto: sed & ea, quę non a seipsis mouentur, vt grauia & leuia, vel a generante, vel a remouente, phibens mouentur, consequens fit, vt omne quod mouetur, ab aliquo mouetur. Intellige (vt supra prę monuimus) ab aliquo, quoquo pacto distincto, alias propositio non erat digna tanta disputatiõe, neq; ad rem prętentẽ quicquã cõduceret.

S. Thom. in hunc text. 32. infert q̃ manifestũ ẽ grauia & leuia non moueri ase sed ab alio. Aliquo distante ab eis q̃ quãdiu ꝑ minationis habeant in se principium motus secũ passiuũ sui motꝰ tamẽ illud ẽ passiuũ & actiuũ ab extrinseco / In hunc capitꝰ dicit q̃ grauia & leuia mouent sursũ q̃ suapte nãta apta nata moueri ad tale locum. Et leuia sursum ob eadẽ rationẽ, et mouẽt nõ ab se sed agente

minatiuus, in hoc sensu, q̃ per se mouens, vno pacto mouet sine medio, sed est primũ post vltimum hoc est proximũ, rei postremo motę, aut per vnũ, aut per plura media. [Utraq; igitur] Prędhabitis diuisionibus, adhibet documentũ, q̃ licet vtraque dicant mouere: nimirũ tam vltimũ: quã primũ mouentiũ, ꝛ pariter inter media, tñ primũ. ſ. qõ propria virtute mouet, ꝛ vnde enascitur motus, magis, potiusq; mouet: tum q̃ illud, veluti motus origo, reliqua moueat, nõ autem cõuersim mouetur ab illis, tum etiam q̃ reliqua a primo dependent, vt sine quo mouent nequeunt, nõ autem viceuersa, sed põt primũ absq; aliis mouere.

Textus. xxxiiij. Si ergo necesse est omne quod mouetur, & ab aliquo moueri, & aut ab eo quod mouetur ab alio, aut nòn: & si ab alio quidem quod mouet: necesse est aliquid esse primũ mouens: quod non ab alio. Si autem huiusmodi est primũ, non necesse est esse alterum. Impossibile enim est in infinitũ abire mouens & ipsum quod mouetur ab alio, infinitorum enim nihil est primum. Si ergo omne quidem quod mouet ab aliquo mouetur, primum autem mouens mouetur quidẽ, non autem ab alio: necesse est ipsum à se ipso moueri.

Platonis dogma.

¶ Dis prędactis: ordit in hoc tex. 34. ratiocinationem ostendentẽ deueniendũ esse ad primũ per se mouens. Quę erat scõa propõ. Est id verũtñ operę prętiũ adnotare, q̃ (vt hic Cõm. ꝛ infra tex. 39. ꝛ Eudemus referente ibidem Simplicio, ꝛ enarratores omnes aiunt) Plato persistit in illa sñia, q̃ omne qõ mouet, moueat, atq; adeo primũ mouens, cũ non moueat ab alio, moueri a seipso. Et iõ prius hic Phil. vsq; ad tex. 39. cõstituit cũ Platone nõ esse pcessum in infinitũ in mouẽtibus motis: ad deueniendũ esse ad primũ mouens, qõ non ab alio, sed a seipso mouet. Et deinde cõtra Platonẽ, ex sua ipsius cõcessione, infert perueniendum tandẽ ad primũ mouẽs immobile. At vero de Arist. dubiũ multis authoribus adhuc est, quidnam de hac re senserit, videlicet vtrũ primũ mobile seipsum moueat: ꝛ ideo verba semp eius obseruabimus vsq; ad .q.3. in qua res examinabit, ꝛ p parte negatiua definiet. Vtrũ qr idẽtidem hic recurrit hęc Platonis opinio, pfunctorie adnotabo, nõ esse tantũ dissensionẽ inter eũ ꝛ Aristo. q̃ta apparere alicui forte põt. Haud enim cogitauit, primũ mobile, hoc est cęlũ, seipsum mouere: sed primũ seipm mouẽs censebat esse aiam, tñ cęli q̃ nostrã: vt ptz in Timęo ꝛ in Phedone, ꝛ de legibus lib. 10. Hęc vero (vt. S. Tho. in fine. 7. ꝛ cõtra Hẽtiles. c. 13. adnotauit) ita multũ ab Arist. differebat: haud eñ dicebat aiam per se moueri motu corporeo, sz solũ motu spũali: qõ Alber. infra super tex. 42. ad monet. Differebãt ergo, q̃ Plato ponebat aiam cęli ex eo mouere orbẽ: q̃ seipsa mouebat: faciẽdo eñ per intellectũ in se formas intellectuales, putabat mouere orbem. Id qõ ꝛ nris animis tribuebat respectu corporũ. Aristo. vero negat aiam mouere seipsam propriè p se fert. vt. 1. de aĩa latissime cõtra Platonẽ ꝛ reliquos Phi. docet: vbi tex. 45 refert verba Platonis in Timęo, vbi dicebat aiam ñ reflectendo se supra se mouere se quodã modo circulariter ꝛ ideo similiter mouere orbẽ. Aristo. igitur docet, id qõ mouet, haud necesse esse vt per se moueatur. Quin vero intelligere aię potius est quiescere: mouet autẽ per accidens ad motũ corporis. De hoc autẽ Plenius. q. 3. Hac ergo via ingredit ad demonstrandũ primũ motorẽ esse immobilem: nimirũ partiẽdo in duo hanc disputationẽ, vt in quinq; prioribus textibus demonstret, q̃ neque si admittat, omne mouẽs moueri, sit talis processus in infinitũ, vt omne mouẽs moueat ab alio, verum deueniendũ esse ad primũ mouens, qõ non ab alio mouet, sed a seipso moueat, ꝛ in quinq; de inceps subsequentibus ex hoc ipso cõstituto elicit suam veritatẽ: nẽpe inficias a nemine iri posse, cuiuscũq; sit opinionis, quominus deueniendũ sit tãdẽ ad primũ mouens, qõ sit orbis immobile. Est ergo demõstratio hmõi. Cũ omne, qõ mouet moueat ab aliquo, necesse est vt moueat, vel ab eo, qõ ab alio mouet, vel ab eo, q̃ nõ ab alio sed a se mouet. Si ab eo, qõ ab alio mouet, necessariũ sit, vt deueniat ad primũ mouens, nõ motu ab alio. ſ. supposito distincto. Si autẽ deuentũ fuerit ad primum, nõ necesse est esse alterũ, vnde motus dependeat: qñ cũ illud nõ moueat ab alio, in illo erit caput ꝛ origo motꝰ. [Impossibile. n. est in infinitũ abire motũ.] Hanc nõ existimes demonstrationẽ esse sentẽtię huius p ximę, q̃ vbi peruenit ad id, qõ non mouet ab alio, nõ necesse est esse alterũ. Sz est õmõstratio alterius superioris. Si id, qõ mouet mouet ab alio qõ mouet ab alio, ꝛ illud rursus ab alio, deueniendũ est ad primũ. alias abitio (inquit) esset in infinitũ: qõ est impossibile. Hanc. n. impossibilitatem aliter stabiliuit in septimo, hic vero hac rõne manifestã facit. Infinitorũ versus illud extremum quo procedunt, nõ datur primũ: nam infinitũ dicit negationem principii, vbi autẽ in mouentibus non est primum, nullus potest existere motus, qr (vt paulo ante dicebat) primũ mouens subsequentia: quare vbi, non est primum mouens, nullũ subsequentiũ mouebit: vt si hõ nõ moueret, nec moueretur, manꝰ nec baculus, nec lapis. [Si ergo omne.] Cõcludit ergo, q̃ si omne, qõ mouet, mouetur ab aliquo. ſ. vel coniuncto, vel extraneo: ꝛ primũ mouẽs (vt ostensum est) non mouetur ab alio nimirum distincto supposito, mouetur tamen (vt ait vulgus Philosophorum) necesse est vt moueatur a seipso, hoc est, vt in seipso habeat principium sui motus animaduerte, q̃ syllogismus non cogit, nisi, statuendum esse primum, quod per se moueat, siue moueatur ipsum, siue immobile sit. Et admissa paulisper opinione Platonis, concludit solum q̃ primum mouens non mouetur ab alio, sed vel a nullo, vel a se.

Demõstratio.

Mentabile.

Ampliùs autem: & sic ipsam hanc rationem est, aggredi. omne enim mouens, & aliquid mouet, & aliquo. Aut enim seipsum mouet ipsum mouens: aut alio. vt homo seipso, aut baculo. & ventus deiecit, aut ipse, aut lapis, quem impulit. Impossibile est aũt mouere sine eo quod, seipso mouet,

Textus. xxxv.

id quo

id quo mouet:sed si ipsum seipso mouet:non necesse est aliud esse quo mouet.si verò sit alterum id quo mouet, est aliquid quod mouebit,nõ quodam sed seipso,aut in infinitum abibit.Si vero aliquid quod mouetur mouet : necesse est stare & non in infinitũ ire. si enim baculus mouet ex eo quia mouetur à manu:manus mouet baculũ: si autem & hanc aliud mouet:& hũc aliud aliquid mouens est. Cùm itaq; aliquo moueat semper alterũ:necesse est primum ipsum esse seipso mouens.Si igitur mouetur quidem,hoc,non autẽ est aliud mouens ipsum:necesse est ipsum seipso mouere.quare & secũdum hanc rõnem,aut mox id qđ mouetur,ab eo qđ ipsum seipso mouet,mouebitur:aut venit aliquando ad aliquid tale.

Mouere p se, vel per aliud.

¶In tex.35.rationem proximam,quã ascendendo deduxerat,cõuersim descendẽdo magis illustrat. Quocirca mouere p se,vel per aliud,aliter hic ꝙ illic vsurpat.Dicebat eñ illic,mouere per se, idẽ esse,qõ mouere propria virtute,& mouere p aliud, virtute aliena.Et homo mouet per se,baculus autem per hoiem:hic aũt contra:mouere per se, aut seipso,est mouere attingendo mobile absq; medio qõ sit eius instrumentũ:& mouere p aliud,seu,alio est mouere per instrumẽtũ.Sicuti hõ mouet p baculũ:baculus vero,p se.Habet quidẽ & hoc verũ in quibuscũq; causis subordinatis:cęlum quippe mouet per causas particulares:sed tñ vtitur exẽplis instrumentorũ,quę nostris sunt sensibus familiaria.Ait igitur,ꝙ eandem ipsam rõnem aliter est aggredi,qz omne mouens,& aliquid mouet, & aliquo igitur aut ipsum mouens seipso mouet absq; medio instrumento,vt intelligẽtia mouet cęlum: aut alio:vt ventus seipso mouet lapidẽ,lapide vero demolit obiectã arborẽ,vel ędificiũ. Et subdit differentiã,ꝙ id quo mouet,puta instrumentum, impossibile est mouere sine eo,qõ seipso mouet: vt baculus non põt mouere sine homine:qz cũ omne agens agat per cõtactum,necesse est instrumenta attingi ab eo,qõ seipso mouet:attñ nõ est vice versa necessarium,ꝙ si aliquid seipso mouet, sit aliud quo moueat.Arguit igitur inde,ꝙ si id quo mouens mouet,sit alterũ ab ipso,tunc,necesse est,vel ꝙ deueniat ad aliquid,qõ mouebit nõ quodã(scilicet distincto instrumento)sed seipso,vel proceda tur in infinitum.Atqui hic processus vtroq; versus decurrit,& versum mobile descendendo per instrumenta,& versum mouens ascendẽdo.Enimuero nisi daretur instrumentũ vltimum seipso tangens mobile,nõ magis sequeret motus, quã si nõ daretur primũ mouens seipso tangens proximum instrumentũ.[Siuero aliquid]Cum processus in infinitum monstratus iam sit esse impossibilis,cõcludit,ꝙ si aliquid,quod mouet,mouet,id est quia mouetur mouet,necesse,est ascendendo stare,& nõ abire in infinitũ.Si eñ baculus mouet ex eoqõ mouet à manu,& manum q̃ mouet baculũ,aliud sũ perius mouet,& hunc puta hominem, aliud aliquid mouens est,& sic in infinitũ,nunquã sequeretur motus:igitur cũ aliquo moueat semper alterũ id est:cum instrumento mouens moueat, necesse est tunc,vt illud mouens vel aliquod summum,qõ sit caput omnium motuũ,sit seipso mouens. Ꝑspice & hic secuti superius, deductionem tantum fieri ad illud,quod seipso mouet.Sed qz semper p sistit in mouentibus motis, iuxta vulgarẽ opinionem,colligit,ꝙ illud primũ mouens mouet,& nõ est aliud superius mouens,qz illud datum est primum,necesse est vt illud seipso moueat seipsum. Quare & secundũ hanc,inquit, rationẽ, aut mox, hoc est statim sine medio id, quod mouetur, puta vltimo motum,mouebitur ab eo, qõ seipso seipm mouet,aut si mouetur per aliqua intermedia, aliquando venit,hoc est,pertingit ad aliquid tale.

Differẽtia

Post ea autem quę dicta sunt,sic cõsiderantibus:accident hæc eadem. Si eñ ab eo quod mouetur,mouetur omne quod mouetur:aut hoc rebus ipsis ineſt secundũ accidens(vt moueat quidem id quod mouetut,non tamẽ propterea ꝙ mouet ipsum semper)aut nõ sed per se.Primũ igitur.si secundũ accidens, non est necesse moueri id quod mouetur. Si autem hoc est: manifestũ est,quòd contingit aliquãdo nihil moueri eorum quę sunt.Non enim necesarium est, accidens:sed contingit nõ esse. Si ergo ponamus possibile esse: nullum impossibile accidet,falsum autem fortasis.Sed motum non esse: impossibile est.ostẽsum.n.est priùs, hoc quòd necesse est motum semper esse.

Textus xxxvj.

¶Rationes,quas hinc iam Aristo. ordítur, plus efficiunt,quã ipse cõcludit:nam eisdẽ post vtitur ad demonstrandum,perueniendũ esse ad motorẽ immobilẽ,sed tñ vt a notioribus ꝓcedat,satis ducit persuasum id modo facere qõ cęperat:nẽpe nõ abiri in infinitũ in his,quę ab alio extrinseco mouentur,sed primũ mouens,si mouet,moueri a seipso.Ait igitur,ꝙ post illa,quę dicta sunt,sic id est hoc modo qui sequitur,cõsideratibus hęc eadem accident:hoc est,eadem cõclusio,quę modo demõstrabatur,fiet confirmatior.Arguit autẽ more suo bidenti argumẽto.Si quicquid mouet, mouet ab eo quod mouetur,ita vt vnumquodq; mouens(vt vel Platonicis,vel certe vulgo placet) moueatur aut hoc rebus ipsis per accidens ineſt,& non propterea ꝙ mouentes sunt,sicuti accidit, vt scribẽs calescat,aut non per accidens,sed per se: puta ea ratione,qua mouent.Si secũdum accidens, ergo non est necessaria illa connexio,sed potest primus motor non moueri:quod si dederis, sequitur hoc impossibile,ꝙ cessaret omnino motus in mundo: nam si primum mouens non mouetur,& tu aio omne quod mouetur,moueri,fit vt tunc neq; mo-

neat:ipso autē non mouente,vniuersus disperibit motus. Et nota,q̄ vnum impossibile sequi ad alterum,nihil prohibet,q̄ autē possibile posito sequatur impossibili, hoc ratio priorum Analecticorū abhorret. Et ideo subdit,q̄ id,qō accidit.i. qō est peraccidens, nō est necessariū,sed cōtingit nō inesse,vt patet p accidentis definitionē. Ponatur ergo illud qō est possibile.s.primū mouens nō moueri:hoc autē posito,nullū scōz leges dialecticas, deberet subsequi impossibile: tametsi sequat fortassis.i.qñq̄ falsum,nimirū qñ illud possibile est, falsum. At vero motū simpliciter cessare, impossibile est,qz ostensum iam est,necessariū esse vt semper sit motus:ad impossibile ergo perducitur,qui simul affirmat,z primū mouens per accidens moueri,z tamen omne mouens moueri.

Textus. xxxvij.

Et rationabiliter hoc accidit. Tria enim necesse est esse, quod mouetur, & mouens,& id quo mouet. Id igitur quod mouetur,necesse est quidem moueri:mouere autem nō necesse est. Id autē quo mouet:& mouere & moueri. Pariter enim mutatur hoc:simul & secundū idem cū eo qđ mouetur existens. Manifestum autē est:in mouentibus secundū locum. Tangant em̄ se inuicem:necesse est, sic vsq; ad aliquid. mouens autē sic vt sit non id quo mouet,immobile. Quoniā autē videmus, vltimum,quod moueri quidē potest, motionis autem principiū non habet, & quod mouetur quidem,ab alio autē sed non à seipso:rationabile est(vt necessarium dicamus)& tertiū esse quod mouet quidē,cùm sit immobile. Quapropter & Anaxagoras rectè dicit intellectum impassibilem inquiēs & immixtum esse:qm̄ motus principium, ipsum facit esse. Sic enim vtiq;solum mouebit cum sit immobilis: & vincet cū sit immixtus.

¶In textu.37.adiungit z alteram eiusdē confutationem. Vult inquam rationabiliter hoc accidere: nempe q̄ mouēs,non omne moueatur:z qz est ratio probabilis,dixit,rationabiliter. Tria em̄ (inquit)est considerare in ordine motus:videlicet id qō mouet,z id qō mouet,z quo mouet. Atq; id qō mouetur,necesse quidem est moueri:nimirum in sensu cōposito,si mouetur:non autem necesse est vt moueat:ei autem,quo mouet, vtrunq; necessarium est,scilicet z mouere,z quādo mouet, moueri. Cuius ratio(inquit)est qz pariter instrumentum mutatur,z particeps fit motus eius,qō mouetur. ¶Participat enim instrumentum,z quęcū que causa secunda,tam rationem primi mouentis, a quo recipit virtutem motiuam vt moueat, quā rationem rei motę:qz primum mouēs non mouet rem postremo motam nisi mouendo intermedias causas. Et hoc est,quod ait. Tangant enim se inuicem necesse est,sic vsq; ad aliquid:videlicet vt primum tangat secundum:z secundum,tertium vsq; ad aliquod mobile non mouens:quia non fit descēsus in infinitum. Infert hinc ergo,q̄ illud,qō nō est id,quo mouet,puta quod non est instrumentū. sed mouens primum,nihil uetat non moueri, atq; adeo esse immobile. Quoniam autem] Dilucidat planius consequentiā,moueri nāq; z mouere,iunguntur(vt fatetur aduersarius)per accidens : in hoc enim membro persistit:ergo,sicut iunguntur intermedio motore,z moueri separatur ab eo,qō est,mouere,vt patet in eo,quod postremo mouet, quod nullo opus habet motionis principio rationabile(inquit)est,id est probabile(vt ne interim necessarium dicamus)quia locus probandi,necessarium esse,inferius dabitur. Rationabiliter (inquit)colligitur,vt in tertio,puta in primo motore separetur mouere a moueri,ita vt sit immobilis. At vero apparet tibi fortasse duplex prodi peccatum in his rationibus Aristotelis. Primum si aduersarius diceret,moueri , adiacere mouenti tanquā accidens proprium,non procedūt,sed neque si sit accidens,vt quintum predicabile,vlla inest vis in hac secunda ratione,nam sicuti substantia esse potest sine accidente,non tamen naturaliter accidens sine subiecto,ita non sequitur, vt si in vltio mobili detur moueri absq; mouere,in primo mouente detur mouere,sine,moueri. Responsio tamen est,q̄ qui dat mouere,z moueri, conuenire eidem per accidēs,nō intelligit tanquā proprium,alias conueniret illi,moueri,inquantū mouenti,velut,risibile,homini inquantum homini. Atqui licet accidens accidat substantię,est tamen ei natiuum non posse existere sine illa:mouere,tamen z moueri,non sic:sed conceduntur accidere vim tertio[quapropter]confirmat suam cōclusionem authoritate Anaxagorę,cuius in hoc sententiam probat,q̄ intellectum illum separatum,quē statuebat,vt primum motorem, profitebatur esse impassibilem,hoc est vndequaq; immobilem,z nō per mixtum materię,ac deniq; simplicissimū: vt, quatenus immobilis,fons esset vniuersi motus,z quatenus omni materia z mixtione superior, ois subiugaret,proprioq; agitaret nutu.

Anaxagoras.

Textus. xxxviij.

At verò, si non secundùm accidens sed ex necessitate mouetur mouens, si autem non moueatur, non vtique mouebit: necesse est mouens quatenus mouetur, aut sic moueri vt secundùm eandem speciem motus, aut secundū alteram. Dico autem quale est aut calefaciens, & ipsum calefieri, & sanans sanari, & ferens ferri, aut sanans ferri, ferens autem augeri . Sed manifestum est,quòd impossibile est. Oportet igitur , vsque ad indiuidua diuidentem : dicere . Vt si quid docet geometricè operari: hoc doceri geometrice

metricè operari ſecundũ idem. Aut ſi proiicit: proiici ſecundum eundẽ modum proiectionis. Aut nõ ſic quidem: ſed ſecundum aliud ex alio genere. Vt quod fert quidem, augeri: quod autem hoc auget, alterari ab alio. Quod autẽ hoc alterat: ſecundum alium quendã moueri motum. Sed neceſſe eſt ſtare. finiti enim ſunt: motus ipſi. Rurſus autem reflectere, & alterans dicere ferri: idem facere eſt. acſi mox dicat ferens ferri, & doceri docens, manifeſtum eſt q & à ſuperiore mouente mouet: id quod mouetur omne, & magis a primo mouentium. At verò, hoc quidem impoſſibile eſt. Docens eñ accidit diſcere: quorum hoc quidẽ non habere, illud autem habere ſcientiã neceſſariũ eſt. Amplius autem, his magis irrationabile eſt: quod accidit omne motiuũ eſſe mobile, ſi omne quod mouetur ab eo quod mouetur moueatur. erit eñ: mobile. vt ſi aliquis dicat, q omne ſanatiuum: & ſanans, & ſanabile erit. & ædificatiuũ: ędificabile aut ſtatim, aut per plura. Dico autẽ, vt ſi mobile quidem ab alio eſt omne motiuũ, ſed non ſecundum eundẽ motum mobile quo mouet propinquũ, ſed ſecundũ alterũ. Vt ſanatiuum, diſcibile. Sed hoc aſcendendo perueniet aliquando ad eandẽ ſpeciẽ: vt diximus prius. Alterum igit horum, impoſſibile eſt: alterum autẽ figmentum. inconueniens enim eſt alteratiuum: augmentabile ex neceſſitate eſſe.

¶ In tex. 38. proſequit aliam partẽ dilematis, vt p pugnet, ac defendat, q neq omne mouens per ſe mouet. Et vtitur familiari ſuo bipeni argumẽto. Si. n. inquit, contrariũ, dederis aut intelligis eodem genere & ſpẽ motus per ſe moueri, res q mouet, aut alio, & diuerſo. Si primum puta q calefaciens per ſe calefit. & ſanans per ſe ſanatur &c. manifeſtum eſt eſſe impoſſibile. Nam deſcendendum eſt ad ſpecialiſſimas ſpecies (quas hic appellat individua.) vt non modo qui docet, doceat: ſed qui docet geometriã, eandem per ſe doceatur, hoc eſt eadẽ rõne qua docet, doceatur. Et nõ ſolum ſi mouet quis localiter, moueatur localiter, ſed qui facit lapidem, iaciatur & ipſe. Quo nihil eſt abſurdius, & ſenſibus magis obuerſum. Poteſt quidẽ qui docet, doceri, inueniendo que ignorauerat, at tamen non docetur id numero, quod docet. Sicut qui calefacit vno gradu, non per ſe calefit eodem quippe quo iam viget. [Aut non ſic quidem] Trã ſit ad aliam partẽ, vt oſtendat, q neq omne quod mouetur, per ſe mouetur alio genere motus. Hoc autem perſuadet duabus rationibus, Prior eſt. Cum motuũ genera & ſpecies in numero ſint finito, non potes dicere q homo (v. g.) qui mouet lapidem, per ſe tunc augeatur: & illud a quo augetur, per ſe calefiat: & ſic aſcendendo in infinitũ: q neceſſe eſt peruenire ad vltimã ſpeciem motus, et rurſus reuerti ad primã. Si autẽ cauillando, reflexionem admiſſeris, ita vt illud primũ mouens per ſe moueat prima ſpecie motus. ſ. locali: qua homo mouebat lapidẽ, idem, inquit, facere eſt, acſi mox dicas, ferrens ferri: hoc eſt in eadẽ abſurditatẽ ſuperioris rõnis relaberis: quipote cõfiteris, id qõ mouet, eadẽ per ſe ſpecie motus moueri. Hoc autem eſt impoſſibile: nam licet accidat, vt qui docet grãmaticam doceatur dialecticã, tñ, cum qui docet vnam cõcluſionem, p ſe doceri eandẽ, & ſic de alijs ſpeciebus motus, eſt impoſſibile: ſiquidẽ mouere dicit actũ, moueri aũt carentiam. [Amplius autẽ.] Repetitio eſt fere ſuperioris rationis, niſi q illa gradiebatur in ſpecie per motus particulares, hęc autem generaliter per rationes motus. Sit ergo, q magis irrationabile eſt his, id eſt quã hęc quę dicta ſunt (eſt enim Grece quaſi ablatiu⁹) quod inde ſequitur in genere, q omne motiuũ ſit mobile. Appropinquat enim iam ad ſuũ ꝓpoſitũ de immobilitate primi mobilis. Sequela aũt patet. Si omne qõ mouet, mouetur ab eo qõ mouet fit tunc vt omne mouens ſit mobile. nẽpe vt omne ſanatiuũ, ſit ſanans & ſanabile, vt omne ędificatiuum, ędificans & ędificabile. Et tunc medicina erit ſanabilis, & homo, ędificabilis: qõ ridiculũ eſt. Et q ſequat, iam deductũ eſt, ſiue ſtatim. i. q abſq medio ſanans ſanet, ſiue ꝑ plura media, vt qõ per ſe ſanat, doceat ab eo, qõ per ſe ędificat: nã cũ ſpẽs non ſint infinitę, fiet reflexio ad priorẽ: vt paulo ante premonſtrabat. Et alterũ (inquit) horũ. ſ. prius, impoſſibile eſt, vniuerſalẽ, vt nullus ſanet, niſi ea rõne, qua tunc ſanatur. Alterũ autẽ, puta per plura media, vt nihil. (v. g. alteret, niſi dum auget, eſt de genere impoſſibiliũ, q abſq vlla ratiõe fingunt ab his, qui ſuarũ ſunt opinionũ pertinaces.

Non ergo neceſſe eſt: ſemper moueri qđ mouetur ab alio, eoque moto. Stabitur ergo. Quare aut à quieſcente mouebitur id qđ mouetur primũ. aut ipſum ſeipſũ mouebit. At verò ſi oportet etiã conſiderare, vtrũ cauſa motionis ſit & principiũ, ipſum ſeipſum mouens, an id quod ab alio mouetur: illud omnis vtiq; ponet, id. n. quod per ſe eſt cauſa: ſemper prius eſt eo etiã ipſo, qđ ſecundùm alterum eſt.

¶ Cõcludit ergo in tex. 39. non eſſe neceſſariũ omne qõmouet, moueri ab alio ſemper qõ mouet: ſed ſtandũeſſe in primo qõ vel moueat quieſcẽs, id eſt tanquã immobile, vel, moueat, nõ ab alio, ſed a ſeipſo Cõcludit. n. ſemp ſalua opinione Platonis, tunc vulgari quã hic, S. Tho. & Eudemus referẽte Sim-

2° agit. 3° epilogat.

Textus xxxix.

1. primum

te Simplicio, ꝛ cõmentatore tribuunt Platoni: scilicet ꝙ omne quod mouet, mouet. Sed de hoc q.3. Subdit autẽ Aristo. in cõfirmationẽ suę conclusionis, tanquã a Platone, vel a triuiali opinio ne accersitũ: ꝙ si quis cõsiderauerit, vtrum prima causa ꝛ origo motionis, sit principiũ seipsum mouens, an id qđ ab alio mouetur, illud vtiq; prius, omnis homo ponet: nam id, quod per se est causa, prius semper est eo, qđ est secundũ alterũ.

Textus. xl.

Quare hoc considerandũ est, sumpto alio principio: si quid mouet seipsum quomodo mouet. & secundũ quẽ modũ Necesse igitur est omne quod mouetur esse diuisibile in semper diuisibilia. Hoc enim ostensum est prius, in ijs q̃ vniuersaliter de natura: ꝙ omne quod per se mouet, continuum est. Impossibile igitur est: ipsum mouens seipsum penitus mouere ipsum seipsum. Feretur. n. totũ & feret secundũ eandẽ loci mutationẽ: vnũ existens & indiuiduum specie. & alterabitur, & alterabit. Quare docebit vtiq; & docebitur simul: & sanabit & sanabitur secundũ eandem sanitatẽ. Ampliùs autẽ determinatũ est: ꝙ mouetur, id quod mobile est. Hoc autẽ est potẽtia cum mouetur nõ actu. Quod autẽ potentia est: ad actum pergit. Est aũt motus: actus mobilis imperfectus. Mouens autẽ: iam actu est. Vt calefacit, calidũ: & omnino id, qđ habet speciem generat. Quare si mul, idem & secundũ idem: calidũ erit & nõ calidum. Similiter autẽ: & aliorũ vnumquodq;, eorum quæ necesse est mouens habere vniuocum. Eius ergo quod seipsum mouet: hoc quidem mouet, illud autem mouetur.

¶ Peruenit ergo Aristo. ad suum scopum, vt tandem demonstret, primum motorẽ esse immobilem. vbi dq; ait cõsiderandũ esse, sumpto alio principio, si quid mouet seipsum, quomodo mouet, et secundum quẽ mouet. Ait sumpto alio principio, vel qr distincte questiões sunt, vtrũ aliquid seipsum moueat, ꝛ quo facto se moueat, vel qr noua vtendum est diuisione ꝛ rõne, nõ vtrũ moueat a se, vel ab alio extrinseco, sed vtrũ totũ a se toto, vel a parte, vel vna pars, ab alia. Sumit autẽ exordiũ ab illa propositione, quę in superioribus demonstrata est, omne qđ per se mouet (motu corporeo de quo loquimur) esse continuũ, atq; adeo diuisibile in semper diuisibilia. Dixerũ per se, qr punctũ ꝛ rõnalis anima per accidens mouent. Atq; id inquit in ijs ostensum est, q̃ vniuersaliter de natura dicta sunt.

Simplicius putat Arist. se citare in lib. 5. tex. 41. At vero illic nõ tã de cõtinuitate mobilis tractat, quã de cõtinuitate motus. Sed citat se in li. 6. tex. 32. vbi ꝙ hoc demõstrat omne mobile esse cõtinuũ qđ partim est in termino a quo, ꝛ partim in termino ad quẽ. Appellat aũt precedẽtes libros vniuersaliter de natura, nã priores quatuor inscribit de principijs, ꝛ ceteros, de motu i genere: attñ in hoc presenti agit singulariter de primo mobili, motore, ꝛ motu. Igitur Aristo. duabus iam prẽmissis propositionibus. s. omne qđ mouet, moueri ab alio quo, ꝛ peruenientiũ esse in mouẽtibus ꝛ motus ad vnum primũ, qđ vel sit immobile, vel mouet seipsũ copulat iam nunc tertiã. s. ꝙ cuiuscũq; mouẽtis se ipsum (qđ iã supponit esse diuisibile in semp diuisibilia) necesse est distinguere duas partes, quarũ altera sit mouens: ꝛ altera, mota. Ad quã demonstrationẽ supponit, omne qđ mouet esse diuisibile in semper diuisibilia. Et sunt qui putant primum mouens seipsum fm Arist. esse cęlum quã disputationẽ iam cõmen. 34. in tertiã nostrã questionẽ reposuimus. [Impossibile igitur est) Aggreditur demonstrare tertiã cõmemoratam propositionẽ hoc syllogismo. Impossibile est ipm seipm mouẽs penitus mouere seipm, quin sit in illo aliquid mouẽs ꝛ aliquid motũ, siquidẽ mouet seipm: id aũt iq est aliquid mouẽs ꝛ aliquid motũ, nec fm se totũ mouet, nec fm se totũ sz distinguit i duas ptes, alterã mouẽtẽ, ꝛ alterã motã: ergo cõclusio ꝛa. Minorẽ ꝓbat: qm alias recideret in absurditatẽ superiorũ rõnum, vniuersalẽ qđ id, qđ mouet fm locũ, mouebit eadẽ prorsus spẽ motus: ꝛ qđ docet, docebit ꝛc. qđ monstratũ est impossibile. Attñ, vt patẽtiorẽ faciat eandẽ absurditatẽ subdit.] Amplius autẽ] Quod nõ accipias tanquã rationẽ scõam, sz tanquã manifestationẽ absurditatis illatę. Determinatum. n. inquit, est (in. 3. b. tex. 8. ꝛ. 9.) ꝙ id qđ mouet, est in potentia quasi pergens ad actũ. Est eñ motus, actus mobilis imperfectus: qđ. n. nihil habet de actu, nondũ mouet, ꝛ qđ habet cõpletũ actũ, iam tunc nõ mouet, sed illud (v. g. calefit, qđ in acquisitione caloris. At vero mouẽs iam est actu, vt in calidũ, antequã calefaciat, ꝛ homo antequã generet hoiem. [Quare simul] Cõcludit intentũ, videlicet impossibile esse, vt totũ se totũ moueat. Nam tunc idem ꝛ fm idẽ simul esset in actu ꝛ potẽtia, qđ est cõtradictiõis implicãs: vt calidũ: ꝛ nõ calidũ tñ ꝛ nõ tñ, homo ꝛ nõ hõ ꝛc. Ait aũt, eorũ q̃ habẽt mouẽs vniuocũ, vt in his inferioribꝰ corporibus est necessariũ, in quibus nihil calefacit, nisi sit formaliter calidũ, neq; gignit hoiem, nisi qđ est formaliter homo: sol aũt, qui est causa equiuoca nõ est nisi altiori mõ fm virtutẽ calidus. In quo ideo ꝛ verũ suo modo habet, ꝙ nõ mouet, nisi res q̃ est actu talis. Vbi fm Cõmen. momordit Arist. vellicauitq; Platonẽ: nã etiã si animã vel motorẽ cęli admitteremus mouẽdose mouere corpora, ille motus alia mouet p se, nõ est eiusdẽ rõnis cũ motu locali, quo mouet corpus: nã tali motu solũ mouetur per accidẽs. Cõcludit igitur, id qđ seipsum mouet, de necessitate distingui in duas ptes, quarum altera mouet ꝛ altera mouet. Vt qui hoc memoria retine, ne in subsequẽtibꝰ hallucineris: vlz ex hoc dũtaxat qđ aliquid sit seipsum mouẽs, iquo ideo esse debet, ꝛ mouẽs ꝛ motũ, adiuncto ꝙ nihil põt seipsum scõm totum mouere, sine alia premissa ꝓpositione, cõsequi vt tale seipsum mouens distinguat in ptes duas, mouentẽ ꝛ motã. Et rursus hic adnotato, ex eodẽ principio, quo fit manifestũ, id qđ seipm mouet, nõ mouere se totũ, fm se totũ,

Mouens vniuocum

Omne seipsum mouens, distinguit in partẽ mouentem, ꝛ partem motã.

cõfici

confici prętereа, ꝙ neq; ideo mouet ſeipſum, ꝙ totum mouet partem aut pars totum: nam ſi totū eſſet ratio mouendi, ⁊ pars moueretur, in illa eſſet ſimul actus ⁊ potentia, ⁊ eadem ratione ſi totum eſſet ratio mobilis, ⁊ pars moueret, in illa eſſet vtrumq;.

Textus xlij.

Quòd autem non eſt ipſum ſeipſum mouens ſic, vt vtrūq; ab vtroq; moueatur: ex his manifeſtum eſt. Nec enim erit primū mouens vllum: ſi vtrumq;, vtrūq; mouebit. Quod.n. prius: magis cauſa eſt mouendi quā ſequens, & mouebit magis. Dupliciter.n. mouere eſt: aliud quidē id ipſum quod ab alio mouetur, aliud autem â ſeipſo. Proximus autē eſt, quod longius eſt ab eo qđ mouetur, principio: quam quod in medio eſt. Amplius non neceſſe eſt mouens moueri: niſi à ſeipſo. Secundum accidens ergo: contra mouet alterum. At ſumpſi: cōtingere nō mouere. Erit ergo aliud quidem quod mouetur: aliud autem mouēs immobile. Amplius nō neceſſe eſt mouens cōtra moueri: ſed aut immobile aliquid mouere neceſſe eſt, aut ipſum à ſeipſo moueri, ſi neceſſe quidem eſt ſemper motum eſſe. Amplius ſecundùm quem mouet motum etiam vtique mouebitur, quare calefaciens: calefit.

¶Attentus ſemper ſis ad ordinem, quaſi mathematicū. Ariſto. Qm̄ admiſſo ⁊ cōfeſſo, illius qō ſeipſum mouet duas eſſe ptes, mouētē ⁊ motā, nihil vetare videbat, quominus vel ſe mutuo moverēt, vel ſeipſam vtraq; has duas quoq; partes ꝓſequitur deſtruere. Eſt ergo quarta propoſitio in text. hoc. 41. qua ad ſuum progredit ſcopum. Id qō ſeipſum mouet, non eſt idcirco ſeipſum mouens, ꝙ vtraq; eius pars ab vtraq; moueat. Hāc ꝓbat quatuor rōnibus, que ſunt quaſi repetitiones ſuperiorum. Nam que in diuerſis motoribus diſſeruit, eadem ⁊ ad diuerſas partes eiuſdē motoris accōmodat. Prima igitur rō eſt, illatio huius abſurdi, qō ſequeret inde, nullū exiſtere primū mouens, atq; adeo (vt mōſtratū eſt tex. 34.) nec vllū motū ſiquidem a motore primo dimanat motus omnis. Sequela eſt manifeſta: nam ſi .a. pars mouet. b. ⁊ vicęuerſa. b. mouet. a. neutrū eſt primū. At nequis cōmentet, ꝙ. a. v. g. ſit primū, licet rurſus moueat. a. b. ſubdit elegantē rationē ex tex. 33. Si enim. a. mouet. b. ⁊. b. a. reciprоce, neutrum magis mouet: ſed primū mouens magis mouet: ergo neutrū eſt primū. Sic formant hic quidā ſillogiſmū. At forſi tam ratio altioris eſt ſenſus. Etēm ſi. a mouet. b. ⁊. b. a, fit vt. a. moueat ſe potius quā moueat a. b. nā primū inquit, magis eſt cauſa mouēdi, quam ſequens, vt ſi homo moueat baculū: ⁊ baculus lapidem, potius homo mouet lapidē ꝙ baculus. Pari ratione, ſi. b. mouet. a. ⁊. a. b. b. potius mouet ſequā moueat. a b. a. in quo ideo circulo non pōt diſtingui, vtrum ſit prius: atq; adeo nec das primū. Et ſecundo reciditur in aliud ſuperius impugnatū, ꝙ totum a mobile ſeipſum totū mouet. Quod aūt id qō eſt prius, magis moueat, quā id quod eſt ſub ſequens, q: id nō patefecerat prius, explicat modo. Dupliciter enim, inquit, cōtingit mouere, ſcilicet vt vel illa res moueat, q̄ ab alio mouet, vel illa quę ſe ipſa mouet: illa aūt quę lōgius diſtat ab eo quod mouet, puta q̄ ſeipſa mouet, primior eſt primo principio mouendi, quā illa q̄ eſt in medio: vt homo baculo mouens lapidē, quo magis diſtat a lapide, coniunctior eſt primo principio, quā baculus: atq; ideo primū magis mouet, quod erat illatum. [Amplius ⁊c.] ſecūdam rationē varie ⁊ ſubobſcure explicatā video a diuerſis: videt aūt eſſe ad hoīem talis. Secūdum Platonem (vt paulo ante dicebamus) quānis omne mouens moueat, primū tamē non eſt neceſſe moueri, niſi a ſeipſo, diſtinctis ergo in primo motore duabus partibus, ſi. a. v. g. eſt primū mouens. i. prima rō mouendi, illa nō per ſe neceſſe mouet niſi a ſeipſa, ergo ſi mouetur ab altera, id erit per accidens: at vero (vt ſupra argumentatū eſt) pōt accidens a ſubiecto ſeparari: ſeparato ergo dabit pars mouens non mota, qui eſt Ariſto. ſcopus. ¶Tertia rō deriuatur ex eodē principio, vti ſupra dicebamus. Si pars illa primū mouens, per accidens mouet ab altera, poteſt nō moueri, ⁊ ſi cū hoc pariter ſuſtines, omne mouens moueri, fiet vt primū mouēs non moueat quo non mouēte oīs motus peribit: ergo ſi motū ſemper eſſe neceſſe eſt, cōſequens eſt, vt nō omne mouens moueat. Quarta rō, reſumptio eſt alterius ſupra formatę in diuerſis motoribꝰ. Etenim ſi reciprocatio cōtingit in partibus ſeipſas vicarie mouētibus, fiet tunc cōſequens, vt primū mouens meueat eo motu quo mouet, vt calefaciens calefiat, nam ſi. b. mouet. a. quo motu mouetur ab ipſo, palam id ſequitur: ꝙ autem moueatur diuerſo, non eſt poſſibile, quia totius mouentis ſeipſum vnicus eſt motus.

Quarta ꝓpoſitio.

Diuerſus ſenſus.

At verò neq; ipſius primò ſeipſum mouentis, aut vna pars aut plures mouebunt, ipſa ſeipſam vnaquæq;. Totū enim ſi mouet ipſum à ſeipſo aut ab aliquo eorum quę ſunt ipſius mouebit, aut totū à toto. Si igitur quia mouet aliqua pars, ipſa a ſeipſa: hæc vtiq; illud primū ipſum ſi ipſum mouens. Separata enim hæc quidem: mouebit ipſa ſeipſam. Totum aūt: non amplius. Si verò totū à toto mouetur: ſecundum accidens hę mouebūt ipſæ ſeipſas. Quare ſi nō neceſſario: accipiātur non moueri à ſeipſis. Ipſius igitur totius, nō aliud mouebit cū immobile ſit: aliud autem mouebit. Solum em̄ ſic poſſibile eſt: aliquid per ſeipſum motiuū eſſe. Amplius ſi linea tota ipſa ſeipſam mo-

excludit 3m

Textus xlij.

neutrum ꝙ tex. 3.

ſequit̄ ꝙ aliquod mobile moueatur cuius nulla pars, quod eſt impoſſibile.

uet:hoc quidē mouebit ipsius,illud autem mouebit. Linea igitur à.b.& a seipsa mouebitur & ab .a.

¶Tertius modus quo excogitari pōt primū mouens moueri a seipso,est q̄ detur vna pars q̄ seipsam moueat,aut plures quarū seipsam vna quęq; moueat,qō reprobat in presenti tex.duabus rōnibus. Prior est hęc. Si totum seipsum mouet, aut hoc asserit,ppterea q̄ ab aliquo eorū q̄ sunt ipsius hoc est ab aliqua ex suis partibus mouet,aut quia mouet a toto,si primū videris,illa erit primū mouens:& ideo,nō totū,sed pars illa est illud qō seipsum est mouēs:nam si illa primo mouet, separata quidē mouebit seipsam cessante motu totius. Et idem sequit si largiaris,totū esse seipsum mouēs, ppterea q̄ mouet a pluribus partibus,seipsā vna quaq; mouente. Si aūt cōcesseris scōm.s.q̄ totum a toto mouet,tunc fit vt partes,nō per se,sed p accidens seipsas moueant,nimirū ad motū totius: quare non est necessariū vt p se moueant (videlicet a seipsis) obidq; pōt cōtingere, vt nō moueant a seipsis. Cōcludit igitur q̄ si detur aliquid seipsū mouens,necesse est signare partē illius mouentē immobilē,& alterā q̄ mouetur:nam hoc inquit solum pacto cōtingere pōt, vt aliquid seipsum moueat. Fit aūt sub obscure collectio hec,nisi cōsiderate respexeris precedentia. Etenim vt nos supra,& hic S.Thom.annotauit,non vult hoc loco elicere Aristo,q̄ si detur aliquid mouēs seipsum,illud diuidatur in duas partes,quarū vna mouet,& altera mouetur. Hoc enim satis confectū erat in tex. 40. At q̄ per hoc non excludebat quominus, vel vtraq; vtrāq; viciſſim moueret,vel vna quęq; seipsam,hec duo deinceps mēbra repulit:ex quib⁹ iā nunc tribus mēbris facit hanc collectionē. Si totum seipsum mouet, datur in ipso pars mouens & pars mota,& ille nec se mutuo,nec seipsas mouēt, ergo datur pars mouens nullatenus mota, quod erat intentū,& altera pars mota, consequentia tenet ab omnib⁹ modis sufficienter numeratis,quibus excogitari pōt aliquid seipsū mouere. Et hoc est quod ait,hoc solū modo id contingere. Quam obrem non opus fuit Aristo.vti diuisiōe illa quinque mēbrorū,quam designauit Themisti⁹. Si primum mouens seipsum mouet, aut totū se totum, aut totū partem,aut pars totū,aut pars alteram, aut seipsam. Nam scōm & tertiū includūtur in primo,vt diximus cōmen.40.qua nāq; rōne totū nō mouet seipsum,sequit q̄ nec totū moueat partem, ne pars totū. [Amplius si tota] Adhibet secundā rationem ad eandē conclusionem,q̄ si totum seipsum mouet,nō est pro eo q̄ aliqua eius pars seipsam moueat:nam arguit de illa parte sicut de toto. Etenim cum illa non possit tota se totā movere:alias idem secundū idem esset in actu simul & in potentia,fit vt illius partis sit designare duas particulas,puta.a.& b.quarū altera mouet & altera mouetur:quapropter illa que mouet, erat primū seipsum mouens,& nō tota pars.a.b.

Necesse est peruenire ad motorē immobilē.

Mō est op⁹ diuisione mēbrorum quinq;.

Textus. xliij.

Quoniam autē mouet aliud quidē quod mouetur ab alio,aliud aūtimmobile existens,& mouetur hoc quidem mouens,illud autēnihil mouens: ipsū seipsum mouens necesse est ex immobili esse mouēte tū,& adhuc ex eo qđ mouetur non mouet aūt ex necessitate,sed qualitercūq; euenit. Sitenim .a. mouens quidē & immobile.b.verò id qđ & mouet ab. a.& mouet id in quo c. Hoc autē:motū quidē ab ipso.b. mouens autē nihil. Si enim & per plura veniat aliquando in.c.fit per vnū solum. Totum ergo .a.b.c.ipsum seipsum mouet,sed si aufero ipsum c.ipsum quidē. a.b.mouebit seipsum.ipsum em̄. a. est mouens:b.verò id quod mouetur. ipsum autē.c.non mouebit seipsum. nec penitus mouebitur. At verò nec linea. b c.mouebit ipsa seipsam sine ipso.a. Nam.b:mouet ex eo:quia mouetur ab alio,non quia à sui ipsius parte aliqua Ipsum igitur a.b.solum: seipsum mouet. Necesse est:igitur ipsum seipsum mouens:habere mouens,immobile tamē:& id quod mouetur,nihil autē mouet ex necessitate: tangentia autē, aut vtraq; se inuicem, aut alterū alterum. Si igitur continuū est id quod mouet (quod enim mouetur:continuum esse necessarium est) manifestū est, q̄ totū ipsum seipsum mouet,non eo q̄ ipsius aliquid huiusmodi sit vt ipsum seipsū moueat,sed totum mouet ipsum seipsum & mouens & motum,eo quòd ipsius aliquid est ipsum mouēs, & id qđ mouetur. Non enim totum mouet,neque totum mouetur:sed mouet quidē ipsum.a. mouetur autem ipsum.b. solum. Ipsum autem.c.ab ipso.b. non amplius.impossibile enim est.

Primum mouēs immobile.

Conclusio

¶Constituto ergo q̄ si primum mouens,seipsum mouet,necesse,sit diuidi in duas partes,quarum vna moueat,sitq; immobilis,altera vero moueat, adiecit demonstrare,nō esse necessariū vt illa pars mota amplius moueat. Proponit ergo q̄ cum duplex sit id qō mouet,s.vel ab alio motu, vel existēs immobile:& pariter qō mouet,duplex:vt pote vel qō simul mouet,vel qō nihil mouet,necesse est vt id qō est seipsum mouēs,cōstet ex parte immobili sed mouente,& altera q̄ moueatur,non tū, quę ex necessitate moueat. Vbi quod ait ex necessitate, bifariam intelligit:vnus enim sensus esse pōt, q̄ pōt quidem mouere,sed non sit necessariū vt moueat,& hoc est verū si intelligatur de mouere extra. Nihil enim vetat quin pars illa mota moueat rem aliam supposito distinctam. vt si homo esset primum

primum seipsum mouēs, nihil prohiberet quominus anima moueret corpus ꝛ corpus baculū. Alter vero sensus est hic Aristotelicus, nimirum, ꝙ sit impossibile illam partē motam mouere intus aliam tertiam eiusdem totius, si totum erat primum seipsum mouens. Itaque cumdeuentum fuerit ad primum mouens, quod seipsum mouet, necessarium est dare duas tantum partes, puta vnā immobilem mouentem, ꝛ alteram motam nullo modo intres mouentem. Demonstratio autem est hęc, detur contrarium: nēpe, ꝙ illius seipsum mouentis pars mouens immobilis sit a: mota vero. b. moueat ergo. b. tertiam quę sic. c. nā ꝙ moueat seipsam, dici non potest, quandoquidem mouetur ab. a. Illud autem. c. sit. v. g. motum, nihil vlterius mouens. Nec refert, inquit, si per plura veniatur ad. c. hoc est si plures partes intermedie moueāt ꝛ moueantur omnes ergo illas vsurpemus vice vnius, vt sint tantum tres ordines, scilicet mouens immobile, motum mouens, et motum non mouens, vt si homo verbi gratia sit primum seipsum mouens. a. sit anima mouens immobile, manus vero. c. ꝛ omnia inter media, puta cor, nezui, ꝛ musculi. b. Arguit ergo sic demonstrando, quod primum perse mouens non potest distingui in tales tres partes: nam si adimas. c. ipsum quidem. a b. erit seipsum mouens, siquidem. a. est mouens. b. vero id quod mouetur. c. autem cum non moueat. non mouebit seipsum, nec tota pars. b c. mouebit seipsam absque. a. nam. b. non mouet nisi quia mouetur ab alio distincto, nimirum ab. a. et non quia mouetur ab aliqua sui parte, quod requiritur vt aliquid sit seipsum mouens: ergo. a b. erit prius seipsum mouens: quam totum. a b c. [Nec esse est igitur] Concludit ergo necesse esse, vt ipsū seipsum mouens, puta primum, ex duabus tantum partibus constet, vel habentibus se per modum duarum, videlicet altera mouente, immobili tamē ꝛ altera que mouetur, nihil autem mouet ipsius perse mouentis. Quas quidem partes necesse est inquit, vt vel vtraque se mutuo tangant, vel altera. alteram, Hanc autem disiunctionem adiecit propterea quod nondum hactenus meminit de primo motore, vtrum sit simplex pluresque ꝛ materię omnino expers: quod in fine libri docturus est, id quod ꝛ Plato etiam docebat: obidque salua illa sententia, cum essent multi Philosophi, qui adstruerent, omne in substantiam, etiam primum motorem habere materialem magnitudinem, loquitur sub disiunctione. Etenim si tam mouens quam mobile, materialia sunt, mutuo se contingunt, si vero mouens sit immateriale ꝛ incorporeum, tanget quidem virtute sua mobile materiarum, haud tamen vicissim mobile attinget motorem. Sicuti intelligentia tangit cęlum non autē conuertitur (si igitur continuum) colligit ergo que dicta sunt, dicens quod si id, quod mouet, sit cōtinuū, quemadmodum id, quod mouetur (quod de necessitate esse continuum probatum est in. b. textu. 32. factum est iam manifestum, id quod seipsum mouet, non ideo seipsum, mouere, quia aliqua eius pars seipsam moueat alias per accidens hoc conueniret toti, sed totum est quod seipsum mouet ꝛ quod est mouens, ꝛ motum. Tametsi hęc tria predicata ratione diuersarum partium conueniunt toti, dicitur enim mouens ratione partis mouentis immobilis, et motum, ratione partis mote, sed mouere seipsum conuenit ei ratione amborum simul non enim (inquit) totum perse primo mouet, nec totum perse primo mouetur, sed a solum mouet, ꝛ. b. solum mouetur. c. autem non amplius mouetur ab ipso. b, imo hoc non est possibile: si dederis illud, quod est primum perse mouens, vt supra probatum est.

Dubitationem autem habet: si aufe Textus. xliiij.
rat aliquis aut ab ipso. a. si continuum est, id quod mouet quidem sed immobile est, aut ipso. b quod mouetur, an reliquum vtique ipsius. a. mouebit, aut reliquum ipsius. b. mouebitur? si enim hoc: non vtique erit quæ primo mouetur a seipsa linea. a b. remota enim linea. a b. a b. adhuc mouebit seipsam, reliqua. a b. An potentia quidem vtrumque nihil prohibet, aut alterum id scilicet, quod mouetur diuisibile esse: actu autem indiuisibile? si autem diuidatur: non vlterius esse eandem habens potentiam, quare nihil prohibet in ijs, quæ diuidi possunt. potentia primo inesse. Manifestum est Colligit igitur ex his, quod est primum mouens, immobile. Siue enim confestim id quod mouetur ab aliquo autem mouetur stet ad immobile primum, siue ad id quod mouetur quidem, ipsum autem seipsum mouens est & sistens, vtroque modo accidit vtique idquod primum mouet in omnibus esse motis, immobile. Sem Platonem

¶ Mouet autem in hoc postremo ter. dubitationem hanc Cum continuum sit diuisibile in semper diuisibilia vnde lib. 6, ter. 46. demonstratum est, ꝙ non datur primum esse motus ratione temporis: quia dato quocunque tempore motus, anteafuit motus, nec ratione cōtinui quia ante quālibet partem mouetur alia minor, vt alterationem ꝛ pariter in motu locali dum continuum transit per transuersam lineam non datur pars quę primo transibit. Cum hęc inquit Aristo. vera sint, videtur nondum esse constitutum primum mouens seipsum. Enim vero eadem arte quadempta particula. c. residua puta, abest prius seipsum mouens, demam aliquid ab. a. parte mouente, si est diuisibilis vel. a. b. mota quę de necessitate est diuisibilis, ꝛ tunc de residuo existit idem argumentum, quod sit seipsum mouens, ideoque. a. b. non non sit primū seipsum mouens. Et eadem ratione dēptis particulis ab illo residuo, id ꝙ super fuerit, erit seipm mouēs: ꝛ sic in infinitū [An potētia quidē] Responsio consistit in hoc, qōlicet omne continuū sit potentia diuisibile in semper diuisibilia, tamē potest cōtingere, vt in ratione mouentis ꝛ in ratione mobilis ueueniat ad aliquidquod a b est

non possit actu viuidi. In primis hoc patet, vbi mouens & mobile essent incorruptibilia, sicut si vas, anima vel intelligentiam esse primam partem mouentem, et sol vel alind astrum, primam motam Et preterea in caducis & corruptibilibus potest deuenire ad minima sub quibus potest conseruari, tam virtus motrix, quam ratio mobilis, vt ait Commentator: nam datur minimus ignis, & minima pars materie que potest calorem recipere. Et in serpentibus sectilibus sic nominatis eo quod in ciſi viuunt, id comperitur, quod dabiturtam parua pars anime viuentis, vt sub minore quantitate non possit vitam seruari: Quare nihil vetat, hac ratione signari primum seipsum mouens. [Manifestum est igitur.] colligit ergo conclusionem ab initio propositam, videlicet, quod vtrauis procedas via, siue ascendendo statim ad primum mouēs immobile, que est via Aristotelica, siue ascendendo ad primum seipsum mouens, que erat Platonica, vel vulgaris, necesse est tandem deuenire ad primum motorem immobilem.

DE PERPETVITATE & primi motoris & primi motus.

CAPVT. VI

Textus. xlv. QVoniam autem oportet motum semper esse & non intermitti: necessarium est esse aliquid perpetuum quod primum mouet, siue vnum sit siue plura & primum mouens immobile esse.

¶ Postquam constituit de primo motore, immobilem esse, prosequitur in hoc capite alteram eius naturam, puta perpetuitatem demonstrare ac simul vnitatem, idque duabus vijs: prima vsque ad tex. 49. et deinde altera. Et quia per hoc quoque firmius stabilitur eius immobilitas, vtrūque proponit necessarium in hoc tex. 45. secundum & primum motorem perpetuum esse, siue vnum sit siue plura atq; idem immobile. Et vtique eandem tribuit necessitatem: ex eo enim inquit q in prioribus duobus capitulis concluſum est oportere motum sem per esse absque principio & fine, sit necessarium vt detur primum mouens, tum perpetuum, tum etiam immobile: nam etiam si esset seipsum mouens, in esse illi oportereret [vt demonstratum est] partem mouentem immobilem,

Textus. xlvj. Vnunquodque igitur immobilium quidem non autem mouentium, perpetuum esse, nihil ad presentem sermonem. Quod autem necessarium est esse aliquid quod semper immobile quidem ipsum sit omni extranea mutatione & simpliciter & secundum accidens, motiuum autem alterius manifestum est considerantibus sic. Sit autem siquis velit: in quibusdam contingens, vt sit aliquando & non sit sine generatione & corruptione. fortasis enim necessarium est siquid inpers aliquando quidem est, aliquando autem non est: sine mutatione aliquando quidem esse aliquando autem non esse omne tale. Et principiorum immobilium quidem motiuorum autē quædam aliquando quidem esse aliquando autem non esse contingat & hoc. Sed nequaquam omnia quidem possibile est. Manifestum enim est quod causa quædam ijs quæ ipsa seipsa mouent ineſt, vt aliquando quidem sint, aliquando autem non sint. ipsum enim seipsum mouens omne necesse est magnitudinem habere si nihil mouetur impers. Id autem quod mouet nulla necessitate est ex dictis. Vt igitur alia quidem generentur, aliavero corrumpantur & hoc sit continue: nulla causa est, immobilium quidem, non semper autem existentium. Neque eorum quę semper quidem hæc mouent, his autem alia. Ipsius enim quod semper est & continui: neque vnumquodque ipsorum causa est, neque omnia, Nam sic se habere: perpetuum & ex necessitate est. Omnia autem, infinita: & non simul omnia sunt.

¶ At quoniam a Peripateticorum ingenio alienissimum est, questiones permiscere & confundere, & animalia omnia seipsa mouent in quibusani ma est pars illa mouens perse immobilis, & fuit Pythagoricorum opinio (vt extat. 1. de anima) vniuersas animarum species esse perpetuas abstinet modo ab hac disputatione, dicēs, q vnūquodque immobilium mouentium puta animarū, perpetuum esse nihil ad presentem sermonem: quamuis sola rationalis sit perpetua. Appellat iam hinc animas, mouentia immobilia secundum propriam opinionem, contra Platonem: qui dicebat eas a seipsis per se proprie moueri: vt super text. 34. explicuimus. Sed tamen hoc tantum constituere vult in singulari, q sit aliquid semper immobile omni extranea mutatione. Quod adiecit ne excluderet internam operationem intellectus anime: que dum mouet corpus intelligit: & ideo quodammodo patitur vt habetur: 3. de anima: licet non sit proprie motus: id quod & intelligentijs preterea

pręterea conuenit, & citra fidem nostram opinari quis poterat congruere primę causę, de qua nihil in superioribus definiuit. Sed ait immobile, & simpliciter & secundum accidens, ad significandū primum motorē, altioris esse nature, & multo magis a materia abstracte, quam animam, nam hęc licet perse sit immobilis, mouetur tamen admotū corporis per accidens: primus autem motor nec per se nec per accidens mouetur illo motu quo mouet corpora [Si autem siquis velit (Hic antequam ingrediatur veram legitimamque rationē refutat aliam, qua forsan antiqui vtebantur ad ratiocinandum perpetuitatem primi motoris, quę tamen non est concludens. Arguebant enim sic fortasse ab immobilitate ad perpetuitatem. Nihil ingenerabile & incorruptibile potest quandoque esse, & quandoque non esse: omne mouens immobile est ingenerabile & incorruptibile: ergo non potest quandoque esse & quandoque non esse estque ideo perpetuum. At vero maior est falsa, si intelligatur de ingenerabili & incorruptibili per se, nam indiuisibilia, puncta non perse generātur aut corrumpuntur, quia neque perse sunt: imo nō generatur nisi compositum, vt habetur. 7. meta. cętera vero congenerantur, & idcirco absquegenerantur, & id circo absque generatione perse conuenit illis quandoque esse, & quandoque nō esse. [Et principiorum] Pari ergo ratione concedit principiorum immobilium, mouentium tamen, vt pote animarum aliquas quandoque esse et quandoque non esse: atque adeo neque esse perpetuas (excepta rationali in futurū) quanquam sint per se ingenerabiles & incorruptibiles: siquidem non generantur perse nisi homo & equus, sed anima est id, quo generatur. Attamen q̄ omnia immobilia mouentia quandoque sint quandoque nō sint, hoc est impossibile. Animaduerte quam se acute insinuat ad celestes motores omnino separatos. vt qui non sunt actus coniuncti corporibus esse ostendere pergit, omnes esse perpetuos (Manifestū cñ est) Prima ergo via demōstrandi perpetuitatē primi motoris initur ex perpetuitate cursus generationum. Assumit enim concessionem, qō sint quędam mouentia seipsa: vti sunt animalia ex quo fit vt in illis sit aliqua magnitudo, nā quic quid mouetur, est partibile, vt ex. lib. 6. identidē inculcat quanuis id, inquit, quod mouet, non ex necessitate sit partibile, vt patet ex dictis de anima. Omne autem partibile si sit compositum, est generabile & corruptibile, fit ergo vt talia seipsa mouentia aliquando sint & aliquando nō sint per generationem & corruptionem. Est ergo Syllogismus talis. Huius quod est, aliquando esse & aliquando non esse, idque nunquam defficere sed per continuas generationes & corruptiones perpetuari aliqua est causa nam nihil in natura fit sine causa alias fieret a casu: eius autem causa nō potest esse aliquid illorum immobilium non semper existentium, puta aliqua anima: quia temporarium nequit esse perpetuitatis causa: neque vero rationalis anima quia licet sit infuturum perpetua, non tamen in pręteritum ergo confitenda est aliqua causa perpetua eiusmodi vicissitudinis. Minorem subdit illic [vt igitur] Quod autem sequitur. Neque eorum quę semper &c. in vniuersis trāslationibus, quas viderim: corruptum est. Habent enim Nec rursus eorum quę semper quidem hec mouent, horum autem alia. Quod nullatenus est intelligibile. Secundum tamen ambiguus casus grecus fuit illis causa vertendi per genitiuum, horum, id, quod vertendum erat per ablatiuum, his. Est enim sensus. Nec aliquid eorum, que mouent hęc, his autem, id est, per hęc alia, At duo nihilominus sensus tribuuntur huic litterę. Aliqui enim, vt Nimphus, sentiunt litteram hanc decelis: vt velit Aristo. dicere, quod neque aliquid immobilium quandoque non existentium, vt puta animarum, neque rursus aliquid eorum (nimirum intelligentiarum) que mouent corpora celestia, & per illa hęc inferiora, potest esse causa perpetuitatis generationis. At vero nulla hic intelligentiarum videtur in mentem venisse Aristoteles. nam ille perpetuę sunt apud ipsum, vult igitur hic prorsus ostendere (vt colligitur ex subiuncta statim ratione) quod nulla causa eorum que oriuntur & occidunt, potest esse causa illius perpetuitatis generatione. Commētator ergo legit expositorię scilicet, quod nullum immobilium aliquando non existentium, vt pote animarum est causa perpetuę successionis. per hoc, quod vnum producat aliud, & aliud aliud. Sed hunc sensum nullo modo fert greca lectio. Sensus igitur planissimus est per negationem prius animarum, deinde totius generis formarum causarumque generabilium & corruptibilium. Quasi dicat Causa illius perpetue successionis nec est aliquid immobilium, mota animarum, que sunt partes mouentes, suo gradu immobiles, necvero aliquid eorum, que mouent hęc, & per hec alia: hec est neque formarum omnino aliqua corruptibilium, neque suppositorum vllum, vt ignis, qui generat alterum ignem, per quem rursus generat alium [ipsius enim) Probat eandem minorem sit. Ipsius quod semper est & continuum simul collectim: influxus autem generationum, perpetuus est & necessarius: ergo causę corruptibiles non sunt causę illius: Probat maiorem: nam quod vnum seorsum eorum non possit esse causa, manifestum est, cum illa causa corrupta, post durat generationis cursus: sed quod neque omnes simul, patet duplici doctissimo verbo sic: Causę perse perse alicuius rei, si constaret ex pluribus causis, nec debent esse infinite: alias non sequeretur motus [vt probatum est tex. 34.] & pręterea debēt esse simul alias non essent ex se cause, quādoquidem aliqua defficientem reliquę nihilo sectius agunt, quamuis possit pręcedens disponere ad effectum subsequentis, vt vsu fit in guttis per forantibus lapidē ille causę corruptibiles quia secundum Aristotem non habuerunt principium, fuerunt infinite: neq; vero sunt simul sed dilabuntur curriculo temporis, ergo non sunt per se causę talis perpetuitatis obidque indaganda est alia perpes, perpetuoque mouens.

Manifestum est igitur quod quamuis decies millies aliqua principia immobilium quidem mouētium autem & multa eorum, quæ ipsa seipsa mouēt corrumpātur alia vero insuper generentur & hoc quidem immobile existens hoc mouet, alterum autem, hoc at nihilominus, aliquid esse quod continet

Textus. xlvij.

continet. Et hoc præter vnunquodque esse id quod est causa vt alia quidem sint alia vero non, & continuæ mutationis. Et hoc quidem, his, hæc autem alijs, causa motus sint.

¶Confirmat ergo in tex. 47. apertius prehabitã rationem, dicens, q quamuis decies milles (accipit finitum numerum pro infinito) aliqua principia immobilium mouentium, nimirum animarũ & multa eorum quę seipsoa mouent. secundum animalia, corrumpantur: eorum loco generentur subrogenturque alia: & inter hęc, hoc quidem immobile existens, puta hęc anima moueat hoc animal, & hoc alterum: id est alia causa moueat alterũ mobile, ita vt singulis mobilium singule adscribantur mouentes forme & causę, hoc non sufficit ad perpetuitatem generationis, eo quod causę huius modi classis succumbunt, & defficiunt, series autem generationum perpetuo est permansura. Sed aliud est horum prima causa, cui nimirũ hęc omnia competant. ¶Primum, vt suprema sua virtute caducas has causas contineat. Secundo vt sit preter hęc inferiora, id quod est, hoc est stabile, & firmum, & nunquam cassurum principiũ, propterea enim substantia dicitur id quod est, quia omnia sustinet. Et tertio sit causa, vt alia dissoluãtur, & pereant, alia vero substituantur, sufficiãtur quę illis ad perpetuandam speciem, ne interrumpatur. Et quarto veniq; ijs neq; alijs, nępe diffluẽtibus, ac sibi succedẽtibus particularibus causis causa sit vniuersalis motus: hoc est fons sit et origo vnde virtutes hęc inferiores motrices deriuẽtur. Ac si dicat. ¶Nunquam hoc mixtum aliud gigneret, quod post se relinqueret: nisi a causa perpetua, cui negotium perpetuitatis competit, talem virtutem susciper- e

Virtutes primi motoris.

Textus. xlviij. Si igitur perpetuus motus est, perpetuum erit & mouens primum, si vnum est. Sin vero plura: plura perpetua. Vnum autem magis quam multa: & finita, infinita oportet existimare eisdẽ enim accidentibus, semper finita magis accipere oportet. in ijs enim quæ natura sunt: oportet finitum & id quod melius est, si contingat, esse magis. Sufficiens autem est, etiam si vnum. quod cum primum in mobili perpetuum sit, erit alijs principiũ motus.

¶In hoc vtique textu. 43. quoniam proposuerat in. 45. ex perpetuitate motus, quę necessaria est propter perpetuam generationum seriem, inferre a posteriori necessitate vnius primi sempiterni quę motoris, concludit eandem conclusionẽ cũ eadem ratione, dicens, q si perpetuus est motus ne cessum est, vt perpetuum sit mouens primum qui dem si vnum est: sin vero plura, quod omnia sint perpetua. Sed animaduerte, quod intelligit de singulari motu cęli, de quo vsque ad textu. 49. nihil meminit: sed in genere sicut dixerat textu. 45. quoniam oportet motum esse [vnum autem.] De vnitate quidem primi motoris non erat hic proprius locus dicendi, sed. 12. meta. text. 49. & 1. de celo. textu. 90. internectit nihilominus hic obiter assertionem hanc, quam duabus ratiunculis confirmat. ¶Prima est peripateticis gennina. Frustra fit per plura &c. Fit ergo, q si vnum possit sufficere, vnum potius asserendum est, quam multa: q simulta sunt necessaria magis consentaneum est, finita existimare, quam infinita. Eisdem enim accidentibus: hoc est si indifferens est idemque effectus contingunt, magis accpere & confiteri oportet finita, quam infinita: quia hoc melius est. Etenim si infinitum accipias ex parte formę & actus, puta infinitam virtutem vnitam in vno quẽ admodum Deus infinita virtute posset, multo id prestantius est, quam finitum. Et de hoc infinito hic loquitur Aristo, si autem accipias infinitum ex causa materię, vel quasi materię puta infiitum numerum, imperfectionem dicit, puta carentiam termini, quies t velut rei forma. Atque id maxime in causis est impossile: nam tunc, vt probatum, est nunquam inciperet motus. Eadem ratione cum pluralitas ad vnitatem perse reducatur vnum supremum confiteri oportet, quod cum sit primum omnium immobilium, perpetuum sit, & aliorum principium: a quo & intelligentię quoque ipse, quamuis [secundum Aristotelem) sint eternę, nihilominus [secundum eundem dependeant.

De vnitate primi motoris.

Manifestum autem est ex his: quod necesse est esse aliquid vnum, & perpetuum primum mouens.

Textus. xlix.

Ostensum est enim: quòd necesse est semper motum esse. Si verò semper: necesse est & continuum esse. Etenim quod semper est: cõtinuum est. Quod autem consequenter est: non est continuum. At verò si continuus est: vnus est. Vnus autem: si & ab vno mouente & vnius sit q mouetur. Si enim quiddam aliud & aliud mouebit: non continuus totus motus, sed consequenter erit.

¶Subdit vnitatis eiusdem secundam rationem Syllogismus est hic, Ostensum est insuperioribus, motum semper esse: si autem semper est, necesse est et continuum esse: nam si motus non est continuus, sed sit fluxus tantum diuersorum motuum, non erit sempiternus, sed consequenter se habens, atque deinceps citius puta vnum post alium quod autem sic se habet, non est necesse esse semper: quoniam in terciditur ergo id quod est semper, opus est esse cõtinuum. In. 5. enim libro distincte sunt tres differentię quantitatis: scilicet continuę, contingę, & consequenter se habentis: & idem est de motu, qui fit in tempore. Locus hic fauetcommentatori. uere videtur Commentatori, qui [vt in exordio lib. 1. annotauimus] opinatur illic cõstituere Aristo. vnum singularem motum sempiternum. Ait siquidem

siquidem hic ostensum est, semper motum esse ⁊ si est semper sit ⁊ continuum esse, atque adeo vnum hoc autem nullibi videtur ostensum, quam in primis duobus capitulis. At dicendum est nihilominus, quod phrasis ipsa testatur non esse ostensum, nisi in genere quod semper fuerit vnus aut alter motus. Sed tamen quanuis sint qui existiment, nullam hic subinferri mentionem vnius singularis motus perpetui qualis in celo est arbitrātes in tex. 53, sermonem illius inchoari [cuius opinionis est illic San. Tho.] nihilominus iudicio meo manifeste fit hic descensus a motu in genere ad singularem perpetuum vt ex vno eliciat alterum indeque adscendat ad demonstrandam perpetuitatem primi motoris. Sic enim palā arguit ostensum est ꝙ necesse est semper motum esse videlicet in genere. Si vero semper, necesse est ⁊ continuum esse. Non intelligas eundem ipsum quem ostensum est semper esse sed nititur consequentia cuidam sententię quam infra profert tex. 56. scilicet, quod motum, continuę esse contingit duplici ter: vno modo vt infiniti consequenter se habeant ⁊ hoc pacto non est proprię sempiternus motus, eo ꝙ interrumpitur. Altero modo, vt sit vnus cōtinuus: ⁊ hic proprie est sempiternus. Intendit ergo hic docere, ꝙ id quod improprie est sempiternum per successionem plurium, necesse est reduci ad vnum motum, qui sit proprie sempiternus: nā quod imperfecte est tale, reducitur ad perfectum ex quo pendet. Et hic sensus maxime confirmatur quia profecto in toto hoc libro nō est ppriꝰ locus in quo demonstretur motus sempiternus continuus, quam hic: vt textu. 53. ⁊. 54. apertius monstrabimus. Arguit igitur, ꝙ cum ostensum sit semper motum esse, fit vt sit assignandus vnus motus continuus nam quod semper est scilicet proprie, continuum est. Etenim quod consequenter est, licet sit quodammodo semper nō est cōtinuum sed est deinceps ⁊ contiguum per intercisas partes quod id circo referri superius oportet in motum proprie sempiternum. ꝙ resumit

Ex his igitur crediderit aliquis esse quid primum immobile: & rursus cum respexerit ad principia mouentium. Esse igitur quædam entium, quæ aliquando quidem mouentur, aliquando vero quiescunt: manifestum est. Et per hoc fuit manifestum: quod neque omnia mouentur, neque omnia quiescunt, neque alia quidem semper quiescunt, alia vero semper mouentur Que nanque ad ambo prona sunt, & potentiam habent vt aliquando quidem moueantur, aliquando vero quiescant, demonstrāt de ipsis. Quoniam autē huiuscemodi, omnibus sunt manifesta, volumus autem demonstrare & duorum vtranque naturam, quod sunt alia quidem semper immobilia, alia autem quę semper mouentur, procedentes autem ad hoc & ponentes omne quod mouetur ab aliquo moueri, & hoc esse aut immobile, aut quod mouetur, & quod mouetur, aut a seipso aut ab alio semper: processimus vt accipiamus quod eorum que mouentur est principium. Eorum quidem quæ mouentur, id quod ipsum seipsum mouet. omnium autem id quod immobile est. Videmus autem & manifeste esse eiuscemodi quæ mouent ipsa seipsa: vt animatorum & animalium genus. Hæc igitur & opinionem præbebant: ne forte contingat motum fieri, cum non esset omnino. Propterea: quod nos in his videmus hoc contingere. Immobilia enim cum sint aliqnando: mouentur rursus vt videtur.

¶ Post priorem locum probandi perpetuitatem primi motoris ex perpetuitate vicissitudinis generationum ⁊ corruptionum, commigrat ad secūdum qui sumitur ex natura principiorum mouentium animalia, puta animarum, quę suo gradu sunt mouētia immobilia. At quoniam. cap. 3. duo hec proposuerat demonstranda que sunt immobilitas primi motoris, et eternitas primi motus, quę quidem iam iam concludere properat partitionem propemodum repetit illic prefatam. Resumit inquam manifestum esse, ⁊ sensibus peruiū existere entium quędam quę ad vtrumque potentiam habent nimirum vt quandoque moueantur quandoque vero quiescant: ⁊ per hoc iam fuit explosa Heracliti opinio quod omnia semper mouētur atque altera Zenonis, quod alia semper quiescunt alia vero semper mouentur. Hęc enim tria membra vno experimento refutantur, cassi rerum, quę prone sunt ⁊ propense, vt aliquando quidem moueantur, aliquando vero quiescant. Hęc igitur, inquit cum sint omnibus in propatulo alia duo [tex. 27. proposita] nobis restant demōstranda nempe quod sint alia quidem semper mobilia, vt celi, alia vero semper immobilia vt intelligentie, ac potissimum prima causa: vt rerum vniuersitas in tria pateat dispertita, in hęc nimirum duo sublimium genera, ⁊ tertium sublunarium mixtorum, quę vicissitudini motus ⁊ quietis obnoxia sunt [Procedentes autem] Recolit deinde processum, quo inhuiusmodi demonstrandis progressum est: nam supposito illo fundamento, omne ꝙ mouetur ab aliquo mouetur atq; id preterea a quo res mouetur aut immobile esse, aut qō mouet, ⁊ tertio id ꝙ mouetur aut a seipso moueri aut ab alio, inde, inquit, processim⁹ vt acciperem⁹ principium eorum, que mouētur adq; id quidēduplex. nā in ordine eorū, quędam mouent mouētur

conscendimus

consecendimus vsque ad vnum quod mouet nõ motum ab alio,sed a seipso:in ordine vero mouentiũ simpliciter statuere conamur vnum summũ principium immobile.quod sit omnium caput suprema causa,etiam eorum quę seipsa mouẽt. Hic videtur affirmare primum mobile mouere seipsum ad quod reducitur ordo eorum quę mota mouent sed de hoc.q,3. Nam exemplum mouentium seipsa solum ponit in animalibus, sicuti in textu.20. Hac habita repetitione descendit ad propositum,dicens[videmus autem] Hoc est oculata experientia comperimus, esse aliqua, quę seipsa mouent,vt genus animalium. Et hinc,inquit, sumebatur supra,puta textu.20.argumentum, motum in orbe toto aliquando incepisse, per quod argumentum videtur corruere id, quod modo connitimur statuere,puta tam primum motorem esse perpetuum,quam primum motum. Argumẽtum autem sumebatur a simili.quod si in animali & presertim in homine hoc vsu venit,vt moueri incipiat cum antea quieuerit,cur non idem de vniuerso orbe confiteamur.

Text⁹.lj Hoc autem oportet accipere, quod secundum vnum motum ipsa mouent & quod secundum hunc non proprie Non enim ex ipsis est causa:sed insunt alij motus naturales animalibus,secundum quos non mouentur per seipsa. Vt augmentatio, diminutio, respiratio, quibus mouetur animalium vnumquodque cum quiescit: & non mouetur secundum eum motum, qui est a seipso. Horum autem causa est continens,& multa ingredientium. Vt quorundam alimentum. Nam dum concoquitur,dormiunt:dum autem disgregatur,excitantur,& mouẽt seipsa cum primum principium ab externo sit. Quapropter: non semper mouentur continuè a seipsis. Aliud enim est mouens ipsum,quod mouetur, & mutatur,ad vnumquodque mouentium seipsa. In omnibus autem his mouetur primũ mouens:& causa est vt ipsum seipsum moueat a seipso,secundum accidens tamen. Mutat enim locum corpus. Quare & quod in corpore existit & vectis motione,mouet seipsum.

¶Obiecto igitur argumento in contrarium dissoluit ipsum in textu.51. que quidem solutio probatio est destinate conclusionis. Ait ergo q ad diluendam hanc obiectionem, premonendi sumus hic suppositionis illic facte,videlicet quod proprius motus animalium quo scilicet a rebus ceteris discernuntur,est motus localis, vt dictũ est tex.20.veluti progressiuus,& alij aliorum membrorum,hic enim tum appetentia excitatur, tum etiam voluntatis imperium subit,quorum alterũ est animalibus proprium alterum vero homini. Sed tamen hic nihilo secius non omnino proprię tribuitur animali,hoc est non ita enascitur a principio interno animalis,vt non alij extrarijab obiectis sensum antecedãt, quibus forinsecus animal prius immutatur,quam seipsum hoc motu cieat. Et hoc est,quod subdit. Non enim ex ipsis est causa. At vero[vt illic partim admonuit Aristo.& hic apertius edocet] sunt & alij preterea motus naturales animalium,secundum quos non mouentur perseipsa:vt augmentatio, diminutio respiratio, quibus animal incipit nonunquam de nouo moueri,licet non a seipso:quia non est in sua potestate illis moueri dum vult nisi aduentantibus extrinsecus prioribus causis.vt aere ad respirandũ,aut calore,aut frigore,que omnia proueniunt a continenti puta & a cęlo et ab ãere. Et preterea ministrato alimento,quod dum concoquitur[vt commento.20,exponebamus] ad fumiculos conscendentes,cerebrum ac corpore afficientes sensoria organa causa fit somni,sed perfacta tamẽ digestione,& per venas distracto alimẽto, redit vigilia atque adeo localis motus qui fit ab intrinseco per appetitum:cuius tamen:primum principium fuit extrinsecus (Qua ppter.) Cõfirmat candẽ assumptam propositionem nimirum predictum motum localem,non esse omnino proprium animalium: nam si a seipsis omnino moverentur, cõtinue quidem sine cessatione moverentur: at vero non ita fit.sed fit frequenter pausatio propter mouens extrinsecũ,puta aerẽ,quidũ mouet mouetur nã calefactus aer calefacit animal, & in frigidatis in frigidat.&c.quibus alterationib⁹ varie afficit,inficitq animal,vt modo benigna sit nutritio. modo maligna:cuius vtique gratia languidum animal non perinde se mouet,ac dum est firmũ. [In omnibus autem his] Cõfirmat varietatem motuum animalium,& docet huiusmodi motus nõ esse in illis perpetuos ex eo,ꝙ non modo circunstantia mouentia extrinseca non mouent nisi mota,verum neq anima quippe que dum corpus mouet, mouetur & ipsa non quidem perse,at per accidens ad motũ corporis rationalis scilicet motu locali, reliquę vero que aducuntur de potentia materie, motu etiam etiam augmentationis,anime potissime sempentum,qui viuunt incisi:quę quidem animę citra controuersiam sectiles sunt & augmenti decrementique capaces Subiungit exemplum vectis, qui motus ab alio mouet lapidem,ad cuius motũ per accidens & ipse mouetur. Cũ ait motũ animali intercipi nec esse continuũ, haudsic absolute intelligas,vt actio calidi in humidũ,in quo vita consistit cessarẽ nisi per mortem. possit. Sed loquitur de alijs motibus.

Tex.lij. Ex quibus credere licet,quod si quid est immobilium quidem mouentium autem,& ipsorum quę mouentur secũdum accidens:impossibile est cõtinuo motu mouere. Quare si necesse est quidem continuæ esse motum: esse quid oportet primum mouens immobile

& non

& non secundum accidens, si futurum est (vt diximus) in ijs quæ sunt vt sit in cessabilis quidam & immortalis motus, & manere ens ipsum in seipsum & in eodem: Principio enim manente necesse est & omne manere continuum existens ad principium. Non est autem idem: moueri secundum accidēs a seipso, & ab altero. moueri enim ab alio: & eorum quæ sunt in cęlo quibusdam principijs ineſt, quæ secūdum plures feruntur lationes. Alterum autem corruptibilibus solum.

¶Hac prehabita superiorum recapitulatione, probat perpetuitatem, in hoc quidem text. 52. primi motoris, & in sequenti, primi motus. Sit ergo per hęc quę dicta sunt confectum esse, vt cum immobilia mouentia, puta anime, moueantur secundū accidens, impossibile sit eorum quippiam esse causa vt continuo sit motus: nam quod est mobile, nō semper eodem modo se habet, et ideo nequit esse causa continuitatis motus. Eo præsertim cum anime moueantur per accidens ad motum corporis caduci, et quod lassitudine potest succumbere. Fit igitur vt si necesse sit continuum esse motum, oporteat subinde & primum esse mouens immobile omnino, tam per accidens: quam perse: at monstratum iam est in superioribus, in his quę sunt idest in partibus vniuersi in cessabilem quendam & immortalem motum esse, & manere ens ipsum, puta totum vniuersum in ipso et in eodem puta in sua figura, statu, ordine & modo. Subticet conclusionem, quam tu supple: ergo necesse est existere vnum immobile, idemque perpetuū primum ipsum. Et ratio consequentię est, q̄ totum vniuersum nunquam perlabiles causas et transitorias perpetuo manēte, ad quod vniuersum ipsum ab illo dependens, referretur. [Non est autem,] Satisfacit obiectioni, quę illico se offerebat Dixerat enim, propterea, nullā animā esse causā perpetui motꝰ, q̄ sit & ipsa per accidēs mobilis, cōtrariū aūt videtur cōtingere motoribus ☽planetarū quippe qui perpetuo, continuoque motu circumuoluunt suos orbes ab occidente in orientem super suos ipsorum polos, non obstante q̄ per accidens moueantur ad motum primi mobilis contrario motu ab oriente in occidentem super polos mundi, respondet ergo, q̄ commoueri quippiam per accidens, stat dupliciter: vno modo a sei ipso, & hoc conuenit animabus corruptibilium, anima enim mouendo corpus seipsam mouet, sed alio modo contingit moueri per accidens non a sei ipso, sed ab altero & hoc inquit conuenit quibusdā principijs eorum, quę sunt in cęlo. Litera hec tamen anceps est, & explicatu necessaria, vtrum intelligat motores ipsos orbium per accidens moueri ab alio an non nisi solos orbes. Alexander enim & qui putant motores orbium esse coniunctos orbibus, velut corporibus animas aiunt & motores ipsos sicuti anime circunferri per accidens circulatione orbis, et ita hic intelligunt Aristotelem. At tunc profecto nullum esset discrimen hac parte inter animam & motorem cęli: quoniam motor mouendo orbem a seipso per accidens moueretur. Cuius contrarium ait Aristo. In dubie ergo dicendum est, q̄ ☽Philosophus non sensit motorem cęli moueri per accidens admotum sui orbis quoniam non ineſt illi tanquam forma sed est vno loco immobilis. vnde orbem mouet. Quare neq; ab oriente in occidentem, neque econuerso mouetur, veruntamen ait, q̄ improprie, & per abusum posset dici moueri per accidens ab altero id est, ratione alterius, puta sui orbis, quē mouet qui quidem mouetur perse proprio motu, et per accidēs motu primi mobilis: cum tamen intelligentia sit simpliciter immobilis. Qua de causa perpetuo cōtinuoque motu & sibi semper simili mouet.

At vero si aliquid est semper huiusmodi, mouens quidem, immobile autem & ipsum perpetuum, necesse est & ipsum primum quod ab hoc mouetur, perpetuum esse. Est autem hoc manifestum quidem: & ex eo quod non aliter esset generatio & corruptio & mutatio in alijs, nisi aliquid moueat id quod mouetur. Immobile enim eodem & vno motu semper mouebit eodem modo, tanquam nihil ipsum mouetur ad id quod mouetur. Quod autem mouetur ab eo quidem quod mouetur, ab immobili autem moueturiā propterea, quod aliter ac aliter se habet ad res ipsas, non eiusdem motus erit causa. Sed propterea quod in contrarijs est locis aut speciebus: contrarie præstabit vt moueatur vnunquodque aliorum, & aliquando quidē quiescat, aliquando autem moueatur. Manifestum igitur factum est ex dictis, & q̄ in principio dubitabamus: cur nam nō omnia aut mouentur aut quiescūt aut alia quidem mouentur semper alia vero quiescunt, sed quædam aliquando autem non. Huius enim causa: manifesta nunc est, quod alia quidem ab immobili sempiterno mouētur. Quapropter semper mutantur. Alia vero, ab eō q̄ mouetur & mutatur. Quare: & ipsa necessarium est mutari. Immobile autem, vt dictum est, tanquam simpliciter, & eodem modo,

Textus 53.

Diuersitas successionum non esse nisi esset aliquod mouens sed successione eternum

mouens mobile et

prius maius, nam motum cum, et idem natum est facere ide

soluit

s. cœlum.

& in

per accidens Ad motum

& in eodem permanens: secundum vnum & simplicem mouebit motum.

¶In hoc.53.tex.arbitratus est.S.Tho.Aristotelem monstrare per petuitatem primi motus,obid que reprobat Commentatorem dicentem,in superioribus Aristotelem meminisse primi motus:nã tunc circulari vitiosaque adeo demonstratione vsus fuisset dum in precedentibus per eternitatẽ primi motus demõstrasset eternitatem primi motoris nuncvero conuersim per eternitatem primi motoris demonstrat eternitatem primi motus. At vero vt facile crediderim,Contra Commentatorem,in duobus primi capitulis nihil fuisse locutũ Aristotelem de primo motu,sed de perpetuitate motus in genere, tamen in tex.59.id, ni fallor negari non potest.Et preterea in tex.proximo forsam licet non ita clare eundem commemorabit per illa verba.At sit incessabilis quidam & immortalis motus.Igitur si verum habet quod hic demonstratur eternitas primi motus, dicendum est qõ hactenus probauit a posteriori per continuitatẽ primi motus eternitatem primi motoris nuncvero apriori conuertitur demonstratio. Attamen a perte videtur Aristote.hic demonstrare,non quidem perpetuitatem primi motus,sed reuera primi mobilis,cuius hactenus non meminerat. Itaque ex perpetuitate fluxus generationum ascendit ad primum motum sempiternum,indeque ad primum motorem,& iam nunc inde descendit ad primum mobile,vt rationem afferat tam perpetuitatis generationum.quam varietatis & vicissitudinis,vt aureo hoc circulo eo reuertatur vnde profectus est.Ait ergo ꝙ si vnum extat mouens immobile,ipsumque perpetuum,necesse est & ipsum primum quod ab hoc mouetur perpetuum esse, Cuius ratio prima est,& si non prolata quod vnicuique motori proportione respondet suum mobile,cum ergo primus motor sit perpetuus,fit vt sit etiam et primum mobile.At vero subdit secundam rationem de media Philosophia de promptam:alias inquit si mouens illud primum immobile inferiora hęc immediate moueret,& non per aliud sempiternum mouens quod moueretur,nõ posset exhiberi ratio varietatis diuersatisq;, tum temporum,tum maximę rerum generabiliũ, quę in diuersis temporibus,& climatibus procreantur,nam mouens immobile cum semper eodem, sibique simillimo se haberet modo nunquam ex eisdem elementis tantam rerum diuersitatem gigneret.)(Quod autem mouetur).Id est cum autem globus hic sublunaris moueatur ab eo quidẽ quod mouetur ab immobili,puta mouetur a celo quod mouetur ab intelligentia propterea,inquit quod celum ipsum,& potissimum orbes planetarum aliter atque aliter se habent ad res ipsas inferiores contingit tanta earum varietas ac diuersitas Siquidem propter obliquũ motum sub Zodiaco.nunc sol aliaque astra appropinquant aliquibus climatibus a quibus post elõgantur,& ideo non eiusdem prorsus motus sunt semper causa sed propterea ꝙ sol in contrariis est locis , aut speciebus contrarie prestabit vt moueatur vnumquodque horum inferiorum:& quandoq; quiescãt quandoque autem moueantur. Addiecit,[vel speciebus]aut propterea quod nondum huc vsq; deffiniuit an celum sola latione locali moueat,an vero influentia aut propterea ꝙ cogitauit adiscere inter causas etiam ad elementa.nam propterea qõ aer motus mouet animal,fit vt quandoque calefactus calefaciat,& aliquando in frigidatus infrigdet.[Manifestum igitur]Concludit tandem id quod.c.3.proposuerat:nempe,cur nam aut omnia moueantur(vt dicebat Heraclitus)aut non omnia quiescat [vt docebat Zeno] Rursus cur non omnia diuidantur tantum in duo vt alia quidem semper mouentur, alia vero semper quiescunt, sed sit medium quorundam que aliquando mouetur & aliquando quiescunt huius namque postremi membri causa manifesta nunc est per hanc proximam rationem. Enimuero quoniam sunt alia duo genera rerum alterum quod mouet semper immobile,alterum quod semper ab eodem immobili mouetur:hac quippe de causa illa,quemouẽtur ab immobili sempiterno,vt cęli semper vno simplici motu mouentur propter simplicitatem primi mouentis:aliis vero puta his inferioribus, quia mouentur ab eo , quod mutatur, vt potea cęlesti corpore,quod mutatur per accessum & recessum ,contingit diuersitas,vt aliquando moueantur,aliquando vero quiescant. Immobile autẽ (vt dictum est)scilicet primum mouens,simpliciter & eodem modo permanens,secundum simplicem motum semper mouebit.In summa,causa varietatis diuersitatisque rerum generabilium ,et eius,quod diuersis temporibus quiescant, & moueantur,causa sunt cęli mouentes moti causa vero propetuitatis in eisdem generationibus,vt nũ quam deficiant,causa est primum mouens immobile.Ex cuius immobilitate argumentum ascisci mus.q.1.quod Deus agat permodum nature.Animaduerte hic id,quod semper hactenus admonuimus,videlicet,ꝙ nunquam Aristote.motus inferiores reduxerit ad primum quod seipsum mouet sed ad primum mobile,quod mouetur immobili separato.Neque vero rationes istę Aristotelicę conuincũt perpetuitatem primi motus:quia secundum fidem primum mouens absque sui mutabilitate inchoauit motum , quando illi placuit.

QVOD SOLVS MOtus secundum locum posit esse perpetuus, CAPVT. VII.

Textus. liiij.

VT vero & alio facto principio magis erit de his manifestum.Considerandum enim est:vtrum aliquẽ motum contingat esse continuum an non & si contingit quis est hic,& quis primus est motuum.Manifestũ enim est ꝙ si necessarium quidem est semper motum esse,primusaũt hic & continuus est ꝙ primũ mouens mouet secundũ hũc motũ quẽ necessarium est vnũ & eundem esse,& continuũ & primũ.

¶Cum hucusque de primo motore, motu, & mobili in genere disputauerit, an sint tria hęc perpetua,iam modo sermonem accomodans ad singularia

laria, incipit explorare, quis qualisq; sit motus iste, & mobile, & mouens. ¶Proponit ergo considerandũ esse, vt hęc magis fiant manifesta, vtrum aliquem singularem motum contingat esse continuum: intellige nõ modo cuius partes faciant vnum, sed cuius nullum fuerit initium, neq; futurus sit finis: & si sit, quis nam ille, quisq; sit primus. Dicit autem alio facto principio, quia nouã exoritur materiã In hoc ergo. 7. c. ostendit talem motum cõtinuum & primũ neutiquam esse posse, nisi localem. At ne quis hallucinaretur, non esse eundẽ motum, qui cõtinuus, vnusq; est, puta infinitus, & qui est primus, subdit manifestũ esse, q; si necessariũ est semper motum esse (vt iam modo deductum est) hîc autem motus. s. qui semper est, primus est, & continuus: nam id, quod sempiternum est, prius est temporalibus, & sempiternus est, continuus est, & vnus, sequitur, q; primum mouens mouet secundum hunc motum, quem necessarium est vnum & eundem esse, & continuum, & primũ: nam eo, q; mouens, est primũ, fit vt suus quoq; motus sit primus: & ex eo, q; est immobile, sequitur, q; continuo moueat, atq; adeo q; eius motus sit vnus, & idem. ¶Per inde est, ac si dixisset, q; primus ille motus, quẽ quærimus, est ille, quo primum mouens mouet. Et hoc est quod proponit Aristo. manifestum facere.

tex. lv. ¶Tribus autem existentibus motibus, alio quidem secũdum magnitudinem, & alio secundum passionem, & alio secundum locum, quẽ vocamus loci mutationem: hũc necessarium est esse primum. Impossibile enim est augmentationem esse, alteratione nõ præexistẽte. Quod enim augmentatur: est quidẽ vt simili augeatur, est autem vt dissimili. Contrarium enim alimentum dicitur esse contrario. Adiungitur autem omne: factũ simile simili. Necesse igitur est alterationem: esse eam, quæ in contrarium est, mutationem. At verò si alteratur: oportebit esse alterans, & agens, & potentia calido actu calidum. Manifestum est igitur: quòd mouens non similiter se habeat, sed aliquando quidem propinquius est, aliquando autem longius, ab eo, quod alteratur, est. Hæc autẽ sine loci mutatione non cõtingit esse. Si ergo necesse est semper motũ esse: necesse est & loci mutationem esse semper primam motuum. Et si loci mutationis alia quidem prior, alia vero posterior est: primam. Amplius autem, omnium passionum principium est: densitas & raritas. Etenim graue & leue, & molle & durum, & calidum & frigidum: densitates videtur esse, & raritates quædam. Densitas autem & raritas: congregatio & disgregatio, secundùm quas generatio & corruptio substantiarum dicitur. quæ autem congregantur & disgregãtur: necesse est & secũdùm locum mutari. At verò & eius, quod augmentatur, & diminuitur, mutatur secundùm locum magnitudo.

¶Probat igitur primum omnium, motuum necessario esse lationem secundum locum, duabus rationibꝰ. ¶Prior supponit, tres omnino esse species motus, scilicet augmẽtationem, alterationem, & motũ localem. Et est talis. Augmentationem necessario antecedit alteratio, alterationem motus localis: ergo primus omnium motuum est localis. ¶Probatur prior præmissa, quoniam augmentatio fit per alimẽtum, quod in initio est dissimile rei, quę alitur, & in fine simile: non enim adiungitur, hoc est, conuertitur in substantiam aliti, nisi quando est simile, nihil autem mutatur a contrario in contrarium nisi per alterationem, quę est motus inter contrarias qualitates: ergo alteratio præcedit augmentationem propriè dictam, nam illa, quę fit per infusionẽ aquę in aquam, non est propriè augmentatio. (At vero.) Quod autem alteratione prior sit motus localis, inde patet, q; ad alterationẽ requiritur agẽs alterans, quod faciat (verbi gratia) de potentia calido actu calidum: hoc autem non semper est similiter propinquum passo, alias non magis nunc, q; antea calefaceret: ergo ad agendum necesse habet admoueri passo, hęc autem admotio fieri non potest sine motu locali: ergo hic est prior. Exemplum patescit in alimẽto, quod nisi applicetur stomacho, non fiet digestio, neque nisi præuia digestione, fiet augmentatio. Concludit ergo, q; si necesse est semper motum esse, necesse est lationem, hoc est, motũ localem esse primam. Quod si inter lationes vllus sit ordo prioris & posterioris (qualis est inter rectam & orbicularem) illa, quę inter eas est prima, erit simpliciter motuũ prima: vt de orbiculari fiet manifestum. (Amplius autem) Adiungit rationem secundam, quę non tam de sua opinione profert, q; de illa, quę fuit antiquorum, vt idem secundum omnes persuadeat. Fuit enim antiquorum opinio, vti Democriti & Anaxagoræ, q; raritas & densitas, nõ solum essent omnium qualitatum primę, verum & propria generationum initia. Nam raritas fiebat secundũ Democritum per atomorũ disgregationem, & densitas per earundem congregationem, per quod penitus differebat mixta: vt lana a ferro: & a raritate emanabat calidum, humidum, leue, molle, &c. a densitate vero frigidum, siccum, graue, durum. Deceptio autẽ Democriti erat, q; non speculabatur causas, nisi ratione materię: & quidem ex parte materię rarum & densum, quę illi conueniunt ratione quantitatis præcedunt cęteras qualitates: & sic experimur, q; mobile dum per calorem disponitur, rarefit, & dum disponitur per frigus, condensatur. Si autem cõsiderationẽ ad causas retulisset agentes, agens potius per calorẽ rarefacit materiã, q; econuerso rarefactio sit causa caloris. Igitq; usq; ad li-

hzum de generatione nihil de his definiuit, accipit tanq̃ probabilem, opinionem illam, vt ostendat motum localem non solum anteire alterationi, sed etiã generationi, quam quis posset putare esse priorem motu locali, pro eo, q̃ per generationem fit substantia, quę prima est rerũ oim prędicamentorum. Arguit ergo. Raritas, & densitas principia sunt aliarũ qualitatũ: densitas vero & raritas, cõgregatio & disgregatio dicũtur (puta ab antiquis) secundũ quas generatio fit & corruptio substantiarũ: cõgregatio & disgregatio sunt quidã motus secũdum locum: ergo hic est primus tam generatione q̃ alteratione. Est vero q̃ prior sit, quoq; augmentatione & diminutione, præter superiorem rationem, est & altera, q̃ augmentatio & diminutio non fiunt nisi per motũ localem: tum q̃ alimentum, per quod fit alimentatio distribuitur per arcterias, tum per accretio ipsa est dilatatio ad maiorem locum, & decretio coartatio ad minorem.

Tex. lvj ¶Amplius & hinc considerantibus erit manifestum: quòd loci mutatio, prima est. Primum enim: vt & in alijs, sic & in motu dicetur vtique multifariã. Dicitur enim prius: &, quo nõ existente, nõ erũt alia, illud verò sine reliquis. Et quod tempore. Et quod secundùm substantiam. Quare quoniam motum quidem necessarium est esse continuè, erit autem continuè, aut qui cõtinuus est, aut qui consequenter, magis autẽ qui continuus est, & melius est continuum quàm consequenter esse, quod autem melius est, semper arbitramur in natura esse, si possibile est, possibile autem est continuum esse, demonstrabitur autem posteriùs, nũc autem hoc supponatur, & hunc nullum posse esse nisi lationem: necesse est lationem esse primam. Nulla enim necessitas est: aut augmẽtari, aut alterari id, quod fertur. Neq; igitur generari, aut corrũpi. Horũ autem: nullum esse contingit: si cõtinuus non sit secundum quem mouet primum mouens.

¶In hoc text. 56. tertia, eademq̃ tripertita ratio. Haud enim satis duxit asserere, motũ localẽ, primũ omnium esse, nisi & commonstraret cunctis modis esse primum, quibus res aliqua prior esse potest, q̃ alia. Trifariam enim id quidem contingit, videlicet, secundũ existentiã: vt idem est prius, quo non subsistente, nec alia existunt, potest tamen absq; aliorum cõsistentia subsistere, qua ratione vnũ prius est. q̃ duo. Mox secundum tempus: vt id sit prius in præteritum, quod remotius est a præsenti: in futurum autẽ, quod est propinquius vt lib. 4. dictum est tex. 129. Atq; adeo tertio modo secundũ substãtiam: hoc est, secũdũ rei absolutionem & virtutem: vt actus prior est potẽtia: & perfectum imperfecto. (Quare quoniam) Probat lationem secũdũ motũ esse primo modo primam, hoc Syllogismo. Hoc, qđ simpliciter est sempiternum, prius secundũ existentiam est illis, quę genita sunt, & caduca: localis motus possibilis est esse in sempiternum continuus (vt in subsequentibus demonstrabitur, & nũc supponitur) reliqui autem motus, vt augmentatio, alteratio, & generatio caduci sunt, & fluxi: est ergo localis motus omnium primus. Maiorem autem explicat distinctione illa, quam text. 19. prænotauimus: nempe, q̃ continue, & semper motum esse, contingit, aut quia infiniti consequenter sibi succedunt: vt generationum vsu venit in sublunaribus, rebus: & hic (vt illic dicebamus) non est proprie sempiternus: quia neq; est posterior priori cõtinuus, vt fiat ex ambobus vnus: alio modo vt sit omnino continuus: & hic inquit, melior est altero, quod autẽ melius est, id natura semper conatur, si possibile est: fit ergo, vt sempiternitas prior illa motus, hanc referatur, vt sine qua esse nequeunt mutationes reliquę (Nulla enim) Probat q̃ vice versa motus localis nõ pẽdeat ex alijs generibus: quia nulla inquit, necessitas est, vt id, quod secundũ locum fertur, augeatur, aut alteratur, aut generetur, & corrumpatur: cum tamen horum nullum esse cõtingat sine motu illo, quo primũ mobile fertur: est ergo ille motus prior secundum existentiam.

¶Adhuc: tempore primam. perpetuis enim solum: competit moueri secũdũ hũc. Sed in vnoquoq; eorum quidem, quæ habent generationem, loci mutationẽ necesse est postremum esse motuum, post enim generationem primũ alteratio est, & augmentatio. Sed loci mutatio: iam perfectorum motus est. Sed alterum necesse est moueri secundùm loci mutationẽ prius quod & generationis causa erit ijs quæ fiunt non generatum, vt id quod genuit, eo quod generatum est. Videbitur autem generatio vtique esse prima motuum: propterea q̃ factam esse oportet rem primum, hoc autem in vno quidem quouis eorum, quæ fiũt, sic se habet: sed alterũ quid necesse est prius moueri, ex ijs quæ fiunt, quod & ipsum non fit, & hoc alterũ prius. Quoniã autem generationem impossibile est esse primam (omnia enim quæ mouẽtur, essent corruptibilia) manifestum est, quòd neq; eorum, qui consequẽter sunt, motuum vllus prior est. Dico autem consequenter: augmentationem, postea alteratio nem, & diminutionẽ, & corruptionẽ, omnes Text. lvij.

omnes enim: posteriores sunt generatione. Quare si neq; generatio prior loci mutatione est: neque aliarum vlla mutationum.

¶Mox text. 57. probat τ tempore primũ esse, ratione subiecti. Nam ille est primus omnium motus, qui mobilibus perpetuis congruit: reliqui siquidẽ tempore collabuntur, sicuti subiecta quę illis mouẽtur. Itaq; qualis est mobilis ad mobile, talis est ordo, secũdum tempus, motus ad motum. (Sed in in vnoquoq;.) ¶Preoccupatio est, qua obuiat latenti obiectioni: videntur enim alij motus, omnes esse tempore priores locali: experimur nanq; in his inferioribus, τ maxime in animalibus, quibus proprie cõuenit seipsa de loco mouere, φ localis motus præsupponit omnes alios: nã esse rei quę mouetur præsupponitur eius motui: ob idque non mouetur, nisi tres existens. Et ideo generatio videtur prima, qua (verbi gratia) animal existit. Neque vero tunc statim solide mouetur secũdum locum antequam per alterationẽ nutriatur, ac deinceps ad debitum veniat augmentum, quo firmis robustisq; membris possit se apte iuxta suam naturam mutare. Occurrit ergo Aristot. huic obiectioni per distinctionem, dicens, ordinem motuum considerari posse, vel ratione subiecti in singulis individuis, quę per generationem esse recipiunt: τ secundum hunc ordinem militat argumentum. Ubi tu obiter contemplare, quemadmodum accidentia non recipiantur in materia, sed in toto composito: ea enim est causa, cur τ substantia antecedat aliis accidentibus, τ ob id generatio cęteris motibus. Si autem ordo consideretur in toto vniuerso, quod constat ex perpetuis τ corruptibilibus, tunc, inquit, necesse est his labentibus motibus, lationem localem ante istę illius, scilicet mobilis, quod ingenitũ sit. Ac si dixisset. Quoniam necesse est generans præfuisse genito (nec enim in infinitum progreditur) deueniendum est ad primum mobile ingenitum, quod cum sit ab his corruptoriis mutationibus immune, moueatur tantum secundum locum. (Videbitur autem) Colligit ergo, φ licet videatur generatio esse prima in reb⁹, quę fiunt, propterea φ rem oportet prius esse, φ moueatur, nihilosecius necesse est alterum prius moueri ex his quę fiunt, puta generans, quod itidem est de numero generabilium: quod quidem ipsum non fit dum generat: quia generare præsupponit esse: τ hoc alterum, scilicet, τ isto generante necesse est esse alterum prius, nempe illud, quod aliud genuit. Et sic ascẽdendo. At vero diceret nihilominus aduersarius, φ cum ascensus non abeat in infinitum, peruenietur ad primam generationem, quę sit omnium prima specierum motum: ob hoc igitur subiungit. (Quoniam autem) Ubi monstrat possibile esse, vt generatio sit motionum prima: nam primus motus est ille, qui cõuenit primo mobili: si autem primum mobile esset generabile, esset τ corruptibile, τ ac subinde omnia, quę sub illo mouentur, essent pariter corruptibilia. Si autem omnia essent corruptibilia, nulla esset causa perpetui, continuique fluxus, τ ordinis generationum, vt supra monstratum est. Igitur quoniam generationem, inquit, impossibile est esse primam, manifestum est, φ neque vllus eorum motuum, qui eam consequuntur, sit primus, quandoquidem posteriores sunt generatione: vt augmentatio τ reliqui fluidi morus. (Quare (Concludit itaque, φ si generatio est prior latione, hoc est, motu locali secundũ tempus, fit, vt neq; vllus alius mot⁹, atq; adeo localis omnium est primus. Sed dubium est profecto graue, quod hic mouet Commentator τ Albertus τ reliqui circa propositionem Aristo. φ generatio est prior alteratione τ augmentatione: nam vel hic loquitur ratione subiecti, τ in eadem re, propterea, φ prius res fit per generationem φ secundũ qualitatem vel quantitatem moueatur: τ hoc non sufficit: nam cum hic habeatur sermo de priori secundum tempus, non obstante, φ motus localis sit secundum illam rationem subiecti posterior generatione simpliciter tamen eum asserit esse priorẽ: nihil ergo ad rem prioritas hęc ratione subiecti. Si autem intelligat, φ simpliciter generatio, sit secundum tempus prior alteratione, id apparet falsum: quippe cum generationi necessario præcedat alteratio: non quidem reę quę gignitur, sed tamen subiecti, ex quo est generada. Et sic videtur simpliciter secundum tempus alteratio prior: vel saltem (vti ait Com.) neutra est altera prior: quia sicut ante omnem generationem fuit alteratio, ita ante omnem alterationem fuit generatio. Albertus quidem concedit, φ vniuersaliter alteratio est prior secundum tempus, sed in eodem tamen subiecto prior est generatio. At profecto hoc est expresse contra Aristotelem, qui hic loquitur de priori simpliciter τ vniuersaliter, dum ait lationem esse priorem generatione: quare cum non loquatur equiuoce, alias nihil probaret, eodem modo accipit generationem esse priorem reliquis: si quidem inde infert lationem esse omnium primã. Ait ergo Com. φ ratio prioris in rebus generabilibus debet accipi secundum ordinem rerum prędicamentorum, quę sunt termini motuum: vnde cum sustantia est prima, fit vt generatio sit etiam prima. Alberto tamen, τ Mympho, τ alijs non satisfacit Com. quia putant eum per hoc tantum cõcedere, φ generatio sit prior natura, non autem tempore. Tamen arbitror, φ nulla alia possit responsio consistere, φ Commentatoris, si sane intelligatur. Meditatur enim, φ cum mundus secundum Aristotelem fuerit ab ęterno, non potest in hoc genere labentiũ motuum signari prius simpliciter secundum tempus: quia sicut ante omnem generationem necessaria est alteratio subiecti, ita illi alterationi præ fuit alterans, quod per generationem recepit esse. Et ideo quisnam sit simpliciter prior, deprehendi non potest nisi ex natura terminorum: τ quia substantia est prior accidente, generatio est prior alijs motibus. Ętenum quanuis lationem localem probauit simpliciter esse primam secundum tempus, nõ tamen fuit re vera ante totum genus generationis, τ alterationis: siquidem istorum series tam perpetua fuit, quam cęlorum orbiculationes. Sed tamen quia mobile ipsius est ęternum, quod suapte natura corruptibilibus ante fertur, intulit lationes esse priores tempore. Quare Comment. non dixit, φ generatio non est prior tempore, sed φ est prior natura, τ per se, alteratio vero secundum accidens, proterea, φ ex elementis non generantur mixta nisi per eorum qualitates. At vero in rei veritate confitendo mundum habuisse initium, quia res condi per generationem nequiuerant, eo φ nullum præ fuerat subiectum, necessarium fuit post creationem vt primus generabilium motuum esset alteratio, facta applicatione agẽtis ad passum: quia nihil generatur, nisi præuia alteratione. Apud Aristotelem vero nusquam legisse memini, alteration fuisse simpliciter priorem.

Text. lviij.

¶Omnino autem videtur id quod fit, esse imperfectū: & ad principium ire. Quo fit, vt quod generatiõe posterius est: natura priùs sit. Vltimò autem, loci mutatio: inest omnibus ijs, quæ sunt in generatione. Quapropter viuentiũ alia quidem omnino immobilia sunt: propter indigentiam instrumenti. Vt plantæ, & multa genera animalium. Alijs autem cùm perficiuntur: inest. Quare si magis inest loci mutatio, ijs quæ magis nacta sunt naturam, & motus hic primus aliorum erit secundum substantiam.

¶Probat quinta ratione motum localem esse primũ etiã perfectione. Et syllogisin⁹ est. Id qõ primo natura intendit, perfectius est: sed inter motus generabilium primo intendit localem: ergo. Posterior præmissa probatur, quia prior notissima est: cum naturę semper intẽtio ad id, quod melius est, destinetur. Id quod est vltimum in progressu, est primum naturę propositum, nam id, quod fit, semper est imperfectum, quãdiu fit, eo ꝙ ad suum pergit principium, id est, vt simile ei fiat: & ideo postremum quod attingit est sua perfectio: motus autem localis est postremus in generatiõe: excernimus enim in animalibus, quę omnium sunt viuentiũ præstantissima, illa quę imperfectiora sunt, non moueri localiter ob defectum instrumentorum, & organorũ vt Cochylia. Perfectis autem animalibus propeorum non ita datur expedite moueri quo ad vegetantur, & formis sint viribus. Quare si latio magis inest ijs, quę magis nacta sunt naturam. i. quę perfectiorem gradum naturę nanciscuntur, fit, vt talis motus sit aliorum secundum substantiam, hoc est, suapte natura excellentior.

Text. lix.

¶Et propter hæc, & quia minimè motuum id quod mouetur dum fertur à substantia discedit. Secundum enim solum: nihil mutatur abesse. Vt cùm quid alteratur qualitas: cum verò augetur & diminuitur quantitas.

¶Addit & secundam ad id rationem, quę. 6. est in ordine. Motus ille est præstantior, per quem minus discedit a substancia subiecti. i. minus ei nocumẽti affertur, talis vero est motus localis, vt secundũ quem nihil deperit subiecti: nam per motum alterationis immutatur qualitas: in motu augmentationis & diminutionis, quantitas: per generationẽ autem ipsa quoq; substantia interijt: est ergo localis motus, præstantissimus.

Tex. lx.

¶Maximè autem manifestũ est, quòd mouens ipsum seipsum: maximè secũdùm hunc mouet propriè, qui secundũ locum est. Et etiam dicimus hoc esse eorum, quæ mouentur, & mouẽt principium: & primum ijs, quæ mouentur, id scilicet quod ipsum seipsum mouet.

¶Septima vtiq; eius ratio, quę postrema est, sumitur ex dignitate subiecti: nã hoc genus motus proprie conuenit his, quę seipsa mouent: hęc autẽ sunt dignissima omnium generabilium: quoniam sola animalia mouent seipsa, ideo ꝙ in sua potestate habent hac spe motus cieri, nam reliquis motibus alia præterea mouentur: ergo hic est motuum excellentissimus. Mox & idem per hoc confirmat, ꝙ hoc (scilicet motus genus) principiũ est eorũ, quę mouentur, & mouent, quandoquidem primum eorum quę mouentur, & mouẽt, est celũ, ꝙ sola latione mouetur. Et præterea primum, inquit, ijs quę mouentur, est seipsum mouens. Hic videri cuipiam posset Aristo. insinuare, ꝙ primũ mobile seipsum moueat: nam illud est mouentium primum, quod mouetur: sed tamen in contrarium aperte sua stat sententia, quippe qui primum mouens nusquam suspicari visus est esse actũ & formam primi mobilis, sed intelligentiam separatam.

Tex. lxj

¶Quod igit̃ loci mutatio primus motuum sit manifestum est ex his. Quę autem loci mutatio prima sit: nunc demonstrandũ est. Simul autem & quod nunc, & quod prius suppositũ est, quòd contingit quendam motum continuum esse & perpetuum, manifestum erit eadem methodo.

¶In text. iam hoc, 61. præfixa cõclusione: quod loci mutatio sit prima, descendit ad indagandũ, quęnã sit hęc prima loci mutatio. nam (vt lib. 7. tex. 10. referebatur) cõplures sunt eius species. Atqui eadẽ, inquit, methodo & arte manifestum id erit, qõ nunc & prius suppositum est, puta, ꝙ contingit quendam esse motum perpetuum & continuum.

Text. lxij.

¶Quòd igitur aliorum motuum continuum nullum cõtingit esse: ex his manifestum est. Omnes enim ex oppositis ad oppositа sunt & motus & mutationes. Vt generationi & corruptioni: ens & non ens termini sunt. Alterationi autem: contrariæ passiones. Augmẽtationi verò & diminutioni, aut magnitudo & paruitas, aut perfectio magnitudinis & imperfectio. Contrarij autem sunt, qui sunt in contraria. Id autem quod nõ semper mouetur hac motione, iexistit autem prius, necesse est prius quiescere. Manifestum est igitur, ꝙ quòd quiescet in cõtrario id quod mutatur. Similiter autem, & in mutationibus. Opponuntur enim generatio & corruptio simpliciter, & singularis singulari. Quare fiꝑpossibile est simul

mutari

mutari secundùm formas oppositas: non erit continua mutatio, sed inter ipsas medium erit tempus, nihil enim differt cõtrarias aut non contrarias esse, quæ secundum contradictionem sunt mutationes, si modò impossibile sit simul eidem adesse. Hoc enim rationi nihil vtile est, nec si non necesse est quiescere in contradictione, neq; est mutatio quieti contrarium (non enim fortassis quiescit: quod nõ est, corruptio autem est in non ens) sed si solum medium sit tempus, sic enim: non est mutatio continua, neque enim in prioribus contrarietas, vtilis erat. sed non cõtingere simul esse. Non oportet autem turbari: quòd idem pluribus erit contrarium, vt motus, & statui & motui qui est in cõtrariũ. sed solum hoc accipere: quod opponitur quodammodo & motui & quieti motus contrarius. Vt æquale & mediocre: excedenti & ei quod excedditur, & quod non contingit simul oppositos esse: aut motus aut mutatiões.

¶At vere in tex. 62. præstituit, ꝙ nullũ aliud genus motus præterꝙ localis fieri possit vt sit perpetuũ. Hoc autem quanuis probabiliter inde eliciatur ꝙ dixerat lationem esse tempore priorem cæteris, non tamen adeo plane, vt non sit reddenda singularis ratio quandoquidem series horum motuum perpetua est. Ante demonstrationem ergo præmittit nõnulla, nempe omnes alios motus esse progressus quosdam puta motus aut mutationes ex oppositis ad opposita, vt lib. 5. text. 48. & lib. 6. in fine habitum est, nam generationis & corruptionis termini sunt ens & non ens: alterationis autem contrariæ passiones: vt calidum, & frigidum: augmentationis vero & diminutiõis magnitudo & paruitas, seu potius perfectio & imperfectio eiusdem magnitudinis, vt in hominis statura puerilis & virilis seu minimus homo & maximus: nã si absolute accipias paruum & magnũ in formica & elephante non sunt termini augmentationis eiusdem rei, hæc autem omnia sunt contraria: motus autem, quorum termini sunt cõtrarij, & ipsi sunt cõtrarij: vt in. 5. lib. præmonstratum est: ergo singuli horum motuũ habet contrarium vt augmẽtatio, diminutionem: & generatio, corruptionẽ: & denigratio: dealbationem: contraria autem non possunt esse simul: ergo dum aliquid nigrescit, non dealbatur: quod autem non dealbatur, quiescit quiete opposita dealbationi. Similiter autem in mutationibus generatio opponitur corruptioni: singularis, singulari, puta generatio hois corruptiõi eiusdẽ ex his ergo cõstruit illic syllogismũ. (Quare si ipossibile) Impossibile est duos motus cõtrarios simul esse: ergo dũ vnus succedit alteri, vt frigefactio calefactioni, necesse est tẽpus intercipi, quo mobile quiscat, nam omne, quod reflectitur, in puncto reflexionis quiescit: sit ergo, vt non possit esse continuus motus. (Quod si dicas, licet probe hoc cõuincitur in motu cõposito ex duobus contrarijs: cur tamen vnus motus inter duo contraria nõ possit esse perpetuus, ut calefactio, vel localis motus, hoc non demonstrat. Respondetur, hoc iam in fine sextivemonstratum reliquisse, quia inter duo contraria non potest esse latitudo infinita, quare neq; motus infinitus. Et ideo sic præmisit ꝙ id, quod non semper mouetur hac motione, si prius existebat, quiescebat. Et pari ratione cum fit reflexio, necesse est vt in termino prioris motus quiescat mobile sub illa forma, quã acquisiuit: qm latitudo acquisita per tempus, non potest tantum durare per instans. (Hec si non necesse est.) Occurrit cauillationib⁹, quas quis posset obijcere de mutationibus generationis & corruptionis, quarũ termini non sunt contrarij, sed contradictorij, vt homo, & non homo, nec proprie homo modo genitus quiescebat in non homine: quia quod non est, non quiescit: neq; absoluta corruptione rei post quiescet, quia corrumpitur in non ens: puta homo in non hominẽ. Respondet ergo, nihil referre quatenus ad propositũ attinet, qualis sit oppositio, neq; an sit vera quies, sed hoc tantum facit ad rem præsentem, ꝙ sit medium tempus intersecãs illas mutationes. Per hoc quippe satis conficitur, non esse in sempiternum perpetuas: quia neq; in prioribus, scilicet in motu alterationis & augmenti contrarietas vtilis erat, id est, ad aliud conducebat, nisi vt indicaretur, nõ posse essa simul motus contrarios: id quod pariter indicat, contradictio terminorum in generatione & corruptione. (Non oportet autem) Excludit ambiguitatem, quę posset angere lectorem. Dixit nanq; duo, qnę videntur secum pugnare: primum, ꝙ illi motus sunt contrarij, qui habent contrarios terminos, & ideo non posse esse simul: alterum, ꝙ nec motus & quies possunt esse simul: vbi insinuat contrariari etiam motum quieti: atꝙ adeo motũ puta calefactionem contrariam esse duobus, scilicet infrigidationi, & quieti. Admonet ergo, nequis conturbetur, an eidem duo contraria fint, necne: quanuis quies non proprie contraria sit motui, sed priuatiue opposita. Sed ait hęc omnia negotio præsenti non referre: siquidem satis est, ꝙ motus opponitur, tam quieti, ꝙ contrario, vt æquale & mediocre, puta virtus opponitur excedenti, & ei, quod excedditur, nam consistit virtus inter excedens & excessum: & ꝙ non contingit, vt vel mot⁹ & quies sint simul, vel duo mot⁹ cõtrarij.

¶Ampliùs autem & in generatione & corruptione, etiam penitus absurdum esse videbitur, si factum confestim necesse est corrumpi, & nullo tẽpore permanere. Quare ex his: vtiq; fides alijs fiet. Physicum enim est: similiter sese habere in omnibus. Text. lxiij.

¶In tex. 63. adhibet rationem, quę rem patentius demõstrat, nã generatio, inqt, & corruptio, ad quas reliqui duo motus ordinantur non possunt connectere vnũ perpetuum motũ. Etenim in illis patentissima est pausatio & cessatio abscindens motum. Absurdum enim, inquit, est penitus, id, quod factũ est per generationem, eodem modo corrumpi, nec vllo tẽpore permanere. Quare per hoc (ait) quę ma

nifesta sunt fides habeatur oportet ꝛ alijs, nempe ꝙ contingat quies inter contrarios motus. Enimuero ℙhysicum ꝛ naturale est, vt similiter se habeant: nam sicut in generatione acquiritur substãtia, ita ꝛ in alijs qualitas ꝛ quantitas, quę sunt pariter accidentia, quę permanent.

❧ QVOD SOLVS MOtus localis possit esse perpetuus, CAP. VIII.

Text. lxiiij.

QVOD autem contingit esse quendam infinitum vnũ existentem, & continuũ, & hic est circularis: nũc dicamus. Omne enim quod fertur: mouetur aut circulari, aut recto, aut mixto, quare si neq; illorum alter continuus est: neq; illum, qui ex vtrisque compositus est, esse est possibile: quod autem id, quod fertur recto & finito, non feratur continuè, manifestum est, reflectitur enim reflexum autem recto: contrarijs mouetur motibus, contrarius enim secundùm locum est, is, qui est sursum, ei, qui est deorsum, & qui est in ante, ei, qui est in retro. & qui est ad sinistram, ei, qui est ad dextrã, loci enim contrarietates hæ sunt, Quis autem est vnus, & continuus motus: prius definitum est, quòd is, qui est vnius, & in vno tẽpore, & in non differenti secundum speciem, tria eñ sunt: & qđ mouetur, & hõ, aut deus, & qñ: vt tẽpus. & tertiũ id in quo. hoc autem est: locus, aut passio, aut species, aut magnitudo. contraria autem differunt specie: & non vnum sunt. Loci autem sunt, dictæ differentiæ. Signum autem est, quòd motus cõtrarius est, qui est ab. a. ad. b. ei qui est ab ipso. b. ad. a. quia stant & sistunt se inuicem si simul fiant. & in circulo similiter. vt qui est ab. a. ad. b. ei qui est ab. a. ad. c. sistunt enim si continui sint, & non fiat reflexio: propterea quòd contraria mutuò se corrumpunt & impediunt. Sed non is, qui est in latus. ei, qui est sursum.

¶ Postquam. c. precedenti reprobauit motus aliorum generum, præter localem. posse esse perpetuos ꝛ infinitos, prosequitur in præsenti demonstrationem, ꝙ neque omnis localis motus, sed ille prorsus qui est simpliciter circularis, potest perpetuitatẽ habere. Ad cuius euidentiam distinguit trifidam speciem localis motus. Est enim vel circularis, vel rectus, vel mixtus, vt qui fit per arcum, ꝛ qui fit per chordam, ꝛ qui ex ambobus conflatur. Et subdit, ꝙ si neq; illorum alter continuus est, puta vel circularis vel rectus, multo ille minus, qui ex ambobus componitur: eadem enim ei fit prorsus ratio de motu reflexo, siue recti lineus sit, siue per chordam progressus regrediatur per arcum quod neutro modo esse potest perpetuus. Et ideo hoc tertio scilicet mixto, prætermisso, de duobus tantum prioribus disputat. Arguit ergo de recti linco, ꝙ non possit esse infinitus, ꝛ continuus, sed ꝙ si est infinitus, non est continuus, neque vnus. Et ratio, inquit, est, quia necesse est vt reflectatur. Supponit enim ex lib. 3. text. 56. ꝙ non potest esse infinita magnitudo, per quam rectus fiat motꝰ infinitus, per finitum autem spatium, quod (vt ostensum est lib. 6. text. 60.) necesse est tempore finito absolui, non potest fieri infinitus motus, nisi identidem iterato gressu ꝛ regressu. Quod autem recte reflexęq; mouetur, contrarijs mouetur motibus: sunt enim in motu locali tres contrariorum differentię: scilicet sursum deorsum, ante ꝛ retro in dextrum ꝛ in sinistrum: si autem termini motuum contrarij sunt, sit vt ꝛ motus sint contrarij: ex duobus autem cõtrarijs non constat vnus motus, eo ꝙ specie differunt. Digreditur autem occasione huius ad ostẽdendũ quot sunt necessaria ad motus vnitatem. Et enim (vt lib. 5. dictum est tex. 41.) vnus motus est, qui est vnius subiecti, in vno tempore, scilicet non intercisso, ꝛ in non differenti secundum speciem: hoc est in re, vel forma eiusdem speciei. Tria nãq; sunt in motu, scilicet mobile qđ mouetur, vt homo aut Deus, puta cælum vel astrum, quod ab Empe. ꝛ sui temporis ℙhilosophis appellabatur Deus, propter immortalitatem motus. Cõmemorat enim vnum mobile corruptibile, ꝛ alterum incorruptibile. Et præterea in motu est quãdo scilicet tempus: ꝛ tertium id in quo hoc, vt puta locus, si est motus localis, ꝛ passio seu species, si est motus alterationis, ꝛ magnitudo in motu augmentationis. Quę omnia requiruntur esse eadem, vt motus sit vnus. ℙerspice ꝙ cum text. 52. satis duxerit ostẽdere motum rectum ꝛ reflexum interrumpi media quiete ad probandũ non esse continuum, hic nouam rationem adhibuit q̃ est superioris explicatio ꝛ fundamentũ, vt statim videbimus: nam quia illi motus differũt specie, nõ faciunt vnum numero. (Signũ autẽ est) probat illã præmissam, scilicet, motus locales tendentes in oppositos terminos esse cõtrarios, puta illum, qui est ab. a. ad. b. illi, qui est ab. b. ad. a. ꝛ id ex conditione quodammodo contrariorum, quę est, ꝙ inuicem se propellant: nam si simul duo sibi obuiam proficiscãtur, in occursu se inuicẽ sistunt. Nec id tantũ in motibus rectilineis, verũ ꝛ in circularibus, quos itidem contingit esse contrarios: vt si ab eodem puncto circuli puta. a. proficiscantur duę muscę versus semicirculos oppositos, cum vtraq; egerit suum semicirculum, obuiabunt sibi in. b. puncto opposito interrumpẽtes suos motus. Quo fit vt sint motus contrarij. Ille autem, qui est in latus, puta ad dextram vel sinistram, non est omnino contrarius illi, qui fit sursum, quandoquidem non se impediunt, quanuis sint diuersi.

¶ Maximè autẽ manifestũ est, quòd im- Text. possibile est eum motũ esse continuũ, lxv. qui super recta fit linea, quia reflexum necessarium est stare: non solum su-

motus recty non pot continuari nisi reflectatur per rectas
Sed moty reflexy necessario habet quietẽ mediam
ꝙ moty recty nullo pacto pot continuari

per recta, sed etiam si secundum circulum feratur. non. n. idem est: circulo ferri, & secundum circulum, est enim aliquando quidem vt id continuet, quod mouetur: aliquando autem vt in idem profectum vnde moueri cœpit, reflectatur iterum. Quod autem necesse est stare: fides est non solum in sensu, sed & in ratione. Principium autem: hoc est. tribus enim existentibus principio medio, & fine: medium ad vtrunq; ambo est, & numero quidem vnum: ratione vero duo. Amplius autem aliud est esse potentia: & esse actu. Quare rectè quodlibet signum eorum, quæ inter extrema sunt, potentia quidem est medium, actu autem non est, nisi diuiserit hanc, & super stans iterum cœperit moueri, sic autem: medium ipsum principium fit, & finis, principium quidem, posterioris: finis autẽ, prioris. Dico autẽ: vt si. a. qđ fertur stet in. b, & iterum feratur in. c. cũ autem continue feratur neq; adesse, neq; abesse potest. a. in. b. signo, sed solum esse in ipso nunc, in tẽpore autem nullo, nisi cuius ipsum nũc diuisio est, in toto. a. b. c. Si autẽ affuisse ponat aliquis & abfuisse, semper stabit à quod fertur, impossibile enim est simul & fuisse. a. in. b. & abfuisse. in alio ergo & alio signo temporis. tempus igitur erit, quod in medio est. quare quiescet. a. in. b. Similiter autem, & in alijs signis. eadem enim ratio est, & in omnibus. Cùm autem vtatur ipsum. a. quod fertur ipso. b. medio, & fine, & principio necesse est stare, propterea quòd duo facit, similiter atq; si cogitauerit. sed ab. a. quidẽ signo, abfuit principio. in, c. autem affuit: cũ finierit & steterit.

¶ In text. 65. adiungit secundã rationẽ supra tactã nimirũ, q̃ sit impossibile motum rectilineum cõtinuum, esse in infinitũ propter mediã quietẽ, quę in articulo reflexiõis dissecat illos motus. Et q̃ neq; motus circularis oĩs est cõtinuus, subiũgit q̃ non solũ super rectã lineã, verũ etiã super circulũ contingit sectio motus, reflexionis causa, Ad cuius demõstrationẽ supponit nõesse idẽ circulo ferri, & fm circulũ: ferri eñ circulo, est ferri in ozbẽ fm perpetuã figurã circuli, quę neq; initiũ habet, neq; finẽ: ferri aũt fm circulũ, est cõplere vnũ ozbẽ quoad vsque reuertat mouẽs ad pũctũ vnde soluit. Quod si nõ pertrãseat, sed reuertatur, vt verso motu peragat eundẽ circulũ, erũt illi quidẽ cõtrarij motus, & se impedientes: vt patet ad sensum i muscis supra memoratis, (Quod aũt) Cũ sępe & sępius resumpsit illud celebratũ axioma. Id qõ mouet in tẽpore reflexionis quiescit, explicat ad iã nũc subtili rõne Physica. Et ideo ꝓponit, q̃tale mobile stare, fides est, nõ solũ per sensum, qui patẽter differẽtiã percipit motus & quietis, verũ & validissima ratione. Ut qui vt euidẽtior res fiat, ostẽdit in linea recta necessariũ esse, vt motus ꝑ quietẽ rũpatur, ex q̃ fides nobis fiat quietis reflexionis. Est eñ in linea recta signare tria pũcta, scz initiũ, mediũ, & finẽ, quę sint a. b. c. Item supponit, aliud pũctũ esse mediũ lineę potentia, et aliud, actu. v. g. Inter. a. et. c. quodcũq; punctũ signetur, est medium motus inpotentia: fit tñ mediũ in actu, quãdo actu illic terminat motus pręteritus, & inde incipit futurus: ita vt seiũgatur vnus motus ab altero: sicuti pũcta, quę potentia sunt in cõtinua linea, fiũt actu, dũ diuiditur. (Cum autẽ cõtinuo feratur) Explicat ergo cur eũ mobile mouet motu cõtinuo super aliquã lineam, nullũ mediũ punctũ fiat actu, aut terminus pręcedẽtis motus aut initiũ subsequentis, sed solũ sit punctũ in quo fit continuatio motus per mutatum esse illi respondens. Quod vt intelligas, recolenda tibi sunt quę tractabamus lib. 6. c. 3. de quiete, & c. 5. de terminis motus. Monstrabamus enim, motum non posse desinere per vltimum sui esse, sed per primũ non esse, neq; incipere per primum sui esse, sed per vltimũ non esse. Rursus notato, q̃ ad hoc, vt instãs sit actu finis motus, non sat est, q̃ in illo nõ sit nũc motus, qui proximeante fuerat, sed q̃ nec tunc mobile moueatur, neq; immediate post: quoniam motus non terminatur nisi per oppositam quietem, quę (vt illic demonstratum ostendebamus) non potest esse in instanti, sicut neq; motus cuius est priuatio. Quare quiescere, inquit, illic. Arist. tex. 32. dicimus id, qõ similiter se habeat nũc, & prius. Eodẽ modo ad hoc, vt aliquid incipiat moueri, non sat est, q̃ nunc nõ moueat, & proxime post moueat, sed q̃ neq; nunc moueatur, nec proxime ante: vt pręsens instans sit vltimum instans quietis. Ait igitur Aristoteles, q̃d, quod continue fertur, neq; ad esse neq; abesse potest. a. in. b. signo. A non est nunc nomen puncti (vt nuperrime) sed mobilis: hoc est non potest accedere & recedere in aliquo instanti medio, sed simpliciter esse in ipso nunc, non autem in tẽpore: nisi dicas id esse in tempore, quod est in nunc temporis, puta esse hodie, quod est nunc. Id esse ergo hic idem est, quod aduenisse, et stare mobile, tanquam in termino motus, modoquã proxime exposito. Hoc est ergo quod ait Aristo. (Si autem adfuisse ponat aliquis et abfuisse semper stabit. a. quod fertur) Id est quiescet. Et subdit rationem, quia impossibile est simul & adfuisse & abfuisse in. b. nam hęc sunt duo contraria, quę non possunt esse in eodem instanti. Est autem hic locus, nunquam explicatus. Putant enim quotquot vidĕrim, mentem Aristotelis esse, inferre hanc contradictionem, quod siquid in eodem instanti accedit ad certum punctum, et eodem instanti recedit ab illo, quod tunc simul adest et abest illi. Cum tamen nunquam hoc cogitauerit. Aiam quod incipit moueri ab aliquo puncto (quod est recedere ab illo) non incipit per primum non esse in illo puncto, et per consequens non abest tunc ab il

a b c

lopuncto. Etenim si mobile nunc non esset hic. et immediate ante fuisset, daretur primum esse motus: sed incipit moueri per ultimum esse in illo, qđ est vltimum esse quietis. & vltimum nō esse motus. non ergo vult Aristoteles, ꝙ repugnet adesse & abesse mobile in eodem instanti, propterea quod inde sequatur, esse in illo, et simul non esse in illo: sed propterea ꝙ si adest, hoc est, accedit tanquam ad terminum, necesse est, ꝙ sit nunc in illo, & pariter immediate post. Nam adesse, in proposito (quod maxime notandum est) non significat simpliciter, esse, sz opponitur huic, quod est, transire: Unde (vt iam nunc docuit Philosophus) quandiu res mouetur, nulli adest puncto spatij, quod est in potentia, sed transit per omnia, sed illic duntaxat adesse ducitur vbi cessat motus. Et ideo, adesse, est, accedere, et motum finire. Et abesse, est recedere, & abire. Quapropter, quod abest, nunc est hic et non immediate post hoc erit: esse, autē posthac, et non esse posthac cum sint contraria, non possunt eidem instanti cōpetere. Subditur ergo. (in alio ergo et in alio signo temporis) videlicet necesse est accedere et recedere. Et cum neutiquam sint duo instantia immediata, fit, vt tempus intersit mediū, in quo quiescet. a. in. b. ꝙ ideo. b. signum non est possibile esse instans, sed tempus. Accedit quippe mobile in instanti initiatiuo quietis, et recedit in instanti terminatiuo eiusdem. Quocirca quando dicitur, id quod mouetur in puncto reflexionis quiescere, nō accipitur punctum pro indiuisibili, nisi quod in illo puncto incipit quies. Preter hic autem subsumptionem & conclusionem destinatam, velut res planissimas. Reliquit inquam pro compertissimo, qđ dum mobile recta mouetur per certam magnitudinem, et a puncto terminatiuo reuertitur absoluit totam latitudinem, peruenitq; ad terminum: atque adeo illic terminatur eius motus, et inde inchoatur alter: hac enim ō causa prestituit illos motus esse contrarios & differentes specie. Fit ergo, vt inter instans terminans primum motum, et alterum vnde inchoatur reflexus, intersit temporalis quies, licet sensu vix perceptibilis: obidq; imbecilli tenuiq; experientiq adiecit rationem.

¶Quapropter: & ad dubitationē, hoc est dicendum, si enim sit linea. e. linee. f. æquales, &. a. feratur continuè ab extremo ad. c. simul autem sit. a. in. b. signo, &. d. feratur ab extremo ipsius. f. ad g. regulariter & velocitate eadem ipsi. a, ipsum. d. ante veniet ad ipsum. g. quā ipsum. a. ad. c. prius enim se mouens & discendens: prius venire necesse est. Non ergo simul abfuit. a. in. b. & abfuit ab eodem, quapropter posterius fit. si enim simul non posterius erit sed necesse erit stare? Non ergo ponendum est: cum. a afluit in. b. ipsum. d moueri simul ab extremo ipsius. f. si enim affuerit. a. in. b. erit & abfuisse, & non simul. sed erat in sectione temporis: & non in tempore. Hic igitur est imposs

bile sic dicere in continuo. sed in eo ꝙ reflectitur: necesse est sic dicere. Si enim. g. feratur ad ipsum. d. & iterum reflectens deorsum feratur: extremo. g. fine & principio vtetur vno signo vt duobus. Quapropter stet, necesse est: & non simul affuit in ipso. d & abiit a ipso. d. ibi enim simul esset, & non esset: in eodem nunc.

¶Mox maioris claritatis causa predictorum apparet quasi corollarias, trium dubitatorū solutiones Primū est. Si sint due linee prioris. a. b. c. posterioris. d. e. equalis. b. c. puta medietati prioris: mobile autē. f. moueatur continuo ab. a. ad. c. Tamen cum primū attigerit punctū. b. tunc. g. alterū mobile incipiat moueri a puncto. d. alterius linee eadem prorsus celeritate. Aliter iste litere ab aliis disponuntur, sed tamē descriptio hec Argyropili est perspicua, & mentis Aristo. fidelis index. Tunc est argumentum, obscurū quidē, sed hoc tamen pacto meditandum. Si dederis. f. dum attingit. b. punctum illuc accedere, indeq; recedere, ac si. b. esset actu terminus, puta finis & principiū duorum motuum tunc. g. citius perueniet ad. e. terminum suum quā f. ad. c. nam prius fuit discedens. a. d. quā. f. a. b. & hoc compertissimū habet Arist. nam si in illo instanti, quo primū. f. attingit. b. cepit moueri. g. per vltimum non esse motus, citius abcessit inde ꝙ. f. cuius motus fuit illic intercisus. (Non ergo) Ex hac ergo experientia infert, qđ si. f. vt tu concedis, accessit illo pacto ad. b. & recessit ab eodem, non fuerunt simul accessus et recessus: hac enim de causa posterius deuenit ad. c. ꝙ. g. ad. e. si enim simul fuisset accessus et recessus, non posterius peruenisset ad terminū: sed quia si accessit & recessit, necesse erat stare, inde fuit, ꝙ posterius recessit ꝙ. g. (Mō ergo ponendum est) Sequitur responsio, ꝙ cum falsum sit. f. posterius recessisse. a. b. ꝙ. g. ab. e. posteriusve peruenisse ad terminum, consequens est, vt retineam sententiam superius definitam, scilicet, ꝙ. f. non affuit in. b. tanquā in puncto actu medio, ideſt termināte motum atq; adeo. g. non cepit moueri qñ. f. affuit, ideſt accessit: nam alias debuisset idem. f. etiā abscedere, & non simul, & idcirco retardaretur, vt monstratum est. (Sederat) Scilicet. f. in puncto. b. tanquā in sectione temporis, scz in nunc indiuisibili & non in tempore pausante motum, atq; adeo (vt supra expositum est) non affuit, sed transiuit per. b. (Dic igitur, inquit, in continuo impossibile sit dicere) quod in puncto medio vllo pacto terminetur motus. (Sed in eo quod reflectitur necesse est sic dicere) Si. n. g. ferat vice versa ascendendo ab. e. puncto ad. d. & illo vtat vt fine & principio, dū reflectit & recedit ab extremo. d. ad. e. necesse est vt quiescat in pūcto. d. alias simul & accederet & recederet. qđ probatū est esse falsum, vnde cōsequit corollariū: ꝙ si simul dum. g. incipit ascendere ab. e. ad. d. f. incipiat ascēdere. a. c. vsq; ad. a. citius. f. perueniet ad. a ppetuo ascensu, ꝙ. g. ascēdat vsq; ad. d. & descendat iterū ad. e. & hoc propter quietē intercepta in. d.

¶At vero quæ olim illata fuit solutio: non dicenda est. non enim cōtingit dicere ꝙ est in. d. ipsum. g. in sectione, neque aūt affuit, neq; abfuit, necesse em

est ad

eſt ad finem venire: qui actu eſt,nõ potentia,quod igitur in medio eſt,potentia eſt. hoc autem actu,& finis quidem à deorſum:principiũ autem,de ſurſum Et motum ergo ſimiliter. neceſſe eſt ergo ſtare:quod reflectitur ſuper recta. non igiturcontingit:continuum motũ eſſe perpetuum ſupet recta.Eodem autem modo occurrendum eſt,& ijs, qui interrogant Zenonis rationem,& volunt ſi ſemper dimidium tranſire oportet.hæc autem infinita ſunt, infinita autem tranſire impoſſibile eſt.Aut vtendem hanc rationem quidam aliter interrogant,volẽtes ſimul cum quid mouetur,dimidium prius numerare cùm adeſt ſecundum vnum quodque dimidium,quare cum pertranſierit totam: infinitum accidit numeraſſenumerum hoc autem in confeſſo eſt:impoſſibile eſſe,

¶In priori parte.tex.67.quã nõ erat operepretiũ diſſectam eſſe a ſuperiori tex.explicatius repetit idẽ reſponſum,dicẽs,q̃ in motu reflexo nõ eſt dicẽda illa ſoiutio,quę olim,ideſt,quę prius in motu cõtinuo:videlicet,q̃.g. cum reflectitur in puncto. d. non eſt illic,niſi velut inſectione:vt puta in nũc indiuiſibili,& q̃ neq̃ ad fuit neq̃ ab fuit, hoc eſt neq̃ acceſſit neq̃ receſſit,ſicut rũdimus de mobili.f.in pũcto.b.primi motus.Quin neceſſe eſt,inquit,aſcẽſum illũ rectũ ad finem venire,qui eſt actu,non ſolum potentia.Quod igitur in medio eſt(ſcilicet cõtinuę magnitudinis)potentia eſt medium, hoc autem vt pote.d.eſt mediũ in actu: nimirũ finis magnitudinis,quę eſt a deorſum,& principium illius,q̃ eſt de ſurſum.Et eadem ratione eſt finis et principium motuũ,vt pote aſcẽſus ac deſcẽſus. Et ſic cõcludit neceſſario, ſtare, hoc eſt, quieſcere id quod reflectitur ſuper recta linea,atq̃ adeo non contingere motum recti lineum eſſe perpetuum (eodem autem modo)In ſecunda particula,vbi aptius deſignaretur textus per eandem doctrinam diluit ſophiſma Zenonis Eleati,quam aliter eluſerat in li. 6.tex.19.vbi reſpõſionis huius loci admonuim⁹ lectorẽ. Arguebat eñ Zeno ſuã ludicrã opinionem, q̃ nihil mouetur, præterq̃ alijs ſophiſmatibus , et hoc quoq̃.Infinita non poſſunt pertranſiri:in qua cunq̃ quantitate ſunt infinita dimidia:nam eſt vnũ dimidiũ totius,& aliud dimidium prioris medietatis,& ſic in infinitum:ergo nihil mouet. Vel ſic, q̃ eodem recidit.Infinita non poſſunt numerari: id autẽ,qõ tranſit vnã magnitudinem,prius numerauit eius medietatem,& priuſq̃ illã,medietatẽ eius,& ſic in infinitũ:ergo vel numeratur numerus infinitus,quod eſt impoſſibile,vel nihil mouetur.

Zenonis ſophiſma.

¶In primis ergo de motu ſermonibus, ſoluebamus: quia tempus infinita habet in ſeipſo.nihil enim abſurdum eſt: ſi in infinito tempore infinita tranſita liquis. ſimiliter autem infinitum & in longitudine eſt,& in tempore:Sedhæc ſolutio: ad interrogantem quidem ſe habet ſufficiẽter,interrogabatur enim ſi infinito contingit infinita trãſire,aut numerare.ad rem autem ipſam adque Veritatem:non ſufficienter. ſi enim aliquis dimittens magnitudinem, & interrogationem ſi infinito tempore cõtingit infinita tranſire, interroget de ipſo tẽpore hæc (habet enim tempus, infinitas diuiſiones)non amplius ſufficiens erit hæc ſolutio, ſed verum illud dicendum eſt: qnod quidem diximus in nuper dictis ſermonibus.Si enim aliquis continuam diuiſerit in duo dimidia: hic vno ſigno tanquam duobus vtitur, facit enim ipſum : & principium & finem, ſic autem facit: & qui numerat,&qui in dimidia diuidit.Sic autem diuidente : neque erit continua linea, neque motus continuus enim motus, continui eſt. in cõtinuo autem: in ſunt quidem infinita dimidia,ſed non actu, ſed potentia. Si verò faciat actu,non faciet continuum, ſed ſtabit quod quidẽ in numerante dimidia:manifeſtum eſt quod accidit,vnum enim ſignum : neceſſe eſt ipſi numerare duo . alterius enim dimidij principium , alterius autẽ finis erit:ſi non vnam numeret continuam, ſed duo dimidia . Quare dicendum eſt ad interrogantem ſi contingit infinita tranſire,aut in tempore, aut in longitudine:q̃ eſt quidem ſic, eſt autẽ non ſic.actu enim ſi ſint:non contingit potentia autem:contingit.quienim cõtinue monetur ſecundùm accidens infinita tranſiuit,ſimpliciter autem non. accidit enim lineæ:infinita dimidia eſſe. ſubſtantia autem ipſa altera eſt, & eſſe.

Concludit

¶Subiſcit in text.68.reſponſum:vocat autem primos ſermones de motu, ſex ſuperiores libros:& in ſexto ſophiſma hoc potius infringens , quam ſoluens

uens, respondebat, qđ quemadmodum in magnitudine dantur infinitę partes, ita et in tępore: quo circa nihil absurdi accidet, si tempore certo emetiatur mobile certum spatium. Sed hęc, inquit, solutio ad interrogantem quidem se habet sufficienter: satisfacit enim per dicta ipsius arguentis: nam qui admittit infinita media in magnitudine finita, is negare nequit infinita in tempore. Ad rem autem nulla est responsio: nam si omisso spatio, arguatur de tempore, quod non posset pertransiri, vt cuius infinita sint media, tunc hęc solutio non consistit. Sed respondendum est sicut iam modo dicebamus: videlicet, ꝙ qui magnitudinem, per quam fit motus, actu diuidit in duo dimidia, ⁊ prius dimidium in duo ⁊c. iam tunc vtitur puncto magnitudinis in actu, tanquam fine prioris partis ⁊ initio sequentis: atq; pari ratione diuidit ⁊ motum: nam motus continuus non est, nisi fiat super quantitatem continuam: si vero arguens non actu diuidat magnitudinem, tunc in illa non sunt infinita inactu, sed solum in potentia, que ideo non numerantur, neque pertranseuntur, seriatim ⁊ per ordinem, sed quouis puncto signato, iam fuerunt infinita transmissa (Quare dicendum est) Respondendum ergo inquit, est sub distinctione, cū a parte Zenonis interrogatur, an liceat per transiri infinita, seu in magnitudine seu in tempore quod non contingit pertransiri infinita in actu, eo ꝙ neq; continuum potest actu diuidi in omnem suam partem: possunt autem transiri infinita in potentia: illa autem sunt infinita quodammodo per accidens propter infinita mediantia puncta, quę sunt tantum in potentia: sed tamen ipsa inquit, linea per se finita est, atq; adeo altera, id est, differēs substantia ⁊ esse ab ipsis punctis: quoniam linea nō componitur ex indiuisibilibus. Dicitur autem linea differre substantia a puncto, qz linea, directe est de predicamento quantitatis, puncta vero non nisi reductiue: Et differt etiam esse, quia linea coexistit corpori, per quam ideo potest fieri motus, nō autem per puncta.

Tex. lxix ¶Manifestum autem est, & quod nisi aliquis faciat temporis signum (quod prius & posterius diuidit) semper posterioris ad ipsam rem: erit simul idem ens & non ens, & quando factum erit non erit, signum, igitur vtriusq; commune est, & priori & posteriori: & idē & vnum numero, ratione autem non idem: huius enim, finis est: alterius autem, principium: id ipsam autem rem, semper posterioris passionis est. Sit tēpus: in quo. a. c. b. res: in quo. d. hæc in a. quidem tempore, alba: in. b. vero, nō alba. in. c. ergo: alba & non alba. in quo libet enim ipsius. a. verum est dicere, albam, si toto hoc tempore erat alba: & in. b. non albam. c. autem, in vtriusque: non ergo dandum est, in toto: sed prę-

ter vltimum nunc in quo. c. hoc autem iam posterius, & si fiebat non album, & corrumpebatur album in toto. a. factum est aut corruptum in. c. quare album aut non album, primum in illo verum est dicere: aut cum est factum non erit & cum corruptum est, erit. aut simul album & non album, ens & non ens esse, necesse est. Si vero quod fuerit prius non ens, necesse est fieri ens: & cum fit ens non est: non est possibile in impartibilia tempora diuidi tēpus, si enim in. a. tempore, fiebat. d. album, factum est autem simul & est in altero impartibili tempore sed contiguo in. b. si in. a. fiebat non erat, in. b. vero est: generationem oportet esse quandam mediam. Quare & tempus erat in quo fiebat ~~non~~. non enim eadem ratio erit, & ijs qui non impartibilia dicunt. sed ipsius temporis in quo fiebat, factū est & est, in vltimo signo cui nullum est contiguum aut consequenter. impartibilia autē tempora, consequenter sunt, manifestum autem est si in. a. toto tempore fiebat, quod non est maius tempus in quo factum est, & fiebat, quam id, in quo toto solum fiebat. Corol.m

¶In tex. 69. per idem documentum satisfacit tertię dubitationi: vbi ostendit, id quod generatur, incipere esse per primum sui esse, atq; id quod corrūpitur, desinere per primum non esse. Ait ergo manifestū autem esse, ꝙ nisi quis fecerit signum ꝙ diuidat tēpus prius ⁊ posterius, scilicet illud, in quo fit gñatio, ⁊ illud in quo facta est, taliter, vt illud signum pertineat ad posteriorē passionē: id est, in generatione sit primum esse geniti, in corruptione autem primum non esse rei corruptę, continget vt sit simul ens ⁊ non ens. Item consequens fiet, ꝙ id, quod factum est, non sit quando factum est verbi gratia, fiat ex ere ignis in tempore. a. c. b. ita vt in. a. sit aer, duretq; generatio vsq; ad. c. ⁊ inde iam sit ignis. Dicit ꝙ signū illud medium. c. vtriq; est commune. scz priori tēpori generationis, ⁊ posteriori quo facta est generatio: nam in illo vniuntur ambo tempora: atq; adeo illud instans, vnum quidem numero est, sed ratione, duo, puta finis prioris temporis, in quo fit generatio, ⁊ initium posterioris, in quo facta est. Si tamen referatur ad rem, que mouetur, erit quidem semper posteriori passionis: hoc est, similiter se res habebit in illo, ⁊ in tempore sequēti: nempe quod si ex aere tunc generatur ignis erit. c. primum esse ignis, qui inde permanebit et primū non esse aeris, qui inde non erit. Formaliter go Aristo. argumentum sic. Si res ex alba fit non

alba

alba,tunc cum in.a.quidem tẽpore terminato ad.c. erat alba:in tẽpore vero.a.c. vsq; ad.b. est non alba:videtur contingere vt in.c. medio sit alba ꝛ nõ alba,eo q;.c.sit instans cõmune vtriq; tẽpori.(Non ergo dandum est.Responsio ergo est,q; nõ est cõcedendum in toto.a.fuisse alba vsq; ad terminũ inclusiue,sed in toto preter terminum in quo est.c. hoc autẽ iã posterius:hoc est,ad posteriorẽ passionẽ pertinet,vt vez iã nõ sit albũ.(Et si fiebat) Hoc est cũ in illo toto tẽpore.A. ex albo fiebat nõ albũ ꝛ corrũpebat albũ,sequit vt in.c.in toto factũ iã sit non albũ ꝛ corruptũ albũ.Quare albũ,inquit,aut non albũ primũ in illo,scilicet in.c.verũ est dicere.Hoc est si ex nõ albo fiebat albũ,illud est primũ esse albi si aũt cõtra ex albo fiebat nõ albũ,illud est(primũ) esse non albi. (Aut cũ est factũ) Aut si hoc inquit, renueris,continget tibi vt res,cũ facta sit,nõ sit,ꝛ cum fuerit corrupta,sit: nam in illo instanti.c. res quę fiebat,facta est: quã si negaueris illic esse, iam quod factum est, non erit: ꝛ res quę corrumpebatur,tunc iam est corrupta: quare nisi dederis illud esse primum non esse, dabis subinde rem esse quando est corrupta.(Aut simul) Hoc est,aut relaberis in primum absurdum:scilicet,q; tunc simul reserit alba ꝛ non alba. Resolutio elucidatioq; huius rei est hęc,q; sicut de motu locali dictum est, q; si res mouetur ab.a.in. b. quisit terminus motum,in.b. primum verum est dicere esse in termino per primum non esse motus,ita si res alba fit ab.a. vsque ad.c.in.c.primum verum est dicere est alba: cuius vtiq; ratio in summa est, q; cum motus non terminetur intrinsice per vltimũ esse,sed extrinsece per primũ nõ esse:ꝛ gñatio,q;nis nõ sit mot⁹ est tñ ipsi⁹ terminus, fit vt si aer per alterationem corrumpatur in ignem,alteratio illa corrumpetur extrinsice per primum esse ignis, q; est primum nõ esse aeris. De hac autẽ materia in primo de generatione (Si vero quod) Necest secunda pars text.qua ex dictis elicit corollarium,non esse possibile,vt tempus diuidatur in ipertibilia:aut componatur ex illis.Mã alias detur.v.g.q.d.in.a. tẽpore indiuisibili fiebat ex nõ albo albũ:tũc arguit sic.Si in.a.fiebat albũ, non erat tunc album, quia quod fit,nõ est:ergo necesse est designare alterum posterius tempus puta.b.priori contiguũ,si in quo primo sit album: qõ quidem tempus per te pari ratione est indiuisibile:et cum a nõ esse ad esse nequeat fieri transitus sine mutatione,necesse est inter.a.et.b. inter iacere tempus,quo fiat illa generatio.Des ergo tempus medium, quod cum,te authore,necesse sit pariter esse indiuisibile:idem recurrit argumentum de illo tempore.c.nam si in illo fit album,nondum tunc erat album:et cum modo sit album,necesse est signare aliud inter medium, in quo mutabatur de nõ albo in album:et sic in infinitum. Cum autem infinita non possint hoc pacto absolui,fit, vt impossibile sit mutatio de non albo in album.(Non enim eadem) Respondet ergo, argumentum nihil contra nos militare,quippe qui non admittimus imparti bilia tempora:nam respondebimus,q; res facta est et existit in vltimo signo ipsius temporis, in quo fiebat. Itaque motus,in quo fiebat,terminetur extrinsece ad illud instans, in quo facta est:cui quidẽ instanti non est aliud contiguum,sed inter quęcũque duo inter stat tempus.Qui vero admittunt insectilia tempora,fateri coguntur,illa esse contigua (Manifestum autem est) Infert ex proximo corollarium alterum: vt puta tempus in quo res fit, et facta est, non esse maius tot illo,in quo fiebat,nam cum instans,in quo primum res facta est,sit in diuisibile,non auget elapsum tempus, in quo fiebat. Illi autem,qui fatentur tempus componi ex indiuisibilibus, dicere compelluntur, quod indiuisibile per appositionem indiuisibilis excrescat: vt lib.6. pq; monstratum est.

¶Quibus igitur aliquis tanquam proprijs credet rationibus: hæ & huiusmodi quædam sunt. Rationaliter autem considerantibus:& ex his videbitur alicui idem hoc accidere, Omne enim quod continue mouetur: si à nullo prohibeatur,in quod quidem venit secundum loci mutationem, in hoc & prius ferebatur, Vt si ad.b. venit:ferebatur ad b. & non cùm prope erat, sed mox vt cœpit moueri, cur enim magis nunc quam priùs? similiter autem,& in aliis. Quod autẽ ab.a.ad.c.fertur, rursus veniet ad.a.continue motum. Cum ergo ab.a.ad.c.ferebatur:tunc & ad.a.fertur eo qui.a.c.est motu. Quare simul contrarij enim sunt:qui secundum rectam fiunt. Simul autem & ex hoc mutatur: in quo non est si igitur hoc impossibile,est necesse est stetur in.c. non est ergo vnus motus, qui enim statu interciditur:non est vnus. Textus, lxx.

¶Concludit ergo in hoc text.7o.motum reflexum nequire esse perpetuum:idque rationibus propriè sumptis ex eius natura:proponitque idem confirmare dialectice(id quippe sonat rationabiliter) puta rationibus generalibus a natura contrarietatis petitis:quę sunt quatuor. Prima inittitur propriè in motu locali. Id quod continue secundum locum mouetur,si a nullo in medio motu prohibeatur, cõtinue fertur in terminum et scopum illius motus: vt si feratur in.b. semper intentio mobilis fertur in.b.non modo quando prope est,sed statim ab initio,ex quo motum inchoauit, quia nulla est ratio cur magis feratur in.b.quando approprinquat,quã dum longius aberat. Neque id quidem proprium est motus localis,verum aliorum quoque commune.Si ergo quod ab.a. proficiscitur in.c.et rursus reflectitur ad.a.continuo mouetur, vt tu largiris, qui dum negas,quiescere in puncto.c. fateris vnicum esse totum motum continuum, fit vt ab ipso protinus exordio,quo mobile profectum est ab.a. semper feratur in ipsum.a.ad quem terminum per c.medium motu vno fertur. Et ex consequenti sequitur,vt simul moueatur motibus contrarijs, puta ab.a.in.c. et. a.c. in.a. Et rursus sequitur aliud absurdum,quod mobile antequam sit in.c.moueatur a.c. in.a. igitur cum hęc impossibilia sint, necesse est concedere tale mobile quiescere in.c. inibique interrumpi motum,atque adeo non esse eundem.

Amplius

Textus. lxxj. ¶Ampliùs autem: & ex his manifestũ est vniuersaliter magis de omni motu si enim omne quod mouet, moueatur aliquo dictorum motũm, & quiescat aliqua oppositarum quietum (non enim erat alius præter istos) quod autem nõ semper mouetur secundum hunc motum, dico autem quicunq; sunt diuersi specie, & non si qua pars est totius: necesse est prius quiescere secundum oppositam quietem, quies enim: priuatio motus est. Si igitur contrarij quidem motus sunt, qui secundum rectam fiũt, simul autem non contingit moueri cõtrarijs motibus: quod ab a. ad. c. fertur non vtiq; feretur simul & ab ipso. c. ad a. Quoniam autem nõ simul fertur, mouebitur autem secũdùm hunc motum: necesse est prius quiescat apud. c. hæc enim est: oppositа quies ei, qui est. c. motui Manifestum igitur est ex ijs, quæ dicta sunt, ꝙ non est continuus motus,

¶Secunda ratio supponit principia quędam vniuersalius in quocunq; genere motus. Supponit in quam, tantum esse tria genera motus (vt lib. 5. ostẽsum est) præter quos nullus est alius. Et rursus supponit omne ꝙ mouetur aliqua specie horũ motuũ, necesse esse prius quiescere quiete oppositа vsque ad illud temporis punctum, quo moueri cepit. Cuius gratia exempli accipiantur, inquit, duo motus qui distinguantur specie, vt de albatio & denigratio, vel calefactio, & non tantum differant tanquam duę partes eiusdem motus. Nam quando inchoatur secunda pars de albationis, non est necesse vt illic quiescat mobile, sicut quando incipit distinctꝰ motus specie. Tunc formatur ratio conuersiua superioris, nam alia deducebat respondẽtem ad impossibile, hęc autem assumit contrarium conclusionis. Motus contrarij nequeunt esse eodẽ tempore simul: motus ab. a. ad. c. & a. c. ad. a fient contrarij: ergo non possunt esse simul. Rursus, ergo quanto tẽpore mobile ferebatur ab. a. ad. c. nõ ferebatur. a. c. ad. a. atq; adeo ꝺescebat quiete oppositа. Nã duoꝝ priuatiue oppositorũ, quãdiu vnũ ab est, alterũ inest: & ideo cũ quies & motus priuatiue opponãtur, quãdo mobile nõ mouebatur. a. c. ad. a. quiescebat quiete cõtraria vsq; ad pũctũ. c. et per ꝓns nõ fit vnus motꝰ ex illo, ꝙ est ab. a. ad. c. & altero. a. c. ad. a.

Textus. lxxij. ¶Ampliùs autem & hæc ratio magis ꝓpria est ijs, quæ dicta sunt, simul enim corruptum est non album: & factũ ast album. Si igitur continua alteratio est ad album: ex albo, & non manet aliquo tempore, simul corruptũ est nõ albũ, & factũ est non albũ, trium. n. erit idẽ tps.

¶Tertia ratio constituitur in contradictione generationis et corruptionis. Quę sic procedit ad impossibile, si motus directus & reflexus vnus essent continuus, supponantur esse ex albo in nigrum, et ex nigro in album. Et pariter supponatur, idẽ esse, corrumpi nõ albũ, & fieri album: nam corruptio vnius contrarij, est factio alterius. Tunc sic. Si motio ex albo in nonalbum continuatur illi reflexo ex non albo in album, sequitur (vt monstratum est in ratione prima) ꝙ statim a principio fiebat motus ex albo in album: ex quo fit rursus, ꝙ simul eodem tempore corrumpitur non album, & fit non album. Nam motio ex nõ albo in albnm, quę est corruptio non albi, simul erat cum motione ex albo in non albnm, quę est factio non albi. Enimuero secundum opinionem tria hęc concurrunt simul, scilicet, fieri album, & corrumpi non album, & rursus ex non albo fieri album. Ex quo fit, vt non solum contrarię, sed contradictorię actiones sint simul, puta corruptio & generatio eiusdem. Et quia in contradictorijs patentior fit repugnantia naturę, quam in cõtrarijs, ait hanc rationem esse magis propriam. ꝙ superiores, hoc est, quę maiori demonstratione rem euincit.

CAP. IX.

Fragmentum eiusdẽ text.

AMpliùs non si continuum est tempus: & motus, sed cõsequenter, quomodo enim erit vltimum idem contrariorum: vt albationis & denigrationis.

¶Fragmentum hoc superioris textus, quo quarta continetur ratio, poterat quidem in calce superioris capituli collocari: haud tamen inepte initiũ fit capituli noni, propterea, ꝙ hęc ratio ansam prębet subsequenti disputationi de motu circulari. Est ergo ratio quarta, qua respondetur rationi contrarię. Poterat enim quis arguere, ꝙ cum tempus amborum motuum ab. a. ad. c. & c. ad. a. sit continuũ ipsi etiam motus constituant vnum cõtinuum. Respondet, in quam, consequentiam nullam esse, vt. 5. lib. prębabitum est. Possunt quippe duo contrarij motus sibi succedere, vt albatio denigrationi, in eodem continuo tempore, qui tamen non possunt esse continui. Nam contrariorum, inquit, quomodo erit vnum vltimum (puta vnum punctum quo tangantur. Quasi dicat, nequaquam.

Textus. lxxiij. ¶Qui autem super circularem fit: erit vnus & continuus. nihil enim impossibile contingit. quod enim ex. a. mouetur: simul mouebitur ad. a. secundùm idem propositum, ad quod enim veniet: & mouetur ad hoc, sed non simul mouebitur contrariis neque oppositis non eñ omnis qui est ex hoc: ei qui est ad hoc contrarius est aut oppositus. Sed contrarius quidem est: qui super recta fit. huic enim est contrarius: secundùm locum, vt qui secundùm diametrum fit. distãt enim: plurimum.

Oppositus autem est:qui est secũdùm eandem longitudinem. Quare nihil ꝓhibet:cõtinuè moueri,& nullo tempore deficere. Circularis enim motus est, qui ab eodem in idem. rectus autẽ:qui ab eodẽ in aliud. Et qui in circulo quidem fit:nunquam in eisdem est. qui verò secundùm rectam, sæpe in eisdem. Eo igitur,qui semper in alio & alio fit, contingit moueri cõtinuè. eo verò qui in eisdem sæpe:non contingit. necesse enim esset:simul moueri oppositis. Quare neq; in semicirculo,neq; in alia circumferentia vlla:contingit moueri continuè. sæpe enim necesse est: secundũ eandem moueri, & contrarijs mutari mutationibus. non enim copulatur principio:finis,qui autem circuli est,copulatur:& solus est perfectus.

¶ Postquã demonstrauit,ꝙ nullus motus localis rectus potest esse cõtinuus in perpetuũ,hoc est,in infinitum ꝓpter ea ꝙ non potest vari spatium infinitum,per quod motus rectus protrahatur,ztñ motus rectus z reflexus nõ faciant vnum, prosequitur vt demonstret,circularem posse esse vnum z perpetuũ. Facit autẽ in hoc textu duas ratiões, quę sumũtur ex duobus cõtrarijs principijs ad superiora,z fundãtur in duabus ꝓprietatibus cõtrariorum. Prior est hęc. Illud est possibile,ad quod nullum sequitur impossibile:ex hoc autẽ quod circularis motus sit perpetuus, nullũ sequitur impossibile:ergo illud est possibile. Probat minor:nã ratio impossibilitatis in motu recto z reflexo erat hęc,ꝙ si motus ab a.ad.c.z.a.c.ad.a.erat vnus, fiebat cõsequens,vt statim ab initio mobile moueretur ab.a.ad ipsummet.a.hoc autem non inconuenit in motu circulari:quinuero est ꝓprietas eius, vt fiat ab eodem puncto in idem punctũ. Etenim quod circulariter mouetur,secundum eundẽ aspectum z partium positionem reuertitur in idẽ pũctum:vt patet si musca moueatur per circulum: quod autem reuertitur per eandem lineam rectã aut debet retrocedere,vt pars quę erat posterior, fiat anterior:aut debet aspectum retrouertere:ergo in circulo nihil repugnat motum fieri perpetuum. Declarat hoc amplius:qz ex hoc non sequitur hic,sicut illic,vt idem simul moueatur motibꝰ contrarijs,aut vlla ratione oppositis:qz non omnis motus qui fit ab.a.est contrarius ei,qui reuertitur ad ipsum.a.sed illi soli,qui reuertitur per lineam rectam:vt motus ab.a.ad.c.per diametrum cõtrarius est ei,qui fit.a.c.ad.a.per eandẽ diametrũ. Qui aũt fit per semicirculũ.b.non est contrarius ei, qui fit.a.c.in.a. per semicirculũ.d. Et ratio est:quia(vt definitũ est lib. 5.tex.24.)contraria sunt,quę maxime distant:maxima autem distantia inter duo loca non sumitur per lineam circularem: eo qõ infinitę tales possunt duci inter eadem duo puncta: sed per lineam rectam,quę est breuissima, atq; adeo omnium distantiarũ mẽsura. Ex quo fit,vt cõtrarietas secũdum locum non sit pensanda penes lineam circularem,sed penes rectam. Et hoc est, qõ ait Aristotel. motus diuersos per eandem diametrum esse contrarios, eo quod plurimũ distant secundũ rectam:alios vero per semicirculos diuersos,minime. Et ideo nihil vetat sic continuo fieri motum per circulum,vt nullo tempore deficiat.

Circularis enim motus est,qui ab eodem in idẽ fit:rectus autem,qui ab eodem in aliud: puta in contrariũ extremum quapropter in illo nulla dignoscitur cõtrarietas,sicuti in hoc:z ideo neq; illi repugnat continuatio,sicuti huc,dum reflectit. [Et qui in circulo] Subiungit rationem secundam superiorem enim fundatur in eo, ꝙ contraria sunt illa, quę maximę distant: hęc vero in hoc qõ versantur circa idem:vt habetur in prędicamentis cap.10.de albatio enim,quę est in genere coloris, z fit in superficie, non contrariatur iustitię, quę versatur in actionibus. Est ergo ratio huiusmodi. Motus,qui fiunt in circulo, nunquã fiunt per idem medium,sed pars vna procedit per vnũ semicirculum,z altera per alterum:recti autem sępe fiunt per idem:vt patet in recto z reflexo per eandem diametrum:ergo illi non sunt contrarij, sed isti,qz contraria sunt circa idem. Et rursus:ergo circulari,quippe qui semper fit per aliud z aliud punctum,contingit vt possit esse cõtinuus,ac semper vnus:recto vero id repugnat:nam contrarij motus non possunt esse cõtinui. [Quare neq;] colligit ex superiori cõconclusione, nullum alium motum,prꝫter circularem,esse continuum, z perpetuum:siue procedat per semicirculum, z reuertatur per diametrum:siue per maiorem minorem ve portionem se micirculi:quia vbi linea icipit esse recta, pausabit motus: eo ꝙ recta cũ circulari habet speciem contrarietatis:adeo vt finis circularis motus nequeat vniri principio recti: solus ergo circularis est vnus atq; perfectus.

Manifestum autem est & ex hac diuisione:ꝙ non alios contingit motus esse continuos,in omnibus enim accidit:secundũ eandem moueri sæpe. vt in alteratione per media:& in eo, qui est quantitatis,per medias magnitudines & in generatione & corruptione: similiter. nihil enim differt: ea pauca vel multa facere,in quibus est mutatio aut medium addere quidpiam, vel auferre. vtroq; eñ modo accidit: per eadem moueri sæpe. Manifestum est igitur ex his, ꝙ neq; qui de natura diserunt bene dicunt,qui omnia sensibilia moueri semper dicunt. moueri enim necesse est:aliquo illorum motuũ, & maximè secundum illos est alterari. fluere enim dicunt semper: atque diminui. Ampliùs autem & generatio-

Textus. lxxiiij

nem z

nem & corruptionem:alterationē esse dicunt. Ratio autem nunc dixit vniuersaliter de omni motu:q nullo motu contingit moueri continuè, præter quā circulari. Quare neq; secundū alterationem, neq; secundū augmentationem. Quod igitur neq; infinita fit mutatio vlla,neque cōtinua preter circularem lationē,tot à nobis dicta sint.

¶In hoc tex.74.duo infert phi.corollaria.¶Prius est,q neq; in vllo aliorum generū motus, esse pōt quispiam vnus ꝛ perpetuus. Et ratio est: qr in illis,licet appareat fieri circulatio,nō fit tamen nisi per modū reflexionis per eadem media. Ratio ergo est talis. Vbi progressio ꝛ regressio in motu non fit per diuersa media,vt in circulo, sed per eadem veluti in diametro,nō potest esse cōtinuatio motus:vt iam visum est:quia necesse est in pūcto reflexionis pausari:in alteratiōe autem: cum ab albo progredit in nigrum,ꝛa nigro regreditur in album,fit regressio per eadem media:trāsitur enī per sub album ꝛ sub nigrum,ꝛ viceuersa reuertit: ergo cum ex nigro fit reuersio,illic cessatur. ¶Pro fecto ratio est ingeniosa. Et idem,inquit, vsu venit in augmento ꝛ decremento quantitatis:imo vero ꝛ in generatione ꝛ corruptione. Mā si dum ignis vertitur in aerem,medium aliquod transitur,per idem fit regressio,dum aer vertatur in ignem.

[Nihil enim differt] Neq; vero,inquit,differt, vnum sit,plura ve media:positiuśive(vt in hoc posito exemplo)an priuatiuum:sicut est inter bonum ꝛ malum.[Manifestum igitur]secundum corollarium est contra philo.antiquos,qualis erat Heraclitus,de quorū opinione meminit tex.23. Aiebāt enim,sensibilia omnia,esse in continuo motu. Hos quippe confutat hic. Quoniā necesse illis erat illud asserere,non de motu circulari scōm locum,vt experimento cōstat,sed,vel de motu recto, vel de motu alterationis:de quo ipsi potissimum loquebantur,dicentes omnia esse semper in continuo fluxu. Imo vero aiebant generationes nō esse aliud,quā alterationes quaspiam,qs non agnoscebāt substātiales formas,sed sensibles proprias qualitates. Et tamen ratio proxima vniuersaliter cōclusit de omni motu,præter circularem,q nō possit esse continuus. Concludit ergo epilogum dicens,satis esse ostensum,q nulla,præter circularē, mutatio,potest esse infinita.

Textus. lxxv. Quod autem lationū circularis prima sit:manifestum est. Omnis enim latio, sicut & priùs diximus:aut circularis est,aut sup recta,aut mixta. Hac autem necesse est:priores esse illas. ex illis.n.constat. Recta autē:circularis.simplex em̄,& perfecta,est magis.in infinitum em̄ non est:secundū rectam ferri,quod.n.sic est,infinitum nō est,sed neq; si esset, moueretur vtiq; aliquid. non em̄ id fit:quod impossibile est. trā sire autem infinitam:impossibile est. Ea autem latio,quæ super finita recta fit,si reflectatur,quidē composita est, & duo motus, si verò non reflectat:imperfecta est,& corruptibilis. Prius aūt & natura,& ratione,& tempore,quod perfectum quidem est,imperfecto est: corruptibili autem incorruptibile. Amplius motus prior est, quem contingit perpetuū esse:eo quem non cōtingit: circularem igitur:contingit perpetuū esse. aliorum autem:neq; loci mutationem,neq; alium vllum. statum enim oportet fieri:si autem status est: corruptus est motus.

¶In tex.75.ex superiori cōclusione elicit alteram: nempe circularē motū esse omniū primū iam esse supra tex.55.ꝛ infra constituerat,omniū motuum localem esse primū:hic autē pergit demōstrare, q inter locales, circularis est primus. Supponit.n. id.qđ tex.64.premiserat,videlicet tres esse species localis motus.s.circularem,qui fit per semicirculū,ꝛ rectum,qui fit per diametrū,ꝛ mixtum, qui cōstat ex vtroq;. Et q hoc tertio alij sint priores,inde constat,q partes semper sunt priores toto. Et q recto circularis sit prior,pbat ratiōe duplici. Prior est hęc. Id,qđ est simplex ꝛ perfectū, prius est illo,qđ non adeo simplex neq; perfectū: circularis autē motus simplicior est ac perfectior recto. ergo prior. Probat prius minorem ex eo,q motus circularis,pōt esse infinitus,vt dictum est, rectus vero minime. Nam vel fieret infinitus, extensus per magnitudinem infinitā:ꝛ hoc nō:tum qr neq; talis magnitudo est possibilis:tum etiā qr neq; si esset,posset pertransiri,atq; adeo neq; motus in illa fieri posset infinitus. Vel fieret infinit per reflexionem super eandē finitam magnitudinem iteratus:ꝛ hoc non,qr ille motus(vt dictum est)nō esset vnus,atq; adeo neq; simplex,sed cōpositum ex duobus. Id autē,qđ est infinitū,est perfectum:qr nulla ei fieri pōt additio:ꝛ simplex:quia non cōstat ex motibus duobus:estq; adeo incorruptibilis:qr nō abrumpit dum venit ad terminum vnde reuertit:rectus vero,si reflectat, non est simplex,neq; vnus,si autē non reflectat, est imperfectus:qr pōt ei fieri additio:ꝛ est preterea corruptibilis:qr mobili pueniente ad terminū,cessat. Ecce minorē. Maior autē cōstat,qr perfectum imperfecto,ꝛ corruptibile incorruptibili perfectius est. [Amplius]secūda ratio est hęc. ¶Perpetuū prius est tēporali,sicut ꝛ eternitas,tēpore,quia temporale dependet a perpetuo: circularis autē motus perpetuus est:rectus vero,tēporalis:ergo circularis est prior secundum tempus.

Textus lxxvj. Rationabiliter autem accidit:circularem vnum esse, & continuum, & non eum,qui super rectā fit. eius enim, qui super recta fit: determinatū est & principiū,& mediū & finis,& oīa habet in se ipso

in seipso. Quare est: vnde incipiat ϕ mouet & vbi desinat. apud terminos: quiescit omne aut vnde aut vbi. Ipsius aũt circularis: indeterminata sunt. cur enim magis quoduis eorum quæ sunt in linea: terminus erit? similiter enim vnum quodque: & principium, & medium, & finis est, vt semper id, quod mouetur, sit quodam modo in principio, & fine, & nũquam in vno eorum tantùm. Quare mouetur & quiescit quodammodo: sphæra. eundem enim occupat locum, causa autem est: quoniam omnia hæc acciderunt ipsi centro principium enim, & medium magnitudinis, & finis est. Quare fit vt propterea quòd hoc extra circunferẽ tiam, est, sit vbi, id quod fertur quiecat, quasi transierit. semper enim fertur circa medium: sed nõ ad extremũ propterea autem quòd hoc manet, & semper quiescit quodãmodo totum, & mouetur continuè. Accidit autem econuersò. etenim quoniam mensura motuum circulatio est: primam necesse est ipsam esse. Omnia enim: mẽsurãtur primò. & quia primo est: mẽsura est aliorum. Ampliùs autẽ & regularem contingit circularẽ esse solum qui enim super recta fiunt. irregulariter & à principio ferũtur, & ad finem omnia enim quãto plus distant ab eo quod quiescit feruntur velocius. Circularis autẽ solius: neq; principium finis in ipso natura est, sed extra.

¶ Superioribus rationibus, quę a propria natura circularis motus proficiscebantur adhibet & hoc tex. 76. tres alias dialecticas. Hoc enim sonat rationabiliter. ¶ Porro autem prima ex legitima philosophia deprõpta est. supponit enim in linea recta palam esse tria puncta, initium, scilicet, medium & finem: quę puncta sunt in linea ipsa: in qua id circo facile est designare vnde incipiat motus & vbi desinat: fit enim (vt lib. 5. text. 54. visum est) inter duas quietes. Ab vna quippe incipit, & in alterã terminat. Circularis autẽ lineę indeterminata sunt talia pũcta: nulla siquidem ratio extat, cur vnũ punctũ lineę, initiũ sit, mediũve, aut finis, potius ϕ aliud vnũquodlibet. Quinuero vnũquodq; potest ratione cõcipi tanq; principiũ, medium & finis, quia quodlibet est finis precedentis portionis circuli, & initium sequentis, atq; adeo medium vtriusque. Qua vtiq; ratione id, quod in circulum vertitur, semper est in initio, & medio, & in fine. Ex quo rursus fit cõsequens, vt sphera. (vt lib. 6. tex. 42. dictum est) simul mouetur quodammodo, quia mutat locum secũdum partes & quodãmodo quiescit qm̃ secũdũ totã nõ mutat locum. [Causa aũt est] subdit causam, cur huiusmodi pũcta nõ sint determinata in circulo: videlicet quoniam centrum circuli, est eius initium: nimirum vnde omnes lineę prodeuntes sunt equales, & est pariter finis in quem lineę a circunferentia conductę terminantur: et est medium, circa quod vertitur circũferentia. Quocirca hęc tria puncta non sunt in ipsa linea circunferentię, sicuti in recta, vt mobile transeat talia puncta, quoniam cẽtrum, quod eorum vice fungitur, est extra circunferentiam ob idq; motus circularis nõ fit transeundo media, & tendendo in extrema: sed fit semper circa medium. Et quia illud medium semper est fixũ sphęra quodammodo quiescit secundũ se totam in loco: sed mouetur secundum rationem partiũ transeuntium per puncta circunferentię. Est ergo forma syllogismi hęc. Omnis ille motus, qui nunquam est in principio & in fine, est cõtinuus quia motus nõ interpolatur nisi in talib⁹ extremis: motus autem circularis est huiusmodi: ergo est continuus. Et per contrariam rationem motus rectus non potest esse perpetuo continuus [Accidit autẽ] Secunda ratio est hęc. Id quod est enim prius in aliquo genere, & quod est omnium mensura, conuertuntur: sicuti vnitas quę est initium numerorum, est omnium mensura, vt. 10. meta. tex. 4. constitutum est: motus autem circularis est mensura omnium aliorum [vt tex. 133. demõstratum reliquit] ergo est primus. Et econuerso quia primus est, fit, vt sit mensura aliorum. Imo vero hęc est ratio a priori, nempe quia primus, ideo est mensura. [Amplius] tertia ratio est superioris expositoria: nam ob id ϕ motus celestis regularissimę fit, est aliorum mẽsura Supponatur (ex lib. 5. tex. 44.) illum esse motũ regularem, qui equa fit velocitate per omne tẽpus. Tunc sic motus regularissimus est primus quia inde habet vt sit aliorum mensura: circularis est regularissimus: ergo primus. Declaratur minor. Motus rectus, si sit naturalis, velocior est in fine ϕ in principio, eo ϕ quanto propinquius est suo fini, auidius fertur, atq; adeo intensior fit eius impetus: in motu autem violento vice versa, quo distantius fit mobile, a mouente, eo segnius mouetur ex remissiori impetu. Ratio autem huius varietatis est propter extrema, quibus motus terminat. Igitur cũ circularis nõ fiat secundum se totum ab aliquo vel ad aliqd punctũ sed circa idem medium, nulla est ratio inequalitatis in celeritate. Et ideo, ϕ regularis, fit, vt sit primus, ob idq; adeo per illũ certiores efficimur de motibus horũ inferiorũ. In hoc eñ nobis horologia inseruiũt, vt p illa nobis innotescant hore quę sunt equales portiones solaris lationis.

Quod autem ea, quæ est secũdum locum mutatio, primus motuum sit: testantur omnes, quicunque de motu fecerunt mentionem, principia enim ipsius tribuunt mouentibus secundũ

huiusmodi motum disgregatio enim & cõgregatio: motus secundũ locum sunt. sic em̃ mouent amicitia & lis: ipsarum em̃ hæc disgregat, illa autẽ cõgregat. Atque intellectum primũ mouente dicit Anaxagoras: disgregare. Similiter autem: & quicunque talem quidem nullam causam dicunt, sed ꝓpter vacuum moueri dicunt. Etenim hi eo quod secundùm locum est motu. naturam moueri dicunt. motus enim, qui propter vacuum fit, loci mutatio est, & vt in loco. Aliorum autem nullum ineſſe primis: sed ijs, quę sunt ex his, putant, augmentari enim & diminui, & alterari, cùm congregantur & disgregantur impartibilia corpora: dicunt. Eodem autem modo: & quicũque per densitatẽ. aut raritatem conficiunt generationem, aut corruptionẽ. congregatione: enim & disgregatione hæc disponunt. Amplius autem & præter hos qui animam causam motus faciunt. ipsum enim seipsum mouent principium esse dicunt eorum, quæ mouentur. mouet autem animal se ipsum, & omne animatum: eo, qui secundum locum est motu. Et ꝓpriè autem moueri dicimus solum: qđ mouetur eo, qui secũdum locum est, motu. si autem quiescat quidem in eodem. augmentetur autem, aut diminuatur, aut alteretur: quodam modo moueri simpliciter autem moueri nõ dicimus. Quòd igitur semper & motus erat, & erit omni tempore, & qđ nam sit principium perpetui motus, ad hæc autem quis motus primus, & quem motum perpetuum contingit solum esse, & quod primum mouens immobile sit: dictum est.

¶ Tandem in hoc tex. 77. cõfirmat sententiã suã authoritate antiquorum: non quidem ꝙ motus circularis, sed ꝙ motus localis sit primus. Nam vtcunque antiqui de principijs hallucinati sunt in hoc tamen omnes recidebant, ꝙ primus omnium motuum fuerit localis. Et cõtinet hic tex. mẽbra. 7. Primo opinionẽ Empedoclis, qua posuit mundũ amicitia dissolui, cum partes cõfluũt in chaos, lite vero constitui, dum inde disgregantur. Disgregatio nanq; & congregatio, motus locales sunt. [Atq; intellectum] idem fatebatur Anaxagoras, qui posuit separatam mentẽ esse primã causam mundi. Id enim efficiebat mens per eandem disgregationem, quã Empedocles adscribebat liti. [Similiter autẽ] eodẽ prorsus relabebatur Democrit⁹, qui nullã cognoscebat causam efficientẽ, sed docebat, omnia per se moueri ad replendum vacuũ: talis quippe motus localis est. Aliorum autẽ motuũ nullum aiebat in esse primis, sed ex primis fieri: hoc est, alterationem, & augmentationem non aiebat esse primos motus, sed fieri ex congregatione, aut disgregatione atomorum ad replendum vacuum, quę erant corpora impartibilia. [Eodem autẽ modo] Quarto idem quoque fatebantur & Parmenides & Melissus, & reliqui, qui ponebãt omnia esse vnum principiũ materiale puta aquã vel ignẽ vel aerem, ex quo principio omnia dicebãt generari. Apud hos nanq; generatio & corruptio rerum nõ fiebat nisi per quandã rarefactionẽ, aut condensationẽ: quę sunt motus locales partium: puta dilatatio a medio, vel contractio ad mediũ. [Amplius autẽ] Quinto & Plato ipse, qui dicebat, animã eo ꝙ seipsam mouet, esse omniũ principium (animam autem apellabat, primam ac diuinam causam) tenebatur idem cõfiteri. Nã motus, quo animal, & omne animatũ se ipsum mouet est ille, qui est secundum locum per quẽ adeo prima causa deberet se ipsam, omniaq; mouere. [Et propriè] Sexto id demũ confirmat vulgari opinionẽ. vulgus. n. ea prorsus existimat moueri, quę secundũ locum mouẽtur. Si quid autẽ quiescat in eodẽ loco, quis augmenteť, diminuatve, aut alteretur, id quodãmodo quidẽ moueri concedimus, simpliciter autẽ moueri negamus: documentũ ergo est hoc ꝙ motus localis sit omnium primus, ac dignissimus. [Quod igitur semp] Septimũ hoc mẽbrum collectio est omniũ supradictorum. Proposuerat nanq; tex. 23. diuisionẽ illam quinq; mẽbrorũ. s. aut omnia semper moueri, aut omnia semper quiescere &c. intẽdẽs quintum membrum constituere: nempe, eorum, quę sunt alia quandoque moueri, & quandoq; quiescere, vt sublunaria: alia vero semper quiescere, vt primum motorem: alia vero semper moueri: vt cęlestes orbes. Concludit igitur iam esse mõstratum, motum semper fuisse, & semper fore, id quod absoluit in viginti prioribus textibus. Deinde monstrauit, quod nam sit principium perpetui motus. nam primus motor immobilis qđ ostendit tex. 52. Atq; adeo demonstrauit quisnã motus sit primus, ac perpetuus, atq; adeo ꝙ primum mouens sit immobile.

CAPVT. X.

Textus, lxxviij.

QVOD autem hoc necesse est impars esse, & nullã habere magnitudinem: nunc dicamus primum de prioribus ipso definientes. Horum autem vnum quidem: est quòd impossibile est vllum finitum mouere infinito tempore. Tria enim sunt. quod mouet

uetur,& mouens,& tertium in quo,ſcilicet tempus. Hæc autem,aut omnia infinita ſunt,aut omnia finita:aut aliqua vt duo,aut vnum. Sit igitur.a mouens: quod autem mouetur.b.tempus infinitum:in quo.c.ipſum.d.igitur: moueat aliquam partem ipſius.b quæ ſit ī quo e. Non igitur in æquali ipſi.c.in maiore enim.maius quare non eſt infinitū tempus illud,quodeſt ipſius.f. Sicitaq; ipſi.d.addendo conſumam ipſum.a.& ipſi.e.ipſum.b.tempus autem,non cōſumam ſemper. Quare totū.a. totum b.mouebit,in tempore finito ipſius.c. Non ergo poſſibile eſt,à finito, moueri aliquid ſecundū infinitum motum. Quòd igitur non contingit finitum in finito tempore mouere, manifeſtū eſt.

¶Poſtq̄ in ſuperioribus de perpetuitate primi motus,ꝛ immobilitate primi motoris ſatis dictū eſt,in hoc tandem poſtremo capite de primo motore demōſtrare adornat,ꝙ ſit impartibilis,hoc eſt, incorporeus. Id autem colligit ex eo,ꝙ eſt infinitę virtutis:ac ſi eiuſmodi virtus in magnitudine ineſſe nequeat. Ob idq; in hoc textu probat, primum motorem infinita vigere virtute. Et eſt profecto phraſis eis nodis implexa,vt ſit non ſolū intellectu,verum ꝛ creditu non facilis. Syllogiſm⁹ autem hic concipiēdus eſt iſte. Impoſſibile eſt virtutem finitam quippiam tempore infinito mouere:virtus primi motoris mouet primū mobile tēpore infinito:ergo non eſt finita,ſed infinita. Ad maioris autem demonſtrationē ſupponit,tria eſſe in motu conſideranda,videlicet mobile,ꝛ mouēs, ꝛ tempus in quo fit motus. Et cōtendit probare, hęc tria debere ſemper eſſe eiuſdem rationis:nēpe, ꝙ ſi aliquod illorū ſit infinitū,ꝛ reliqua debēt eſſe infinita. Et qz ratio procedit ad impoſſibile, petit contrarium ꝛ reſpondente. Detur enim,inquit.a.mouens finitum ſcilicet virtutis vt quatuor quod mouet.b.mobile.quadrupedale per.c. tēpus infinitū. Tunc ſequitur,inquit,ꝙ.d.pars ipſius.a.que ſit.v.g.virtus vt vnum,mouebit.e.quę ſit quarta pars ipſius.b.ꝛ non in ęquali tempore ipſi.c.ſed in minori:quia totum mobile maiori tēpore indiget,quā minus. Tempus ergo.f. in quo. d.mouet.e.neceſſe eſt vt ſit finitum: ſiquidem eſt pars totius.c. Tūc rurſus ſequitur,ꝙ pars duplo maior quā.d.mouebit partem mobilis duplo maiorem,quā.e.in duplo maiori tempore q̄.f.ꝛ pars tripla,partem triplam in triplo maiori tempore: ergo tota virtus.a.mouebit totum.b.in tempore quadruplo ad.f.quod ideo erit finitum:quādoquidem excedit.f.proportione finita. Et hoc eſt,quod ait,ꝙ addendo ipſi.d.conſumetur totum.a.ꝛ addēdo ipſi.e. conſumetur totum.b.nunquā autem cōſumetur tempus:quia eſt infinitum. Concluditur igitur,ꝙ nihil a virtute finita poteſt moueri tempore infinito. Neque vllius eſt momenti redargutio Auicenę,ꝙ in corporibus cęleſtibus nulla poteſt fieri ſubtractio,aut diuiſio vel mouentis, vel mobilis quoniam argumento Ariſtotelis nihil refert ſubtractio re fiat, an ſola cogitatione poſſumus enim partiri ad imaginationem virtutem cęli motricem ꝛ mobile ipſum. Maioris autē multo ponderis eſt bina alia dubitatio tum in cōcluſione,tum etiam in ratione Ariſtotelis. In ratione quidē,quoniam illatio illa: Si tota.a.virtus mouet totum.b.in aliquo tempore,pars illius virtutis mouebit partem in minori tempore, nulla porro eſt. Quinuero ſuam ipſius regulam auerſatur ſuperiori lib.text.36.qua docuit,ꝙ ſi virtus aliqua mouet mobile in certo tempore,media virtus mouebit medietatem reſiſtentie tempore equali: quoniam,vt declaratum eſt.q.4.eiuſdem lib.eadē eſt proportio medietatis ad medietatem, quę totius ad totum:quapropter eadem erit motus celeritas. Concluſio autem cum veritate ipſa aperte pugnat:nam conſtat intelligentiam finita virtute ſecundum eundem Ariſtotelem mouere orbem tempore infinito:ad quod ſatis eſt,vt virtus ſit incorruptibilis,et indefeſſa. Ad primū autem reſpondendum quod duplex eſt comparatio temporis motus,vna quidem ad partes ſpatij ꝛ altera ad partes mobilis. Si fiat comparatio ad partes ſpatij,argumentum hoc noſtrum concludit,ꝙ dimidia virtus eodem tempore mouebit per idē ſpatium dimidiatū mobile:quo tempore tota mouet totum:quia eſt eadem proportio ſi vero comparatio fiat ad partes mobiles,tunc ſi totum quadrupedale mobile pertranſeat certo tempore per deſignatum ſignum in ſpatio fixum, medietas illius mobiles tranſiit per idem ſignum indimidiato tempore. Medietas enim ſolis exurget per orizontem in medietate tēporis,quo totus exoritur vt libr.6.text.48.ꝛ.90.monſtratum eſt. Hanc ergo comparationem temporis ad partes mobiles ſequitur hic Ariſtoteles. Sed tunc recurrit altera dubitatio de concluſione nam ſi ſuperius oſtenderat,primum motorem mouere mobile tempore infinito,ſit vt motu recto duraret tranſitus per idem ſignum tempore infinito, probe demonſtraſſet virtutem mouentis infinitam:quia tunc illud mobile deberet eſſe infinite longum veruntamen cum non demoſtrauerit,niſi ꝙ moueat orbē tempore infinito per finitum ſpatium quod perpetuo circulo recurritur, non ſubinde hic conmōſtrat virtutem motricem infinitam, ſed ſolū quod motor duret tempore infinito. Caietanus in ſuo illo infinito opuſculo de infinitate Dei neſcio quā excogitauit diſtinctionem,per ſe,ꝛ per accidens, nempe,ꝙ vt virtus moueat per accidens tempore infinito,ſat eſt,ꝙ ipſa duret tempore infinito, licet ſit intenſionis finite,attamen vt perſe moueat tempore infinito,requiritur,inquit,ꝙ ſit intenſionis infinite. Hoc tamen profecto nulla ipſe ratione corroborat,quin reſponderi ſemper poſſit,quod per ſe mouere tantum mobile,ꝛ tanta celeritate,competit intenſioni virtutis ſed ad mouendum tanto tempore,etiam perſe,ſolum requiritur duratio virtutis. Et ideo multo eſt apparentior gloſſa hic Sanctus Thomas qua ratio per ſe infinitatis motus explicatur. Ait quippe, quod virtus primi motoris, ex qua virtutes alię intelligentiarum deriuantur,debet ſic eſſe infinita. vt ſit cauſa illius infinitatis motus, qui perſe ꝛ intrinſece eſt infinitus: nam id quod eſt per accidens,debet reduci ad id quod eſt perſe. Per ſe autem infinitas motus eſt illa,quę conuenit mobili

Caietan⁹.

S. Thom.

bili ab intrinseco ratione suarum partiū: qz videlicet cum habeat infinitas equales, nunquā posset eius transitus per aliquod signum finiri. Sicuti si sol esset infinitus, nunquā totus posset oriri per orizontem: infinitas autē motus per accidens est que non cōuenit mobili ratione partium infinitarum ab intrinseco, sed ꝓpter figuram motus: nēpe qz fit circulariter per infinitas repetitiones eiusdem finiti spatij. Intelligentię quidem sunt cause illius infinitatis motus, quę est per accidens: requiritur ergo, vt earum causalitas reducatur in primā causam, quę posset efficere motum, qui per se esset infinitus, si esset possibilis. Et hoc per se z per accidens multo est explicatius illo Caietani: nam explicatur hic ratio, non solum per se causę, quę ratio videt ad libitum conficta, sed per se infinitatis motus ex parte mobilis. Et si quid certi Aristo. hic proposuit demonstrare, reuera non fuit, nisi hoc, ꝙ non pōt virtus aliqua mouere mobile tēpore infinito, hoc est infinitatem per se motus efficere, nisi faciendo illud transire per certū signum, taliter, vt in perpetuū duraret motu recto transitus omnium partium: quod fieri nō posset, nisi mobile esset infinitę quantitatis, atq; adeo virtus esset infinita simpliciter.

Textus lxxix

Quod autem omnino non cōtingit in magnitudine finita, infinitam esse potentiam: ex his manifestum est. Sit enim maior potētia semper: quæ æqualē in minori tpe facit. vt quæ calefacit aut dulcefacit, aut pijcit, & oīno mouet. Necesse est ergo & finito quidem infinitam autem habente potentiam: pati aliquid patiens & plusquam ab alio, maior enim est: infinita potentia. At vero tēpus quidem non contingit esse vllum, sit enim in quo.a. tempus, in quo infinita vis calefacit, aut pepulit.a.b. autē: in quo finita quædam. ad hanc maiorem semper accipiendo finitam, peruenīā aliquādo ad id, qđ est in.a. tempore mouisse. ad finitum em̄ semper addens, excedā omne determinatū. & auferens, deficere faciā similiter. In ęquali ergo tempore mouebūt, finita ac infinita. hoc autem est impossibile. nullum itaque finitū, contingit infinitam potentiam habere.

¶ Cōsequenter tex. 79. Probat, ꝙ virtus infinita non pōt esse in magnitudine finita: vt ex superiori z ista concludat. Deum expertē esse magnitudinis molis. Ubi cōsiderandū est, non satis esse probare ꝙ nō possit esse in magnitudine finita, sed simpliciter ꝙ nō pōt esse in magnitudine. At qz li. 3. satis demonstrauit, impossibilē esse magnitudinē infinitam: z maxime in primo motore: nam tūc nulla esset, alia res, quā moueret, proponit, nō esse virtutem infinitā in magnitudine finita. Ratio tamē quā adducit, simpliciter probat ꝙ nequeat esse in magnitudine: z ita nos cōcludemus. Demonstratio autem hęc deducit item sic ad impossibile. Si virtus infinita esset in magnitudine: illa moueret in non tēpore: motū autē fieri in non tempore, est impossibile: ergo z infinitā virtutē esse in magnitudine. Itaq; nō vult hic probare possibilem esse motū in non tēpore. Quinuero ex hoc impossibili cōcludit, aliud esse pariter impossibile. Supponit igitur, ꝙ maior virtus in minori tēpore equalem facit effectū illi, quē minor virtus faceret in maiori tēpore, vel in eodē facit maiorē. Ex hoc autem fit, vt quicquid patiat a potentia infinita, maiorē effectū suscipiat, quā si pateret ab infinita: quoniā infinita, maior est quā finita. At vero tēpus quidem, inquit, nō contingit esse vllū. Aest dicat, eius modi tamē passio z motus in nullo fieret tempore, sed in non tēpore: qō est impossibile. Probatur autē hęc minor. Detur oppositum, ꝙ infinita virtus in.a. tēpore faciat vnum certū ac finitū motū, puta in vna hora: z fit virtus alia finita, q̄ eundē faciat motū in tpe maiori, puta duplo, vel decuplo, nihil.n. refert, ꝙ sit.a.b. tunc sic. Quacunq; potentia finita pōt dari maior, etiam finita. Detur ergo maior, q̄ in tēpore minori quā.a.b. perficiat eundē motū: z rursus alia maior, q̄ in tēpore etiā minori efficiat eundē motū. Peruenietur ergo sic ascendēdo ad virtutē finitā, q̄ in tēpore.a. efficiat eundem motū, quē virtus infinita in eodē perficiebat. Et hoc est, qō ait, ꝙ addendo ad virtutē finitā, z auferendo a tēpore maiori, peruenietur ad id, qō eodem tēpore infinita virtus z finita pficient eundē effectum. Quod cū sit impossibile, infertur, z impossibile esse infinitā virtutē existere in magnitudine. Percontaris autē, quid opus erat collocare hic virtutē infinitā in magnitudine ad cōcludendum ꝙ moueret in tēpore. Cur inquam nō intulit, impossibile esse infinitā dari virtutem etiā extra magnitudinem: siquidem vbicunq; esset, moueret in non tēpore. Cōmentator nescio quid super hoc cōminiscitur. Ait enim, ꝙ quia finitum z infinitum (vt in vltimo tex. lib. 1. visum est (non cōuenit nisi quantitati, vt loqueretur proprie de infinita virtute, cōstituit eam in mole. Hoc autem manifeste est contra Aristotelē, qui superiori tex. ex eo ꝙ prima causa mouet infinito tēpore, intulit ꝓprie ac simpliciter esse infinitam: z inde rursus hic inferre cōtendit, nō esse in magnitudine. Et pręterea est contra rationē: nam cum virtus sequatur perfectionem formę: z quo forma abstractior est a materia, perfectior sit consequitur, vt ratio infinitatis multo sit congruentior separatę formę, quā materiali, quę tamen dicitur infinita ex parte materię: eo scilicet, ꝙ est absq; termino ꝓtensa. Respondendum ergo est ad interrogationē, ꝙ per virtutem in magnitudine intendit illā, quę non potest agere, nisi scōm suam totam potentiam: qualis est virtus in igne. Nam immaterialis spiritualisq; virtus, nō est necesse, vt semper agat scōm vltimū suę potentię: quia cum (vt habetur. 3. de anima tex. 6. z. 46.) intellectus non sit virtus corporis, virtus spiritualis debet esse intellectualis: talis autē virtus non agit secūdum totam naturalem formam, sed scōm illam, quā apprehendit: vt patet in ędificatore. Et ideo si virtus infinita, esset in magnitudine, ageret quidem scōm vltimū suę potentię, puta infinita velocitate, atque adeo in non tempore quod est impossibile. Id autem non sequitur de infinita virtute spirituali que agit per intellectū

vt.q.5. exactius patebit. Vide quomodo ratio Aristo. nō solum probat infinitam virtutem non posse esse in magnitudine finita, verum ꝙ neq; in vlla magnitudine.

Textus lxx.

Neque igitur in infinito: finitam. attamen contingit in minori magnitudine maiorem potentiam esse. sed adhuc in maiori maiorem. sit igitur id in quo. a b. infinitum pars igitur. b c. habet potentiam aliquam: quę in aliquo tempore mouit. b. in tempore scilicet in quo. e. f. Si igitur ipsius. b c. duplum accipiam: in dimidio mouebit tempore ipsius ꝛ e f. sit enim hęc proportio. Quare in. f h. mouebit. ergo sic accipiēdo semper ipsum. a b. nunquam transibo. tempore autem dato: semper minus accipiam. Infinita ergo potentia erit. omnem enim finitam potentiam excedit. Omnis autem finitæ potentiæ: necesse est finitum esse & tempus si enim in quodam tanta maior in minori quidem, sed determinato mouebit tempore secundùm conuersionem proportionis. Infinita autem omnis potentia est: vt & multitudo, & magnitudo. quæ excedit omnē finitam.

¶Subsequenter in tex. 80. conuertendo superiorem conclusionem, demonstrat, ꝙ neque in magnitudine infinita potest esse finita virtus. Nō quod esset conclusio hęc ad propositum, necessaria, sed quod annexa erat, ꝛ affinis superiori. Et quia posset quis statim obuiare. Contingit enim in minori magnitudine maiorem inesse virtutem, vt in minore igne cumulatior viget, quam in maiori aere, indeque sequitur, ꝙ proportio virtutis non cō sequitur quantitatem molis, atque adeo videtur subsequi vt in aere infinito, possit esse finita virtus. Admitte do antecedentia, negandoque hāc postremam consequentiam, ait ꝙ licet in minori magnitudine contingat esse maiorem potentiam, vt in igne, nihilominus magnitudo aeris potest multiplicari, vt attingat virtutem ignis magnus enim aer. pollebit tanta virtute, quanta est in paruo igne atque adeo multiplicata aeris magnitudine in infinitum, pari ratione multiplicabitur ꝛ potētia vnde fit consequens vt in quacunque magnitudine infinita, sit maior virtus, quam in quacunque finita. [Sit igitur] Reuertitur ergo ad demonstrationem. Sit, inquit. a b. virtus finita magnitudinis per impossibile infinite. Omnis autē finite potentię (vt ait paulo inferius) necesse est tēpus esse finitum in quo mouet. Quamlicet quomaior est potentia, eo in minori tempore moueat, tamen quacunque finita data, mouebit tempore determinato. secundum cōuersionem proportionis, vt quantum addetur potentie demat̄ur de tēpore. Hoc supposito, detur vna alia virtus finita magnitudinis etiam finitę, que sit. b c. illa etiam mouebit ipsum. d. quod. v. g. mouebatur a potentia finita magnitudinis infinitę: ꝛ mouebit illud intēpore certo, puta. e f. Tunc si duplet̄ur ea magnitudo, duplabitur potentia, quę ideo mouebit idem. d. in duplo minori tempore, scilicet. f h: ꝛ eadem ratione sic multiplicando potentiam. b c. imminuetur tempus, in quo mouebitur. d. at vero nunquā b c. potest superare potentiam. a b. quia nūquam sua magnitudo potest adęquare magnitudinē alterius, quę est infinita: ꝛ in magnitudine infinita (vt iam ostensum est) non potest negari ꝛ quin sit virtus maior, quam in quacunque finita: eo ꝙ crescente magnitudine, necesse est. vt crescat aliquantum virtus.

Est autem & sic demonstrare hoc accipiemus enim quandam potentiā eandem genere ei, quæ est infinita magnitudine in magnitudine finita existentem: quæ mensurabit eam, quæ in finita est finitam potentiam. Quod igitur non infinitam contingit esse potētiam infinita magnitudine. neque finitam in infinita: ex his palam est.

Textus lxxxj.

¶Subdit secundam demonstrationem, quę a superiori hoc tantum differt, ꝙ illa accipiebat magnitudinem finitam alterius generis ab infinita: hęc autem assumit ambas eiusdem generis. Si dederis, inquit finitam virtutem aeris sub magnitudine infinita, tunc sequitur posse dari aliquā virtutem finitam itidem aeris eidem ęqualem sub magnitudine finita: nam detur. v. g. ꝙ illa virtus finita infiniti aeris sit vt centum ꝛ signetur altera vt vnum: tunc eadem centuplicata, erit, equalis alteri: ꝛ tamen sua magnitudo semper erit finita, cō sequens autem est impossibile: nam in substantijs eiusdem generis nulla subest causa, cur sub ęquali magnitudine non vigeat ęqualis virtus: ad minus cur sit tantum interuallum, vt in magnitudine infinita non sit maior, quam in altera finita.

De his autem, que feruntur, bene se habet dubitare quandam dubitationē primum. Si enim omne quod mouetur, mouetur ab aliquo, quęcunque nō ipsa seipsa mouent, quomodo mouentur aliqua continue non tangente eo quod mouit vt proiecta? si autem simul mouet & aliud quid. is qui mouit vt aerem, qui cum mouetur mouet similiter impossibile est primo non tangente neque mouente moueri. sed simul omnia & moueri & quiescere: cū id, ꝙ primo mouet cessauerit & si facit quēadmodū lapis: veluti si mouet id ꝙ mouit. Necesse autē est hoc quidē dice

Textus lxxxij.

re,quod primum mouens facit vt possit mouere aut aer hic,aut aqua, aut aliud quid huiusmodi,quod aptum natura est mouere & moueri,sed non simul cessat mouere & moueri,sed moueri quidem simul cum mouens cessauerit moueri,mouensautem adhuc est. quapropter mouetur quid alij contiguum,& inhoc eadem ratio est.Cessat autem : cum in ipso contiguo minor fuerit virtus,quam vt moueat. tãdem autem cessat:cum non amplius fecerit prius mouens,sed motum patiens solum hęc autem necesse est simul cessare:hoc quidem mouere , hoc autem moueri & totam motionem. Hic igitur in his,quæ possunt aliquando quidem moueri,aliquando quidem quiescere,fit motus:& non continuus , sed videtur . aut enim existentium consequenter est , aut se tangentium. non enim vnum mouens est : sed contigua ad inuicem sunt. Quapropter & in aere & in aqua fit huiusmodi motus,quem dicunt quidam antiperistasin esse. Impossibile autem est aliter dubitata soluere,nisi dicto modo.Antiperistasis autem simul omnia moueri facit & mouere. quare & cessant. Nunc autem videtur vnum aliquid:continue moueri à quouis non enim:ab eodem.

¶ Constituit ergo hactenus duas premissas,scilicet primum motorem esse virtutis infinite, infinitamque inesse non posse magnitudini. Ceruntamen antequam inde conclusionem eliciat,videlicet,eundem primum motorem alienum esse a magnitudine molis,interserit hoc textu quandam dubitationem,quę definitu necessaria est,nequispossit ratiocinationem cauillare,Dictum enim est supra q animalibus demptis,quę a seipsis mouẽtur reliqua mouentur,ab alio:nunquam tamen monstratum est,a quo moueantur proiecta, postquam proiiciens moueri cessauit nam cum demonstratum sit,omne agens agere per contactum videntur non moueri tunc a proiiciente.Et ille cui hoc appareat ęqua ratione respondebit,quodprimus motor licet cepit omnia mouere,non tamen continuo semper mouet tempore infinito,atque adeo neq; inde probabitur,esse infinitevirtutis Hac vtiq; de causa huc induxit quęstionẽ hanc. Aristo. Sit ergo congruens esse dubitationẽ hanc prius terminare nempe.Si omne quod mouetur (preter animalia:que seipsa mouent]necesse est ,vt ab alio moueatur quomodo fieri potest , vt continue moueantur proiecta,non tangente proiiciẽte,hoc est,postquam eminus abeo sunt elõgata.[Si autẽ simul]Recitat solutionẽquam quippiã dicunt fuisse Platonis non vt prorsus reiciat, sed vt apertius exponat.Solutio est q proiiciens sagittã vel lapidem vna percusit proximum sibi aerem, & ille rursus alium,quequidẽ impulse aeris vnde deferunt sagittam.Sicuti apparet in aqua,dum in iectus lapidis vndas ingyrũ expandit ad ripam vsque.quę secundę ferunt natantem ramusculum. Sit igitur responsum non abunde sic nudum satisfacere:nam similiter est impossibile,vt primo nõ tangente,hoc est,non mouente,cetera mota moueant:vt iã supra declaratum est tex.34. & habetur.2.meta.tex.6.Et ideo subdit q necesse est primo motore mouente,omnia mouere & eodẽ quiescente,omnia quiescere.(Et si facit quemadmodũ lapis)Placet hic nomen lapides per antonomasiam vsurpari pro magnete:vt Aegiropilus transfert,quem Albertus,& plerique sequuntur.Vtsit sensus,q qñ res mouet mota ab alio,nihil refert, fiat ne per impulsionẽ,vt dictũ,an per attractionẽ vt si ferrum motum a magnete secũ traheret paleam,cessante motu magnetis,cessauit & ferrũ paleã vehere.[Necesse aũt est] Explicat sententiam propriam,quę in hoc cõsistit videlicet,q primum mouẽs,puta iacies lapidem,dat aeri vel aque circunstanti vt moueatur,& vt moueat lapidẽ:siquidẽ aer & aqua apta sunt media,vt mouẽtur & mouent nã quia facile cedunt percutienti , possunt deferre proiecta.At vero virtus motiua,& passiua motio, non simul cessant ,sed prius aer vel aqua moueri cessat quam mouere quod patet primo ratione:qz datur mouẽs nõ motũ,vt patet in primo motore,moueri aũt semper dependet a mouente,ob quã rationẽ re cessante moueri , non cessat mouere.Et secundo id patet experientia : nam in termino motus,qui desinit per primũ nõ esse,res non mouetur:mouere tñ tunc potest, vt si mobile adsuũ introitum in talem locũ rem aliam inde locatam excludat.Atqui hoc pacto excogitauit Aristo.fieri motum proiectorũ non q hic aer percussus a chorda balliste moueatur perpetuo cũ sagitta sed q iste pellit aliũ , atq; alius aliũ:& ideo ait. q impuncto,quo iste desinit moueri,mouet alium Cessat ergo mobile moueri,cum mouẽs cessat mouere:non tñ tũc mobile cessauit mouere, nisi quã do cessauerit virtus eius motiua.Nam virtus illa. quam primus motor imprimit in contiguum sibi aerem , remissius imprimitur a prima aeris portione in alteram quę est sibi contigua:& remissius a secunda in tertiam:quo aduscq; fit tandem adeo remissa:vt mouere nequeat.Appellat contiguam,qz ad rem nihil refert,sit ne cõtinua,ancõtigua:quoniã vicem gerũt duorum mouentium: vt statim est ostensurus.Tunc ergo cessauit totus motus violentus,quando aer nõ sufficiet vt reportioni sibi contigue virtutem mouendi, sed tãtum vt moueatur,Et hoc est q ait.Cum non amplius fecerit prius mouens,hoc est precedẽs aeris portio,vt ea que subsequitur sit mouens sed solum vt sit motum patiens(Hic ,igitur)Consequenter demonstrat,huiusmodi motum proiectorum nõ esse vnum & continuum.Sit ergo q hic motus fit quidem in his medijs,& spatijs,quę aliquando quidẽ

moueri

moueri,aliquando quidem quiescere possunt:vt sunt aer ⁊ aqua. Nam si immobilia essent huiusmodi media,nullatenus suo motu possent deferre sagittam:⁊ rursus si perpetuo motu cierẽtur, nunquam proiectum cessarent mouere. At vero talis motus non est continuus:licet ob nimiam pernicitatem continuus videatur. Quod autem non sit continuus, inde confirmat,ꝙ non fit ab vno motore sed a pluribus consequenter se habentibus,ac tangentibus: vti expositum est. Plura se tangere,plus ponit,quã consequenter se habere:quod lib.5.⁊.6.expositum est. Habent se nanq; consequenter milites in phalange,licet non se tangant. Impetus vero aeris antecedens ferit subsequentẽ. Et quãuis aeris portiones, cõtinuę sint,pulsus tamẽ fit per modum pluriũ. vt patet in circo fluuialium vndarum ad iactum lapidis,quę non continuo,sed fracte ⁊ refracte mouentur:quare ramusculus per ipsas delatus non facit continuum cursum,sed ancipiti motu nunc retrorsum,nunc in rectũ fertur. Cõsecit ergo Aristo.similiter fieri in motu sagittę propter sibi succedentes appulsus variarũ portionũ aeris. Tametsi sensu nõ percipiatur:nisi veluti motus vnus. Quapropter,inquit,in aere ⁊ aqua fit huiusmodi motus:eo ꝙ sunt elementa facile ductilia:non autẽ per terram, nisi vehementi impetu,⁊ per paruam particulam. Non subiunxit exẽplum de igne:eo ꝙ locus illius elementi remotus est a nostris sensibus. Subdit autẽ, quosdam dicere illum motum fieri per antiparistasin:id quod iam tetigit lib.4.tex.68.hoc est,per reuersam actionem:nam cum proiectum citissime exeat ab hoc loco,fit,vt ne relinquat vacuus circunstans aer impetuose concurrat,feriatque a dorso proiectum: atque ipsum rursus scindat anteriorem aerem,qui eodem impetu a dorso itidem concurrit,caditq; rursus proiectũ:itaq; secundũ hanc opinionem aer non cogitur a proiciente,sed suapte natura mouetur ad vacuũ. Impugnat autem opinionẽ hanc Aristo.dicens,impossibilem esse hunc modum,sed recurrendũ esse ad prescriptum. Et probatio est adeo implexa, ⁊ obscura,vt cum varię,totidẽq; sint glosse,quot glossatores,vix vllam reperias,quę satisfacit. Arbitror tamẽ mentẽ Aristotelis sic esse ex his verbis eruendam. Antiparistasis in proposito est locatorũ,hoc est,profecti ⁊ aeris fuga,⁊ vicissitudinaria expulsio,qua se mutuo a suis propriis locis inuicem depellunt,locorum cambium faciendo. Exemplum est in de ambulatione. Deambulans enim secat anteriorem aerem,qui deambulanti cedens,retrocedit in locum, vnde deambulans exiuit. Vt enim finditur,sic eius latera dorsumq; de ambulantis comprimunt. Itaq; deambulans occupat locum aeris,⁊ aer locum deambulantis. Sit ergo, ꝙ hęc antiparistasis concedi tur quidem omnia simul facere mouere ⁊ moueri:omnia scilicet circunstantia media, per quod fit motus:attamen nisi aliam adhibeas causam, non possunt esse causa motus proiectorum:sicuti neq; sunt causa motus deambulantis. Haud eñ deambulans mouetur ab antiperistasi:quin potius antiparistasis fit per motum deambulantis Et hoc quod ait.(Quare ⁊ cessant)Quasi dicat, cum primũ illa media mutent locum,ne detur vacuum,cessat motus mediorũ:⁊ per consequẽs non possent longius deferre proiectum, nisi concedatur id,quod assertum est,scilicet,proiciens per impulsum conferri aeri, non solum moueri passiue,sed virtutem quoq; ⁊ impetum ad pellendum alium aerem,vt per tales apulsus continuo proiectũ submoueatur alio ⁊ alio loco. Neq; satis id facit,quod aliqui fingunt: scilicet propterea ꝙ citius iusto profectum erit a loco, aerẽ a dorso impetũ facere,quia ille impetus est per se adeo tenuis,vt nisi aer verberaretur a proiscitẽ te,nunquã sufficeret mouere proiectum: vt patet i vndis aquę a lapide cõmotis. Hęc (vt reor) expositio optime huic literę quadrat. Quę ⁊ lucidior fit per verbum subiũctum in textu.[Hũc autem videtur vnum aliquod continuo moueri a quouis,non enim ab eodem.]Acsi dicat. Antiparistasis non facit vnum aliquid moueri:sed solum vt media,⁊ interse,⁊ cũ eo,quod mouetur,ꝙ mutent sua loca:quę quidem permutatio consequitur ad motum intersecantis aerem:in proiectione autem vnum aliquid,puta proiectum videtur cõtinuo moueri a quouis,id est ab vna, ac subinde alia portione aeris impulsa:non autem ab eodem agente. Et ideo licet motus videatur esse continuus,non est tamen. Reliqua de motu proiectorum disputantur.q.3.

Quoniam autem in his quæ sunt, necesse est semper motum esse continuum. hic autem:vnus est. necesse autem est vnum:& magnitudinis alicui⁹ esse (nõ enim mouetur quod magnitudine caret) & vnius, & ab vno. non enim esset continuus:sed cõtiguus alter alteri, & diuisus. Mouens igitur si vnum est:aut subiens motum mouet, aut immobile existens. Si igitur motũ subiens:consequi oportebit & mutari ipsũ,simul aũt moueri,ab aliquo,quare stabitur & puenietad id qđ est moueri ab immobili,hoc enim nõ necesse est simul mutari:sed semper poterit aliquid mouere. nã sine labore est sic mouere:& regularis hic motus,aut solus,aut maximẽ,nõ enim habet mutationẽ vllam: id quod mouet, oportet aũt id, quod mouetur ab illo:nõ habere mutationem, vt similis sit motus. Textus. lxxxiiij.

ostendit ꝙ motꝰ fiat a mo immotabili.

ostendit motum esse vn

¶ Expedita quęstione de motu proiectorũ, ad inceptum propositum huius capitis reuertitur:videlicet ad demonstrandum,primum motorũ esse impartibilem,atq; adeo simpliciter vnũ,⁊ simplicem. Ascendit autẽ ad hoc gradatim ex supra cõstitutis. Resumit inquã primũ necesse esse semper continuũ motum.vt a tex.54.⁊ infra demonstrare perseuerauit:quem quidem motum deinde demonstrauit esse vnum:quoniam est circularis,qui non perinde ac rectus,interrumpitur. Sub hac autem assumpta propositione subsumit trimẽbrẽ alterã,qua exprimit naturã vni⁹ motꝰ nimirũ necesse esse,vt motus sit vnꝰ,ꝙ sit alicui⁹ magnitudinis

magnitudinis: siquidem lib. 6. tex. 29. ostensum est nihil posse moueri motu physico, nisi sit partibile. Secundo requiritur, vt sit vnius magnitudinis, hoc est, vt sit continuum: nam (vt lib. 5. definitum est) vnus motus debet esse vnius subiecti. Sed additur hic noua conditio, q̃ debet etiã esse ab vno motore, quod tex. hic proximo docuit: nã a diuersis motoribus, qui non sunt essentialiter subordinati, sed quorum vnum aliud pellit ꝛ aliud, aliud, nõ potest vnus peruenire motus, sed discontinuus: sicuti motus ipsorum mouẽtium. Tunc super hanc basim construit suam argumẽtationem. Si mouens igitur vnus est, tunc aut mouet tanquã mobilis, aut tanquã immobilis existens. Si mouet tanq̃ immobilis, sequitur, vt etiam ipse pariter moueatur dum mouet. Si autem mouetur, vel a se mouetur, vel ab alio. Si ab alio, cum iam supra monstratum sit, non abiri in infinitum, deueniẽdum est ad illud, quod nõ mouetur ab alio, sed vel a se ipso mouetur, vel ab aliquo, qõ est immobile. Et habito illo, q̃ a seipso mouetur, tunc superius necesse est ascẽdere vsq̃ ad mouens immobile. vt tex. 40. ꝛ infra probatum est. Nam in illo, quod seipsum mouet, necesse est distinguere inter partem per se motam, et aliam per se mouentẽ, quã non necesse est amplius moueri. Et quod illic ostendit in partibus magnitudinis, hic explicat in rebꝰ seorsum sumptis, nimirum concludens, necesse esse deuenire ad primum mobile, quod mouetur a mouente immobili. Hoc enim ꝛ demonstratu erat necessariũ ad demonstrandum primum mouens esse impartibile, vt tex. vltimo patebit. Hoc enim ꝛc. Declarat ingenium ꝛ naturam primi motoris immobilis: Ait quippe ciusmodi motorẽ nullatenꝰ moueri: quia oportet omnino esse immobilẽ. Ex quo fit rursus, vt semper, ꝛ perpetuo possit mouere: nam mouenti, q̃ semper mouet, hoc accidit propter laborem, ꝛ lassitudinem, si sit animal: vel quia deteritur, ꝛ tabescit, si sit inanimatum: eo q̃ dum mouet, mouetur: ꝛ inde rursus fit, vt non semper regulariter moueat: nam cum ex labore langueat, cogitur motum remittere. Mouens autem immobile, quia vires nunq̃ relaxat, semper ꝛ regularissime mouet. Quare vel solus motus quo primum mouens mouet, regularis est, ꝛ vniformis, vel ille inter omnes maxime. Moderatur dictum hac diuisione: quoniam in his etiam inferioribus poterit per aliquam temporis particulam motor quispiam vniformiter mouere, quoadusq̃ mouẽdo remittatur eius virtus: non tamen semper vt ille primus. Subdit autẽ huiusmodi motorem non habere mutationem vllam: nimirum, quia neq̃ mouetur motu quo mouet, neq̃ alio. Idq̃ admonuit, eo q̃ cælum q̃uis non moueatur motu alterationis, quẽ effecit in his inferioribus, mouetur tamẽ motu locali: primus autem motor omnium est motuum prorsus expers. Et ideo oportet [inquit] vt id quod ab alio mouetur, puta primum mobile, nullam in suo motu diuersitatẽ patiatur, sed sit semper eius motus sibi simillimus. Neque vero primum tantum mobile, verum ꝛ alij orbes regularissime mouentur quia neque intelligentię fatigantur. De hoc autem quęstione. 5. adhibemus verbum aliquod.

Textus. lxxxiiij

Necesse est autem aut in medio, aut in circulo esse, hæc enim: principia sunt. sed celerrimè mouẽtur: quæ proximã sunt mouenti. Huiusmodi autẽ est ipsius totius motus, illic ergo est: ipsum mouens.

¶ In tex. 84. docet primũ mouens nõ esse in centro circularis mobilis, sed in circunferẽtia. Poterat enim quis dubitare, an esset in centro, propterea q̃ paulo ante determinatum sit, initium circularis motus esse in centro, vbi est mobilis medium. Quod autem primum mouens non sit illic, sed in suprema circũferentia primi mobilis inde demonstrat q̃ quãto mobilia propinquius accedunt ad primum motorem, celerius mouentur: orbes autem celestes, quo longius distant a terra, eo mouentur pernicius: ergo illic surtum est primũ mouens, ꝛ nõ in cẽtro. Loquitur nãq̃ de motu diurno primi mobilis ab oriente in occidentem, quo rapiũtur inferiores sphęrę vt quotidie iustum circulũ cõpleant: hoc em motu cuidens est, eo velocius mouere orbem die quo ampliorem circulum describit: eoq̃ describere ampliorem, quo est superior. Secus autẽ res habet in motibus particularibus planetarũ: nam quãto quisq̃ propior est terre, velocius fertur: orbis em lunę singulis mensibus explet propriũ motũ ab occidente in orientem. Sol vero in vno anno: Mars in duobus, Jupiter in duodecim, ꝛ Saturnus in triginta. Ex his colligitur, q̃ cũ orbes cęlestes moueantur mutando locum secundũ partes in circunferentia, id habent a motore, qui illic est: sed q̃ nõ mutent secundũ se totos, habent a centro, quod est immobile: vt dudũ dicebamꝰ. Quomodo autẽ primus motor, quẽ cęli capere non possunt, dicatur esse in cęlo. ꝛ an motrices intelligentię sint in orbẽte potiusquã in alia parte aliqua ex parte disputatum est. q. 4.

Habet autẽ dubitationẽ, si contingat aliquid quod mouet, mouere continuè: sed nõ vt id quod pellit iterũ & iterum, & eo cõsequẽter sint cõtinue. aut em ipsum oportet pellere, aut trahere, vel vtrumq;: aut alterũ aliquid excipiens aliud ab alio, sicut dudũ dictum est in his, quæ proijciuntur, si cũ diuisibilis sit aër aut aqua mouet, sed vt qui semper mouet. Vtroq; aũt modo nõ possibile est vnũ esse, sed contiguũ. solus itaq; is cõtinuus est: quo ipsum immobile mouet, semp em similiter se habẽs: & ad id quod mouetur, similiter se habebit, & continuè.

Textus. lxxxv.

Respon.

¶ Cũ definiuerat, mouens immobile posse perpetuare vnum continuũ motum, dubitabat an idem præstare possit, id, quod dũ mouet, mouet. Et congruẽtissime hunc protulit hanc quęstionẽ accedens nimirũ iam proxime ad concludẽdum, primũ mobile esse incorporeũ. Etenim rem, quę mota mouet, necesse est esse corpus. Nihil em mouet motu physico [vt prędictum est in. 8. nisi habeat corpus. Et ideo tãtũdẽ quęrit, acsi interrogasset, an virtus corporea possit esse causa continui motus. Atqui subiunctũ verbũ. [Sed non vt id quod

id quod pellit iterum ⁊ iterum.] Non est intelligendum tanquam responsio negatiua, sed tanquã quæstionis expositio. Quæritenim (vt Themistius author est) an possit corporea virtus mota efficere ea ratione continuum motum, vt sit etiam vniformis ⁊ regularissimus qualis demonstratus est motus cęlestis, ⁊ non illo tantummodo continuum, quo apparet esse motus nauis semel ac subindę iterum atque iterum pulsę, interscissis vicibus. Hic quippe, licet appareat esse simpliciter cõtinuus, non est tamen, vt patet in eius difformitate: etenim quando segnius mouetur, tunc iterum pellitur: ⁊ sic sunt potius motus consequenter se habentes: quos vocant deinceptitios. [Aut enim ipsum oportet pellere.] Non respondet expressa negatione, sed negationi sub tacite subdit rationem. Enimuero dum causa mouet mota, aut id facit pulsu, aut attractu, aut vertigine, qui est motus medius: ad has enim tres motus species ostensum est libro. 7. text. 1. reduci locales omnes: at nullo istorum modorum potest corpus mouere continuo. Et quia eadem de tractione ratio est [vt inmagnete] quę est de appulsu rursus quærit, an ipsum idem mouẽs immediate per se deberet semper pellere. aut per aliqua media: vt dudum expositum est inmotu proiectorum. At quia motus huiusmodi videtur ad sensum esse cõtinuus, ait fieri in aere ⁊ aqua, eo ꝙ facile diuisibiles sint, ⁊ ideo fit in eis motꝰ, vt eius rei que semper id est, continuo mouetur: sed tamen non est cõtinuus propterea, ꝙ aque vel aeris, vnde per modum plurium se propellunt. nullo ergo istorũ modorum fieri potest, vt corporea virtus continuo semperque moueat. Nam si id facit hoc postremo modo pellendo per media, tunc multiplicatis agẽtibus, non erit idem motus. Si autẽ perse ipsum pellat iterum atque iterum interpolatis vicibus non erit vniformis ⁊ simpliciter continuus si denique per se moueat cõtinuę, sicut qui manu, aut pede circungyrat tonsoris rotam, tunc necesse est motorem defatigari, atque adeo defessum pausari. Duo sunt hic tamen animaduertenda. prius, ꝙ cum in sempiternitate perennitateq; motus duo sint consideranda, videlicet infinita duratio, ⁊ vniformitas regularis, illud adscripsit superius Aristoteles immensitate vnitatis, hoc autem nunc attribuit eius immobilitati: inde enim prouenit, vt actiones eius sint inuariabiles. Posterior vero consideratio est. ꝙ hac eadem de causa, qua hic cõstituit primum motorem esse immobilem, vt motus primi mobilis sit vniformis, constituit 7. 12. metap. tex. 44. ⁊ infra, substantias etiam motrices aliorum orbium, quę contra motum primi mobilis ab occidente in orientem propriis singulorũ motibus eos reuoluunt, immobiles esse pariter motu physico: licet infinita virtus non sit illis necessaria, sed satis est virtutibus pollere indefessis quia non sunt potentes efficere infinitum motum perse (vt supra declaratum est) mouendo infinitũ mobile, sicuti posset id primus motor, si talis motus esset possibilis.

Determinatis autem his: manifestũ est, quod impossibile est primum mouens & mobile habere aliquam magnitudinẽ si enim magnitudinem habet necesse est aut finitam ipsam esse, aut infinitam. Quod igitur infinitam nõ contingat magnitudinem esse ostensum est prius in phisicis. Quod autem finitam impossibile est habere infinitam potentiam, & quod impossibile est a finita moueri aliquid infinito tẽpore, demonstratum est nunc. primũ autem mouens: perpetuo mouet motu, & infinito tempore. Manifestum itaque est: quod indiuisibile est, & impers. & nullam habẽs magnitudinem. Textus lxxxvj.

¶ Concludit itaq; in hoc postremo textu, primũ mouens, ꝙ immobile est, esse incorporeum, ⁊ impartibile. Resumit autem, ꝙ immobile est propterea, ꝙ si mobile esset motu physico, oporteret habere magnitudinem. Et ideo in propinquis supra verbis ostendit esse immobile. Quod igitur sit impartibile, patet: nam si haberet magnitudinem, vel illa esset infinita, vel finita: non primum, quia demonstratum est in lib. 3. impossibile esse infinitum magnitudine. Quod autem nõ sit finita, probat hoc syllogismo. Infinita virtus esse non potest in magnitudine finita: virtus primi motoris est infinita: ergo non potest esse in magnitudine finita. Prior premissa supra probata est text. 79. ⁊ posterior in tex. 78. eo ꝙ perpetuo mouet tẽpore infinito. ⁊ posset efficere motum per se infinitum: sit ergo consequens impartibilem esse primum motorem: qui est Deus per infinita seculorum secula omni adoratione ⁊ cultu estimandus.

Finis expositionis octaui Phisicorum.